





BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
9 B
24



AVREVS
ANDREAE ALCIATI
IVRECONSVLTI PRAE=



SVMPTIONVM
TRACTA=
TVS,

Ioannis Nicolai Arelatanî I. V. D. ſtudio peruigili amplißimis auctus additionibus, argumentis ac indice elementario de more exornatus, ſtudioſorum ergô nunc primum in lucem exit.



Cum Priuilegio.

LVGDVNI,
Apud Iacobum Giuntam.



M. D. XLII.



RANCOYS PAR LA GRACE DE Dieu Roy de Frãce aux preuost de Paris, Balliz de Ruen, Dorleans, & de Mascon, & de Viennoys: Seneschaulx de Tholouze: de Lyon: de Prouence, Forcalquier: & terres adiacentes ou a leurs Lieuxtenãs salut Receu auõs l'humble supplication de nostre chier & bien aimé Vincent de portonarijs libraire iuré en la Ville de Lyon: contenant qu'il a tellemẽt faict et exploicté que par application d'amys: & a grant labeur, fraiz & mises il a recouuert ung traicté de Præsumptionibus composé par meßire Andre Alciat docteur fameulx regent en l'uniuersite de Pauie auec additions & recognition de maistre Iehan Nicolas Docteur de la Cite Darles, au bien & proufict de la chose publicque de nostre royaulme: pour l'edification de ceulx qui les uouldront ueoir & lire lesquelles dictes oeuures il feroit uoluntiers imprimer & mettre en lumiere, ce que na encores este faict. Et pource a ia fait dresser partie des choses a ce requises et neceßaires, mais il doubte que apres l'impreßion par luy faicte, aultres se uoulsissent ingerer les imprimer semblablemẽt sur icelle impreßion, au moyen de quoy il demoureroit frustré de pouuoir recouurer les mises par luy faictes, sans la perte de sa peyne & uacations. Nous humblement requerant que attendu que aultre de nostre royaulme n'a recouuert ne retiré le=

a 2 dict

dict traicté que luy il nous plaise sur ce luy pourueoir de nostre grace. Pource est il que nous ces choses cõsiderées desirans les faictz science & uertu desdictz messires Andre Alciat & Iehan Nicolas estre communicquées a noz subgectz sans ce que cõuiengne a nosdictz subgectz les aller querir hors de nostre royaulme, aussi ledict suppliãt recouurer les fraiz & mises qu'il lui a cõuenu faire pour le recouuremẽt d'iceulx. Pour ces causes & aultres iustes & raisonnables considerations auons uoulu & ordonné, Et audict suppliant permis & ottroyé, ottroyons & permettons de grace especiale par ces presentes, que aultres que luy ou ceulx qui aurõt charge de luy, ne puissent faire imprimer ne uendre lesdictz oeuures de messire Andre Alciat & Iehan Nicolas iusque au temps & terme de six ans prochainement uenans, a commancer de la date de la premiere impression acheuée qu'il fera dicelui traicté. Si uous mandons & commettons par ces presentes, que de noz presens grace, permission & ottroy uous faictes, souffrez & laissez ledict suppliant ioyr & user ledict temps durant en faisant inhibition & deffence de par nous a toutes personnes quelzconques de non imprimer ledict traicté, sur leur impression, ne icelle exposer en uente sans le conge & consentement dudict suppliant ledict temps durant: & ce sur peine damende arbitraire, & de confiscation des liures qu'ilz auroient imprimez & uenduz, ou faict imprimer & uendre, & des domaiges & interestz dudict suppliãt en ne donnant par uous ne faisant faire mettre ou donner, ne souffrant estre faictz

mis

mis ou donné aulcun destourbier ou empeschemẽt audict suppliant a ce cõtraire. Lequel si faict mis ou donné leur auroit esté ou estoit, leur reparez & remettez ou faictes reparer & remettre incontinent & sans delay au premier estat & deu, car tel est nostre plaisir. Dõné a Lyon le. iij. iour de Decembre. Lan de grace mil cinq cens trente sept. Et de nostre regne, uingt & troysiesme.

PAR LE ROY A VOSTRE RELATION.

GORET.

¶ Inclytæ Reipub. Arelatensi, eiusq; prosenescalo Antonio Arlerio bene merito, Ioannes Nicolaus Arelatanus felicitatem.



Libi cum abundè satis nos patriæ natos, inter legendum obseruauerim (inclyta Respu. prosenescaleq; integerrime) tum præcipuè uisus est dictis inclamasse Pomponius ille iurecōsultus in primo Pandectarum libro, qui iure gentium nos Deo Opti. seruire, parentibus ac patriæ parere, obnoxios astruit: huic & suffragatur Ciceronis illa & digna uiro sententia. Inquit enim, si in eos quos speramus nobis profuturos non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, quia iam profuerunt? Vel extremæ uecordiæ ille fuerit profectò, uel Gethis crudelibus inhumanior, qui tam clara uoce segnitiem omnem non exuerit, & in quos actus, quibus se quicquam patriæ suæ conferre sciet, non composuerit. Quandoquidem illa hæc est, naturali quæ quodam iure ita nos suos facit, ut nulla parentum, nec eorum quibus charitate multa uinci uolumus amicorum, potior habenda sit ratio. Nanque illa nos genuit, etiamnum sinu fouit tenellos. Nónne ideo parens patria? Ingrandescente demum annorum adceßu, illáne quæ in capescendis melioribus

lioribus disciplinis nos quoque adeo fœliciter promouit, ut nunquam bene nati ingenij uim, illa finit in ætatis insidias cadere, quin ad specimen semper aliquod, non excitet: sic, ut non solùm quod à brutis distemus, uerùm etiam, post nos quòd longè uulgus indoctum docti relinquamus, quasi deorum participes, quodamtenus benignè largitur? Est'ne igitur parens patria? Patria inquam Arelate clara, insignis, ac fama ubiuis gentiũ percelebris, cuius antiquitatem etiam iureconsultorum leges attestantur, & docent. Hæc quàm bonarum literarum cultrix semper extiterit, innumeri omnijugæ eruditionis patres, qui inde natale sumpsere sólum, argumento sunt apertißimo. Quid referam Fauorinum illum Arelatensem philosophum tria de se mira prædicantem. Gallum græcissare, Eunuchum mecum putari, inimicum Adriano Imperatori uiuere. Hic est qui teste Philostrato Statuam Athenis meruit: quæ cum in odium Adriano uenisset, deiecta est. Nec inter cæteros Lucam illum à Penna ciuilis pontificiæ'que prudentiæ lucem tacebo, quem & si Neapolis suum pro uiribus contendat, se tamen Arelatenatum, in commentarijs (quos in.l. restaurationi.de diuersis predi.libro.C.xi.reliquit) attestatur. Quàm denique, ut paucis absoluam, hæc nostra Arelate sit semper'que fuerit, uiris exornata generosis, ac grauibus, nemo est qui nesciat. Non possum igitur, ita me dij bene ament, non satis mihi gaudere, quòd me D.O.M. eius participem soli esse uoluit, cuius & tam graues uiros.

ros. At qui te inter uigilias nimis multas & labores meos silebo inclyta Respublica? non equidem, aut citius me plura uoluentem mens destituet, qui & indormire penatibus nephas duco. Siccine tamē à me nè quisquam hoc putet dictū, ut Historiam, poësim cæteraq; id genus æternitati tuæ sacra pollicear, talia doctioribus relinquo: quorum etiam famam procul ab æmulorū morsibus Pallas collocauit. ego autem eloquentiæ nomen, quo præcipuè hic opus esset, mihi nō desumo. præterea ingeniū rhetoricæ nunquam uel neglectius dedi, melius alijs uacaturum. hic autem: quia incurrunt tam multa, præclarè si quis esset de te dicturus, uix mihi impero, etiam meæ tenuitatis conscius, quin aliqua nō prosequar. ac periculū pictorum, statuariorum'ue morem, eum sequi oportere intelligo, qui à capite sumpto exordio, in reliquas corporis partes opus desinunt. Sic prosenescalum illum Antonium Arlerium quem sortita es æquißimum moderatorē, qui amplè laudarit, (licet eius egregiè gestis satis per se sit laudatus) tanquam caput tuū decorasse uidebitur. Quid tibi ille afferat, quantis te moribus ornet, uirtutem amet, uitia coerceat, sese & belli & pacis tempore tibi obsequūdum exhibeat, & plenum ponderis æqui pectus habeat: nè aut illi assentari, aut te quasi illorū immemorem excitare uidear, aliorum esto iudiciū. sunt enim notiora quàm poßint hæc magis. Olim quòd senatus, consules, censores, prætores, Romanis erant, omnia ille unus tibi est: & præstat (ô patria) ut cuius olim colonia fueris & socia, ea adhuc esse uidearis. Priscæ celebritatis tuæ adhuc

adhuc usque uestigia & deformitates remanent. uisuntur necnon monumenta ac mausolea quibus illi antiqui se fore æternos putabant. Visuntur & theatra, arenæ. Sed quod magis quisq; admiretur & probet, uidetur adhuc in hac insigni Arelatensium Republi. illa Romanorum consulum & senatorum unanimitas, morum grauitas, in rebus gerundis sanum iudiciū, & totius æquitatis statera. Maximum ignauiæ meæ malum duco, qui bis ictus calcaribus, quantulamcunq; ingenioli mei uim quo aliqua ex parte reipub. facerem satis nō excitarim: pro qua etiam mortem mihi oppetendam esse, scripta omnia prædicant: cui tantum debere fateor, quantum nunquam sim persoluturus, ni uitæ ipsius fecerim auctionē. Subuereor me hercule, subuereor, quòd aliqua ingenij mei monimēta alijs magnatibus, utpote illustrißimo Galliæ Cancellario: Mediolanensium uigilanti Archiepiscopo, Senatus prouinciarum prouinciæ præsidi, Regio & generali totius prouinciæ aduocato: Arelatensi prosenescalo, dicauerim: tui autem tandiu quasi immemor fuerim. Sed medius fidius id cōsultò factū credas. Expectabam quidem, extrema tandem manu recognitioni cōmētariorum Bartoli adposita, antequam patrios lares repeterem, aliquid edere, quo te (patria) meo aduētu salutarem. Andreæ igitur Alciati iureconsulti (cuius immortale nomen sanamq; doctrinam nemo non nouit) egregium præsumptionum opus perlustrauimus, quod errore transcribentiū admissum erat, repurgauimus, amplißimis studiosorū ergò auximus pronūciatis, & annotationibus, quas nostri addi-

tiones adpellitant, argumentis præsumptionum singula capita exornauimus, & deniq;, indice elementario de more compacto, quæque in toto opere insigniora sunt, studiosis ultro exhibentur. quibus sanè peragendis, non auræ popularis captandæ caussa operam exhibui: quādo quidē nō ego uentosæ plebis suffragia uenor, sed potius ut ocij ignominiam uitarem, cuius & reddendam operam, sacra testantur uolumina. Indecorum ratus, uitam silentio ueluti ignauum pecus transigere: nihil'que ex me, ueluti arbor sterilis in communem usum promere. deniq; contra diuinum præceptum talentum mihi creditum infodere. & in domini conspectu uacuum apparere. Quanquam enim Bartoli, Baldi Iasonisq; similes omnes esse nequeamus, nō tamen continuò quod in facultate nostra sit præstare, dubitare debemus. Nam ut præclare scriptum reliquit Horatius.

Non poßis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi,
Et quia desperes inuicti membra Gliconis,
Nodosa corpus noli prohibere chiragra.
Est quoddam prodire tenus, si non datur ultra.

In templo domini quòd quisq; potest offert, & frigidæ etiam aquæ calix non contemnitur. sidus quidem à sidere differt, at omne sidus etiam cœlo ornamentum adfert. Accipe igitur Respub. accipe & tu ꝑseneſcale has quantulascunque nostras lucubrationes, quas tutelæ tuæ & patrocinio meritò commisi, quoniam hac uia Zoilorum Genuinum confringetur, de patria pro uirili bene merebor, &

bor, & deniq; tantæ patriæ & magistratus nomina à libri uestibulo lucem maximam operi addent. Cæterùm si quicquam inexcultum fortaßis occurrerit, æqui boniq; consulatis quæso, consuletis maxime, si noueritis in omnibus benè dicere, & in nullo errare, teste iureconsulto, diuinum potius quàm humanum esse. Quæ omnia si læta fronte exceperitis, grataq; uobis aliquatenus fuerint, expectabitis maiora propediem. Valete fœlices. Ioannemq; Nicolaum uestri obseruantißimum credite.

Lugduni Idibus Decembribus Anno à Christo nato sesquimillesimo trigesimo septimo.

Censura Totius operis.

CLARISSIMI IVRE-
CONSVLTI ANDREAE ALCIA-
ti de Præsumptionibus opus præclarũ, Ioannis Nicolai Arelatani I.V.D. opera nũc primũ in lucem missum, summarijs donatũ, indice exornatũ, additionibusq́; compluribus auctum.

DE PRAESVMPTIONIBVS, TRACTATVS.

1 Fictio quid, & illius diffinitio.

2 Fictio quid distet à præsumptione.

Probatio quod veritas aliter se habeat non admittitur aduersus legis fictionem.

3 Lex non fingit impossibilia secũdùm naturam, nec impossibilia de iure: nec inducit fictionem contra fictionem.

4 Fictio translatiua requirit habilitatem extremi à quo fictio incipit.

5 Fingere impossibilia an possit lex. latè disputatur, conclusio traditur nu. 8.

6 Dispensatio super illegitimitate est similis legitimationi.

7 Vulneratus letaliter fingitur statim interfectus.

9 Habilitas extremi ad quod an semper in fictione requiratur.

10 Filij nati ex filio meo naturali an legitimentur si concubinam in vxorem duxero.

Materia



ATERIA QVAM AGgressuri sumus, ualde utilis est, & quotidiana in practica, sed confusa, inextricabilis ferè: communisq́ue est & Iureconsultis, & Rhetoribus in genere iudiciali. Et pro meliori ordine, diuidemus eam in Quatuor partes. Et primò, uidebimus de fictione, Secundò de præsumptione iuris, & de iure. Tertiò latißime tractabimus de præsumptiōe iuris, ubi gratia cōpendiosioris doctrinæ dabimus tres regulas ex quibus cōsequētur uariæ præsumptionum species, aut rectius uarij casus qui ex præsumptione iuris resultant, quos sigillatim in sua quaque regula enumerabimus. Primò ergo uidendum est†, quid sit fictio. & Barto. in. l. si is qui pro empto. ff. de usucapio. Et post eum Moderni referunt uarias definitiones Antiquorum, quæ tamen de facili impugnari poßunt, unde tu ita definias. Fictio, est legis aduersus ueritatē in re poßibili ex iusta causa dispositio, Quæ definitio, constat ex genere & differentijs: unde est bona, ut nota. in. l. 1. §. dolum. ff. de dolo, dicitur enim dispositio legis. Quæ uerba important genus. Nam fictio ab homine induci non potest, ut est glo. in. §. sed hæc solennia, in uerbo. quibuscunque. institu. de uerborum obligatione. Et probatur secundum Bart. in. l. si forte. ff. de castren. peculio.

Diuisio totius operis.

1

Fictio quid.

Diffinitio fictionis.

¶ADDITIO. ¶Scilicet ut habeat iuris effectum sine legis autoritate. fac. tex. in. l. codicillis. §. 1. de legat. ij. cū enim effectus iuris sit in potestate iuris, uidetur quòd homo nō poßit per fictionem inducere in non sibi permißis

missis à lege, prout inquit Imo. in. d. l. si is qui pro. & uide latis. doc. in. l. si quis in fundi uocabulo. ubi Iason post alios. de lega. 1. & Alex. no. consi. 158. colum. fi. in. ij. uolu. Doct. in. l. 1. §. *in filij. in. q. illa, an pater possit filium quo ad unum actum (puta testandi) tantum manumittere. ff. ad trebel.* Ioan. Nicol.

¶ *Proprium uerò, & differentiæ comprehenduntur in istis uerbis sequentibus, aduersus ueritatem in re possibili &c.* Nam † *cum fictio sit aduersus ueritatem, in hoc distat à præsumptiõe quæ fundatur in ueritate. quia lex ita præsumit.* Fictio quid distet à præsumptione.

¶ ADDITIO. ¶ Ideo *super falso & certo fingitur, sed super incerto & uerò præsumitur. secundùm glos. in. l. unica. §. accedit.* C. *de rei uxo. ac. & uide* Alex. in. d. *consi. clviij. nu. 7.* Ioan. Nico.

¶ *Et propterea contra fictionẽ legis non admittitur aliqua probatio, quòd ueritas aliter se habeat. ex quo propriè illa inducitur contra ueritatem. ut est glos. in. c. ij. de arbit. in. vi. per* Fely. *in cap. quantò, infrà eodem.*

¶ ADDITIO. ¶ Adde Alexand. *in preallega. cõsi. clviij. in fi.* Ioan. Nico.

3 ¶ *Quod autẽ subditur in re possibili, dictũ est,* † *quia lex non fingit impossibilia secundùm naturam, ut est glo. in l. gallus. §. si eius, de libe. & posthumis. ubi omnes hoc* [illegible] *ent per tex. in. l. qui ad certum. ff. loca.*

ADDITIO. ¶ Et *glos. no. ubi* Bald. *in. l. iij. ff. pro* [illegible]*io.* Barto. Imol. & Aretinus. *in lege eandem. ff. de duobus reis.* Ratio *est, nam fictio imitatur naturam inquantum potest. l. adoptio enim. ff. de adopt. & §.*

&.§.minorem.inſti.illo titu. Ioan.Nicolaus.

¶ *Item non fingit impoßibilia de iure.gloſ.in.l.talis ſcriptura.§.fina.ff.de lega.1.*

¶ ADDITIO. ¶ *Quam ſing.reputat* Bald.*in capitu.cum cōſuetudinis.columna.1.de conſue.ſuprà.& in cap.innotuit.columna ſecunda,nu.7.de electio. & in.l.ſiue poßidetis.C.de probat.pro qua glo.eſt tex.in.l.lex cornelia.& ibi ad hoc not.Bald.columna ſecunda. de uulga.& pupillari.& text.not.in.l. prima.§.ſi quis quaſi tutor.ff.de eo qui pro tut.* Ioan.Nico.

¶ *Et propterea, lex nunquam iuducit fictionem contra fictionem.l.tertia.§.econtrario.ubi Areti.Alexā. & Ia-*
4 *ſon.ff.de acquiren.poſſeſ.Et ex* † *hoc infertur quod in fictione trāslatiua requiritur habilitas extremi,à quo incipit fictio, ut eſt gloſ.in.l.ij.C. de inofficio.dona. & in.l.donationes quas parentes.per illum tex.C.de donatio.inter uir.& uxor.Et ratio eſt,quia aliter,lex introduceret quid impoßibile. Et ita reſident omnes in.d.l.ſi is qui pro emptore.& in.d.§.ſi eius.*

Fictio trāſlatiua.

¶ ADDITIO. ¶ *Vide Soci.conſi.xli.col.pen.in.iiij.uol.Adeo quod quāuis in extremo ad quod,ſufficiat habilitas in potentia,licet non in eſſentia:tamen in extremo à quo,requiritur habilitas tam in eſſentia quàm in potētia.Bar.in.d.l.ſi is qui ꝓ emptore.uerſi.expediti de poſtliminio.nu.8.& in.3.q.princ.uerſi.item oppo.ad prædicta.& ibi Doc.maxime Iaſ.nu.119.* Ioan.Nicol.

Fingere impoßibilia an poßit lex.

5 ¶ *Sed tu circa hoc aduerte,* † *qa uidetur dicēdū quòd imò lex fingat etiā impoßibilia,dūmodo ſubſit æqtas.Et ꝓ iſta parte,prīo adducitur tex.in.l.q in utero.ff.de ſta. homi.*

homi.& in l.uel si uiuo.ff.de suis & legiti.ubi fingitur natus & uiuere is,qui in utero est. quod est impoßibile, præsertim intra quadraginta dies. quo tempore, nondum formatur infans, nec animam habet. Nec est bona responsio Imol.Alexand.Iason.in d.§.si eius: dum dicunt quòd istud non est per fictionem, sed per dispensationem. Nam contra hoc obstat: quia quod non potest fieri per fictionem, non potest fieri nec per dispensationem. secundum Bald.in l.papinianus.§. si ex causa.ff. de inofficio.testamen.per glos.ibi.Præterea ista dispensatio ni-
6 hil aliud est, quàm fictio. sicut† uidemus in dispensatione, quæ est similis legitimationi. Nam utraque per fictionem procedit.l.fina.ff.de natal. restituen.per But. in cap.tanta, infrà, qui fil.sint legit. per Paul. de cast. in l.prima C.de iure aureo. anul. & in l.pactum quod dotali C. de collatio. Ad idem facit. quia non potest aßignari ratio diuersitatis,cur lex non fingat super impoßibili sed potius dispenset. Certe ista differentia uidetur uerbalis contra.l.ij.C.commu.de lega. Vnde ego non teneo istam solutio.quã alijs rationibus satis leuibus etiam reprobat Iason in dicta lege si is qui pro emptore. ubi etiam reprobat alias solutiones: & sic stat firmum obiectum. Secundo adducitur textus in lege ita uulneratus.ff. ad legem aquil.ubi fingitur hominem occisum a duobus in diuersis temporibus. Nec est bona solutio Imol.& Aret.in l.eandem.ff.de duobus reis. & Alexan. in l.diem functo.ff.de offi.assesso.dum dicunt,quòd ibi nõ est aliqua fictio, quòd quis sit pluries interfectus. Sed solum lex punit quemlibet de uulnere,tanquam si uterque

occidisset: Et *sic, solùm fingitur plures unum occidisse.*
7 *nam confutatur hæc solutio:quia† quando quis est uul neratus letaliter, fingitur statim interfectus.ut ibi notant* Barto. *&* Bald. *&* idem Barto. *in l. damni.§. sabini.ff. de dam.infec.*Et per Angel. Imo *&* Alexand. *in lege in ratione.§.si seruus.ij.ff. ad legem falcidiam. cum igitur ille primus censeatur interfecisse, certe si iste secundus uulnerans ex interuallo idem censeatur:non potest negari, quim fingatur quis pluries interfectus.*Et *sic, tollitur etiam quædam alia solutio* Iaso. *in dicta lege si is qui pro emptore.*Tertio *contra istam opinio.pondero textum in lege si infanti.C.de iure deliberandi, ubi pater adit hæreditatem delatam infanti ex iure transmißionis, quasi aditam ab infante.*Et *sic, lex fingit infantem adiuisse. quod est impoßibile.* Ex *quo infans non potest habere animum adeundi.lege pupillus, digestis de acquirenda hæreditate.* Et *sic apparet, quòd lex etiam fingit impoßibilia de iure.*Quarto *facit lex secunda in fine, digestis de usufru.earum rerum, quæ usu consumun.* Nam *lex ibi usumfructum fingit, ubi esse non potest : seruatis regulis iuris ciuilis.*Et *istud tanto clarius est in eo casu, in quo inducitur per fictionem aliquid impoßibile de iure.* Ex *quo, lex fingendo in his, quæ sunt iuris, dicitur inducere ueritatem: & propriè tollere iura aduersantia: ut per* Bartolum *in lege si maritus.§. legis iuliæ, digestis ad legem iuliam de adulterijs, & tangitur in dicta lege si is qui pro emptore.nec obstat lex qui ad certum, digestis locati.quià loquitur in præsumptione, non autem in fictione.* Et *ad text. in dicto .§. ex contrario,*

potest

potest dici, quòd illud procedit in possessione, in qua ius ciuile procedit ad instar primæui iuris naturalis, lege prima, in princi. eodem titulo. unde non fuit æquum, quòd fingeretur aliquid in ea contra possibilitatem naturalem: Et ideo, *cessante æquitate, cessat fictio, lege denique. ex quibus causis maiores.* Q*uare tu sustinendo de-*
8 *finitionem ultra* Docto. *potes dicere, quòd aut † quærimus, nunquid lex fingat factum impossibile: & dicendum est quòd non. aut quærimus, nunquid lex inducat aliquam dispositionem iuris, non fingendo directè super facto impossibili, sed illud præsupponendo.* Et *tunc, dicendum est, quòd sic: dummodo subsit æquitas:* Et ita *procedit dicta lex quæ in utero, & lex eandem, de duo reis:* Et *cessant multæ ambages modernio. ĩ. d. l. si is q ꝑ ẽptore.*
9 ¶ *Secundo aduerte † quia uidetur dicendum, quòd non requiratur habilitas extremi ad quod.* Et *pro hoc uidetur text. in lege sed & si quis stipuletur. § fina. cum lege sequen. ff. de usufruc. ubi si seruus aliquid emat uiuente fructuario, deinde post eius mortem soluatur pretium de bonis fructuarij: fingitur res a principio fuisse fructuarij, & tamen extremum ad quod, est inhabile, ex quo mortuus erat fructuarius, nec dicatur secundũ* Bal*dum ibi, quòd imò est declaratio, non fictio: quia istud non est uerum.* Q*uod apparet, quia declaratio nihil noui inducit, lege hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testamentis.* Et *tamen dominium non erat adhuc translatum in fructuarium. Sed per istam numerationem transfertur: & sic inducitur quid nouũ.* Bene *uerũ est, quòd fictio ista aliqualiter est similis declarationi.* Ex *quo*

Habilitas extremi ad qđ an semper in fictione requiratur.

non solum inducit, sed etiam detegit quod prius non erat. Ad idem induco textum nouum in hac materia, in l. si filium. ff. de gradibus: ubi si filio meo mortuo, Titium adoptauero: fingitur iste adoptatus fuisse frater defuncti, & tamen extremum erat inhabile, quia defunctus. Et ex hoc† infero ad quæstionem: an nati ex filio meo naturali legitimentur, si concubinam ducam in uxorem, iuxta textum in capi. tanta, infrà, qui filij sint legiti. & Guil. Albericus & Baldus in l. benignius. ff. de legibus, tenent quòd non propter inhabilitatem extremi, ex quo filius est mortuus. sequitur Alexan. in l. gallus. §. si eius. ff. de liberis & posthumis. ubi dicit quod non reperit istam decisionẽ ab aliquo reprobatam. & idem tenet Iason in d. l. si is qui. Tu tene contrarium. per casum manifestum in dicta lege si filium. ¶ ADDITIO. Stringit ultra præceptorem & dominum meum contra communem. nam communis est sententia docto. in dicta lege si is qui pro empto. post Bartolum ibi in quinta quæstione prin. uersiculo sed cõtra istud oppo. de casu. l. &c. & in tertia oppo. ad uersicu. quòd si seruus. & Ias. ibi colum. xxvj. numero. cxxiiij. & Doc. in d. §. si eius. quod sufficit habilitatem extremorum esse circa ea quæ principaliter finguntur, licet in ijs quæ ueniunt in consequentiam, non reperiatur habilitas extremorum. per tex. in lege pe. de suis & leg. ff. Modo sic, quando filij legitimantur per sequẽs matrimonium, fingitur a principio omnis coitus licitus, & matrimonialis: d. c. tanta. super ergo matrimonio super quo lex principaliter fingit, datur habilitas extremorũ: ideo licet respectu legitimitatis filij non detur habilitas extremorũ

Quæstio notabilis.

extremorum, non debet obesse: quia uenit in consequentiam matrimonij. Ioan. Nicolaus.

SECVNDA PARS

1 Præsumere quam habeat significationem.

2 Statutum ne quis præsumat tale quid facere, an comprehendat eum qui facit nomine alieno.

3 Ignorantia iusta excusat agentem contra statuti dispositionem.

Ignorantia iuris non præsumitur nec adiuuat, vbi lex prohibet aliquid fieri.

4 Præsumptio iuris & de iure quid sit. & eius diffinitio.

5 Probatio nõ admittitur contra pręsumptionem iuris & de iure.

Limitatur multimode. .6.

6 Probatio contra præsumptionem iuris & de iure admittitur per confessionem partis. quod qualiter intelligatur late traditur. 7. & seq.

Confessio non proprie est probatio, sed releuatio ab onere probandi.

8 Probationem admitti per confessionem partis cõtra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, qualiter intelligatur.

9 Probabile non est quod non est possibile.

10 Probatio admittitur contra pręsumptionem iuris & de iure parte non opponente. Et quę sit ratio.

11 Iudex si per interlocutoriam admiserit articulos, & pars permittat labi tẽpus ad appel. videtur quo ad se consentire non quo ad iudicem.

12 Tutor describens in inuentario res proprias an videatur donasse pupillo, ita vt nõ admittatur probatio in contrarium per tutorem etiam pupillo nõ opponente.



13 Probatio quæ fit per indirectum admittitur contra præsumptionem iuris & de iure. & quæ sit ratio. Infertur ad plura egregia dicta.

Lex quãdo requirit certas qualitates in actu in quo inducit præsumptionẽ iuris & de iure, semp admittit pbatio ꝙ nõ cõcurrat aliqua ex illis qualitatib⁹. Infertur ad multa commendanda dicta.

14 Titulus legitimus præsumitur ex possessione tãti temporis cuius memoria nõ extet in contrariũ. & est præsumptio iuris & de iure. Intellige vt ibi.

Malã fidẽ probare volens contra præscriptionẽ tanti tẽporis cui⁹ memoria nõ sit in cõtrariũ, nõ audit.

15 Testes examinans ad futuram rei memoriam. intra annum vtilem debet conuenire aduersarium, al's præsumitur fraudulosa examinatio.

16 Notorium an & quando admittatur cõtra præsumptionem iuris & de iure.

Probatio quę fit p rei euidẽtiã nũq̃ cẽsetur sublata.

Notorium debet in actis allegari al's non iuuat.

17 Notoriũ facti nõ pmanẽtis debet pbari: et quare.

18 Probatio in contrariũ an admittatur contra præsump. iuris & de iure anteq̃ super d. præsumptione sit lata sententia.

19 Restitutio in integrũ an admittatur contra præsumptionem iuris & de iure.

20 Probatio contra præsumptionem iuris & de iure an admittatur per protestationẽ quæ actum præcesserit, vel in actu interuenerit.

21 Sponsalia de futuro contrahentes, si protestẽtur, quòd & si sequatur copula non per hoc intendunt contrahere matrimonium, non valet protestatio.

Matrimonium præsumitur si præcesserunt sponsalia de futuro, & sequatur carnalis copula.

22 Protestatio non tollit præsump. iuris & de iure, per quam tollitur peccatum.

Videndum est nunc de præsumptione iuris & de iure. Sed prius necesse est ut aliqua attingamus circa si

gnificationem istius uocabuli præsumere: & ita dicitur quia lex antequàm aliter constet & absq; alijs probationibus, habet aliquid pro uero ex præpositione præ, & uerbo sumere. Et ista est propria & elegans significatio istius uerbi, secundũ quam reperitur in digestis, & alijs antiquis autoribus. Sed in iuribus recẽtioribus, accipitur etiam præsumere, ut significet aliquid sine autoritate Superioris præsumptuose agere: ut hic dicit Feli. & in cap. Iudei, suprà de testibus, cum concordan.

Præsumere quid sit: & quæ illius = pria significatio.

¶ ADDITIO. Et uide Alex. consi. cxxiij. nu: xvij. & 2 seq. in. iiij. uol. Ioan. Nico. Et† inde infert Abbas in ca. decernimus, col. xxv. de iudicijs. ad statutũ, nè quis præsumat tale quid facere: nã non cõprehendet eũ, qui agit noĩe alieno: & cum Abba. hic transeunt Docto. Sed tu aduerte. quia cõtraria opinio uidetur uerior: & sic, quòd etiã cõprehendatur agens alieno noĩe, qñ actus est de se illicitus: & probatur in autẽ. itẽ nulla cõitas, & ibi gl. C. de epi. & cle. ubi tex. prohibens nè aliqua cõitas ecclesiastica bona inuadere præsumat: habet locũ etiã in eo, qui nomine communitatis inuadit, puta officiali, uel quolibet alio.

Illatio ad. q. statuti.

¶ Secũdo probatur, quia nil aliud est præsumptiue agere nisi temerariè & superbè: ut est gl. in. §. sic itaq;, in autẽ. de nup. & simpliciter dicitur præsumere, q agit de facto, secundũ gl. in d. ca. Iudei. Quæ oĩa, conueniunt etiã agẽti noĩe alieno: undè etiã uulgo dicimus eũ præsumptuosum, qui sit temerarius: & secundũ cõmunẽ usum loquẽdi, statuta sunt intelligẽda ut per Bar. in. l. labeo. ff. de supellec. le. per Fel. suprà ĩ proemio Greg. unde crederẽ talẽ esse in casu statuti. facit lex prĩa. §. deiecisse. ff. de ui & ui. fallit

5 *si † iste non per dolum uel temeritatem ageret, sed per ignorantiam, secundum Cardinalem in clementina prima, in princi. in iij. quæstione, de priuilegijs.* Et *per* Feli. *hic. Sed tu sanè intellige istam fallentiam: quia si lex prohibet aliquid fieri: nõ præsumitur ignorantia: nec adiuuat lex, iuris ignorantia. C. de iuris & fac. ignoran.* Et *propterea in dubio talis comprehendetur in statuto.* Et *facit pulchra decisio* Alberi. *de rosa. in autenti. statuimus, in fine. C. de episcopis & clericis. & tex. in ca. ij. infra ne clerici uel mona. Si uerò prætenderet iustam ignorantiam, esset secus. l. generali. C. de tabul. libro. x. glo. in l. in rem. §. tignum. ff. de rei uendicatione.* Alexand. *in l. de pupillo. §. nunciationem. ff. de ope. no. nuncia. & in consilio. xxxvj. uisis. in primo uolumine incipiente.*

¶ ADDITIO. *Adde quod præsumptio hoc modo sumpta prout sonat in delictum est multiplex,* Alia *enim est usurpatoria, alia diabolica, alia sacrilega, alia conspiratoria, alia perniciosa, alia nefanda, alia ambitiosa, alia fastuosa, alia præordinata, alia inobedientiæ, alia negligentiæ. de quibus omnibus uide* Alber. *in suo* Dictio. *uersic.*

Præsumptionis iuris & de iure diffinitio.

4 *præsumptio est multiplex.* Ioan. Nicolaus. ¶ *His † sic præmissis. uideamus, quæ sit præsumptio iuris & de iure.* Et *dic eam posse ita definiri.* Est *dispositio legis aliquid præsumentis & super præsumpto tanquam sibi cõperto statuentis:* Et *colligitur ista definitio ex cap. is qui fidem, cum ibi nota. infrà de sponsali. per glo in l. siue possidetis. C. de probatio. per* Abbatem *in capi. quartò, infrà eodem: ubi* Felynus. *allegat concordantes, & indè assum psit nomen.* Nam *dicitur præsumptio iuris, quia a lege introducta,*

introducta,& de iure:quia super tali præsumptione, lex
5 *inducit firmum ius,& habet eam pro ueritate.†Vnde formatur conclusio,quòd contra talem præsumptionem non admittitur probatio in contrarium,l. antiquæ.C. ad uelleianũ.l.fina.C.ad macedo.l.fina.C.arbi.tutel.l.à diuo pio.§.si pignora.ff.de re iud.*¶ADDITIO.*Vide Alex. in l.inter stipul.§.j.de uerbo.obli. & in consi.xlvij. & consi.xcj.col.fi.in.vj.uolu.& consi.cxiiij.in.iiij.uol.& cõsi.lxxvij.in fi.in vj.uol.Roma.consi.cccl. late hippol. de mar.in l.j.§.ad quæstionem. in fi.de quæst.* Io.Nicol. *Et aliquos casus ponit Salice.in rubri.ff.de probatio. & Specula.in titu.de præsumptio.§.primo,& ibi Ioan.Andreas in additioni. allegat Marti. de fan. enumerantem plures alios casus.In quibus tamen omnibus,ego non puto quòd sit ista præsumptio:sed potius legis tantum.* De

Probatio non admittitur contra præsump. iuris & de iure.

6 *quibus infrà dicemus.Limitatur†primo supradicta cõclusio,ut non procedat in confeßione partis, quia probatio per talem confeßionem admittitur in contrarium: ut est glo. in autenti.de æqualita.dot.§. aliud, & in l. in contractibus,in uerbo nullo modo.C.de non numera.pec. cum concordan.per feli.in capi.quoniam contrà, in xvj. col.uersi.fallit ergo.v.de probatio.ubi ampliat idem esse in confeßione ficta secundum Barto.in l.absentem.in fi. ff.de pœnis.& quod no.Bal.in l.fi.C. de interdic. matri.* ¶ADDITIO. *Vide Ro.in d.cõsi.cccl.Alex.in.d.§. j.& in omnibus cõsilijs præallegatis.Io.Nico. Et ratio est:quia licet lex prohibeat probationem in cõtrarium, non tamen intelligitur prohibere eam quæ fit per confeßionem partis:ex quo confeßio non est propriè probatio,sed*

Limitatio prima.

tio,sed releuatio ab onere probandi.l.eum qui.ff.de iureiur.per Ioan.And.& docto.communiter in rubri. suprà
7 de proba.Sed pulchrũ † est uidere in practica,quomodo debeat istud intelligi:Nam attenta ista ratione, sequeretur quòd si constaret de confeßione, puta quia facta in iudicio,tũc procederet limitatio:Alioquin si pars diceret uolo probare per testes,qualiter tu confeßus es extra iudicium,quòd nõ deberet admitti,ex quo cessat ratio, quia hic non agitur de releuatione probationis: imò omnino probãdum est:& istud uidetur fuisse de mente Iacobi de puteo,in l.qui Romæ.§.duo fratres,in princ.glo.magnæ, ff.de uerbo.obligati.ubi tenuit,quòd si uictus per sententiam arbitri uelit reclamare,& probare de confeßione actoris,qui confessus erat sententiam iniquam, quòd non admittetur,imò incidet in pœnam compromißi: & tamen talis sententia non est efficax, nisi per præsumptionem iuris & de iure.Et propterea uideretur sanè debere intelligi quod dicit Feli.cum multis concord.in d.c. quoniam contrà,& Iason in repetitione legis admonendi, co
8 lum.xliiij.ff.de iureiur.†ubi generaliter dicunt, quòd cõtra sententiam quæ transijt in rem iudicatã admittitur probatio per confeßionem partis:Nam deberet intelligi, si pars in iudicio hoc confessa est,& non aliter . Et pro ista declaratione facit.quia ideo admittitur probatio per confeßionem propter maiorem certitudinem,quam in se habet.secundum Aret.& moder.in d.rubri.de probatio. Quæ ratio,non habet locum quando ista confeßio probaretur per testes,imò est minus certa cæteris probationibus:Ex quo confeßio potuit eße facta per errorem, cæ-

teræ

*teræ autem probationes, non.*¹Ex quo *testes deponunt de eo, quod uiderunt, & per sensum perceperũt.* In quo *actu non ità faciliter cadit error: iuxta glo. & ibi Geminia. in cap. si quis episcopum. iij. q. ix.*

¶ *Confirmatur ista opinio per id quod notat* Ancha. *con silio. cccl. in q. prædicta. ubi dicit, quòd quamuis statutum prohibens admitti probationes, non intelligatur de confessione: tamen istud non procedit quando confessio probaretur per testes: ex quo tũc militat ratio statuti, cui aliter poßit fraus de facili fieri.* Et *ista opi. est æquior, alioquin lites essent immortales, & daretur occasio multa fal sa fabricandi.* Et *istud est de mente* Bal. *in l. filium quem habentem.* C. *fami. ercisců. in penul. q. ubi dicit, quòd isto casu, nõ admitterentur partes ad faciendã positionẽ de cõ

9 fessione: ergo nec ad probandũ.* †*quia quod nõ est poni bile, neq; etiã est probabile. l. sed & si restituatur. §. j. ubi* Ange. *ff. de iudi. per glo. & docto. in. l. fi. §. quod obseruari.* C. *de iuramen. propter calum. & idem etiam est de mẽ te* Anto. Butri. *in d. cap. is qui fidem, ubi dicit, quòd contra istam præsumptionem, non admittitur aliqua probatio extrinseca, uidelicet quæ nõ fiat uerbo ipsarũ partiũ. Sequitur* Cardi. Alex. *ibi.* Et *potest dici, quod istud est de mente aliorũ, dũ dicũt admitti probationẽ per cõfeßionẽ:* Nam *debẽt intelligi de cõfeßione simplici probata immediate ex facto confitentis, nõ aũt per testes quia tunc nõ esset simplex probatio p cõfeßionẽ, sed mixta: scilicet ex cõfeßione, & ex testibus, ut per* Bal. *in l. j. per illum text.* C. *quibus ex causis serui*¹*pro præmio liberta:. &* Anchara. *in dicto*² *cõsi. & per moder. in l. certi condictio. §. quoniam.*

*niam.ff.si cer.peta.*Bene *credo,quòd per denunciationem euangelicam posset succurri etiam per examinationem testium:prout dixi in capit.nouit,supra de iudic.* Et *ita intelligit* Innocen. *in capit.quia plerique, de immunita. eccle.*Baldus *&* Imo.*in l.si quis instituatur, in fine. ff. de hæredibus instituen. qui loquuntur quò ad forum conscientiæ:licet moder.non aduertẽtes ita generaliter eos allegent:& istud est magni effectus,per ea quæ dixi in dicto cap.nouit.*Intelligitur *etiam supradicta limitatio procedere in his,quæ dependent à consensu partis: secus si simus in materia in qua lex nõ attendat eius consensum, prout in casu matrimonij,cap.super eo,infrà de eo qui cognouit consangui.uxor.per* Abba.*& alios in dicto ca. is qui fidem.&* Feli.*in dicto capi.quantò.*

Secunda limitatio.

10 ¶*Secundo limitatur† prædicta conclusio, ut parte non opponente,admittatur probatio contra talẽ præsumptionem:& propterea si sententia transierit in iudicatum, & parte non opponente, uictus probauerit de eius iniustitia,tunc prior sententia retractabitur, secundum* Inno.*in cap.fraternitatis,infrà de frigi. & maleficia.&* Docto.*in.c.cùm dilecta,supra de rescrip.cum concordan.per* Feli.*in d. ca.quanto,& similibus multis,per* Iaso.*in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui uel alie. iur.* ¶*Adde* Alex.*consi.lxxvij.redemptoris.col.ulti.in.ij. uolumi.&* Lud.Rom.*consi.ccxv.duo sunt.nu.5.* 10. Nicol. Et *est ratio secundum* Cardina.Alexandri.*in d.capitu. is qui fidem:quia cùm præsumptio ista sit introducta propter dubietatem,& in hoc distet à fictione quæ inducitur super casu claro, si facta sit probatio, debet cessare*

ſcæ talis præſumptio : quæ ratio, ſi uera eſt, eſt ualde notabilis : quia ſequeretur, quòd ante perfectam probationem poſſet ille qui obtinuit, excipere & prohibere, ne ulterius probationes aliquo modo fierent : ex quo adhuc nõ eſt caſus clarus per quem debeat tolli talis præſumptio. Sed ego non puto iſtam rationem ueram : unde dic, quòd ratio eſt, quia pars quæ nõn oppoſuit, uidetur renunciare fauori ſuo, & tacitè conſentire. cap. ij. infra de accuſatio. in ſexto, per Barto. in l. prima, in ultimo notabili. C. de dilationibus, quæ tacita confeßio ſibi præiudicat, ut ſuprà uidimus, & ita tenet domi. Alexan. in lege iudex poſteaquam. ff. de re iudicata. & ex hoc infertur,
11 †quòd cùm admißio capitulorum ſeu articulorum, fiat per interloquutoriam iudicis, ut per Cardina. in clemen. ſæpe. §. & quia, in ſeptimo notabili, de uerbo. ſignificationibus, ſi pars permittat labi tempus ad appellandum: uidetur quò ad ſe conſentire, non quò ad iudicem: quia cum ſit interlocutoria, Iudex poteſt eam quandocunque reuocare, lege quod iußit, ubi Barto. ff. de re iudica. & per Cardinalem in dicta clementina ſæpe, & debebit reuocare, quotieſcunque requiſitus ſit, antequam ſit plene probatum. & ita poteſt ſaluari, quod notant Cardina. & Alexander, in dicto capitulo, is qui fidem: & in hoc erit bonum habere iudicem fauorabilem. Contra ſupradictam limitationem, quam Doctores indiſtinctè approbant, obſtant duo. primum eſt, quia cùm regula ſit, quòd probatio nõ admittatur contra talem præſumptionem : & iſte ſit articulus iuris : & conſequenter notorius, lege cùm quidam. §. ſuum. ff. de acquirenda hæ

da hære.per Bal.in.l.cùm proponas.C. de rebus creditis. cum concordan.sequitur,quòd etiam parte non opponen te,processus sit nullus: quia ubicunque constat iudici notoriè de defensione partis: licet pars non opponat, processus est nullus. secundum Baldum in lege non dubium,in fine. C. de legibus. & latius in disputatione sua,incipiente, statuto cauetur,quòd fœnerator: & per Ancharanum in regula iuris ea quæ,in quinta colum.& per Aretinum in cap.fraternitatis,suprà de testibus.Sed tu responde, quòd istud procederet, ubi essemus in casu, qui non dependeret à uoluntate partis: prout sunt causæ criminales: de quibus per Bartolum in lege prima.§.primo.ff.ad trebellia. Sed in nostro casu est secus,ex quo pars non opponendo, uidetur renunciare fauori suo: qua renunciatione stante, non est aliquod notorium quod poßit suppleri per iudicem. Et propterea, sicut in notorio facti Iudex non supplet, nisi sit à parte allegatum: ut per Alexandrum in lege prima.C. ut quæ desunt aduocatis. Ita uidetur dicendum in isto notorio iuris, cui pars per tacitum consensum potest renunciare. ¶ADDITIO. Contrarium quòd in notorio facti,etiam si non allegetur à parte iudex supplere poßit,tenet Romanus consilio.ccxxvij.in fine. Ioan. Nicol. Et istud procedit etiam si in hoc iudicio producerentur articuli de directo contrarij prioribus. De quo per Moder. in capitulo, fraternitatis, post Aretinum,suprà de testibus. Et facit quod nota. in lege, si di-
12 uersa.C. de transactionibus. Secundo† obstat textus in dicta lege finali.C.arbitrium tutel.Pone,quòd tutor in

inuenta

inuentario pupilli describat etiam res proprias: præsumptio est iuris & de iure, quòd sint pupilli. Pone rursus, quòd tutor uelit probare esse suas, & pupillus non opponat, nunquid poßit obtinere? & uidetur quòd sic, ex supradicta limitatione. tamen contrarium est uerius, quia secundum Salicetum ibi dato quòd essent suæ, ex quo eas descripsit in inuentario, uidetur donasse pupillo, sequitur Socinus consilio sexagesimoprimo, in primo dubio, in primo uolumine. Et propterea cùm tutor in inuentario descripsisset rem sibi à patre pupilli legatum, in contingentia facti fuit dictum, uidere eum renunciasse legato. Sed tamen aduerte, quia illud dictum Saliceti, quòd censeatur tutor donasse, non uidetur uerum, nec probatur in dicta lege finali, quæ cum sit exorbitans. non est extendenda. autenti. quas actiones, ubi nota. C. de sacrosanctis ecclesijs.

13 ¶Tertio limitatur† supradicta regula, ut non procedat, quando probatio contra talem præsumptionem fieret per indirectum, ut est glossa in clementina prima, in uerbo, fecisse narramus. de prob. & Alex. in dicta lege a diuo pio. §. si pignora. & per Felinũ in dicto capitulo, quanto. & adde, quòd ratio est: quia cum lex requirat certas qualitates in actu in quo inducit talem præsumptionem, semper admittuntur probationes, quòd quis non sit in tali casu, uel non concurrat aliqua ex requisitis qualitatibus. ut per Bartolum in lege prima. §. & parui. ff. quod ui aut clam, per legem quartam §. condemnatum. ff. de re iudica. ubi docto. & per Andre. Sicul. consilio xv. columna septima, in primo uolumine. Tertia limitatio.

¶ADDI

¶ADDITIO *Benefacit quòd dispositio exceptionẽ excludens, ubi super certa qualitate fundatur, exceptiones illi qualitati detrahẽtes, nõ cẽsetur excludere, ut per* Bar. *in l.diuus.ff.de testamen.mili.*Areti. *in §. planè . institu. eodem titu.*Alexand.*in dicto §. & parui. Facit etiam quod uolunt* Ioan.Andr.*&* Domi.*in cap.filij.de hæret. quòd iura omnia quæ disponunt alicui probationi ratione certè qualitatis standum, ita quòd non admittatur probatio in contrarium, intelligi debent, dummodo non probetur talem probationem esse falsam. & sic quòd non est probatio ita qualificata.*Ioan.Nicol. *Et pro hoc facit qd' not.domi.Cardinalis* Alexandri.*in ca.ad id, infrà de sponsal.ubi post* Inno.*Docto.dicit quòd licet sit præsumptio iuris & de iure, quòd si mulier contracto matrimonio per metum diutius cum marito cohabitauerit, purgatus sit metus: tamen admittetur ad probandum etiam cohabitationem fuisse uiolentam: & sic, hæc præsumptio tolletur per indirectam.* ¶ADDITIO. *Adde eundem* Præpositum,*in cap.ueniens.de sponsal.* Ioan. Nicol. Ad
14 *idem etiam facit. † quia si detur possessio per tantum temporis, cuius initij memoria non sit, in contrariũ: præsumitur legitimus titulus, estq; etiam præsumptio iuris, & de iure, secundum* Felin.*in capi.cum nobis, col.iij. de præscrip.& tamen contra eam admittetur probatio indirecta, scilicet non esse lapsum tantum temporis, ut ibi dicitur.Et ex hoc infero, quòd non admittetur aliquis isto casu ad probandam malam fidem, ut dicit* Iacob. Butrig. *in tractatu de homagio, col.iiij. quem refert & sequitur* Salice.*in.l.ij.C.de seruitu. & idem est de mente* Abba.

de præ-

cōsil.lxxxj.Clericus quidam,in ij.& Anchara.in cap.j.
de præscrip.in vj.nisi de ea constet, uel per confeßionem
partis,uel esset notorium:& sic essemus in casu alicuius
fallentiæ hic positæ.Et ita fœdere distinctionis potest con
cordari,quod dicit Philip.Fran.in d.c.j.& Ioan.Firmia.
in repertorio suo referens Ioan.And.& Canoni in cap.si
diligenti,de præscrip.in uerbo præscriptio.Ad supradi=
15 cta † etiam facit quod not. Bald.post glos.in c.quo=
niam frequenter,in princi.in.iiij.colum.supra ut lit.non
contesta.ubi si quis examinauerit testes ad perpetuam rei
memoriam,habet annum utilem ad cōueniendum aduer=
sarium:aliâs lapso illo tempore, præsumitur examinatio
facta in fraudem,& est præsumptio iuris, & de iure,ut
ibi dicitur:quæ tamen recipit probationem in cōtrarium
per indirectum,puta si probetur non esse lapsum annum
ab eo tempore,quo potuit experiri. Et ex ista limitatione
deciditur quæstio quæ fuit inter do.Argentinum de forli=
uio,& Salice.de qua per Bald.in d.l.fina.C.arb.tutel.

16 ¶ Quarto limitatur,† nisi contra talē præsumptio=
nem esset notorium, ut per Roma.consil.cccl.in viij.col.
cum concordan.per Feli.in d.c.quantò.Et facit,quia sub=
lata qualibet probatione in contrarium, nunquam tamen
censetur illa prohibita,quæ fit per euidentiam rei:ut dicit
Bald.in l.contra negantem.in fine.C.ad legem aquil.&
in rubri.C.de probatio.cum similibus.

Quarta limitatio.

¶ ADDITIO. ¶ Et idē Bal.in l.j.C.si aduer.liber.
Alexan.consil.xxxix.colum.penul.nu.23. & 24.in sexto
uolumi.& consi.xxxv.colum.iij.nume.8.in iiij.uolumi.
cum uarijs concordantibus & similibus egregie adductis

And.Alcia. de præsump, c per

per Hippoly. Marsilium, in l.j.§.si serui quasi.nume.s.de quæstio.ad quē sufficiat remißio, multa enim egregia tradit pro huius limitationis corroboratione. Ioan.Nicol.

¶ Intellige tamen supradictam limitationem, quando notorium ipsum allegaretur in actis, aliâs nihil iuuaret. ut per Alexand.in l.unica.C.ut quæ desf.aduoca.& in consi. cxviij.in penul.col.in iiij.facit lex si adulterium.§.idem pollioni.ff.ad legem Iuliam de adulte.

17 ¶ Item † intellige procedere in notorio facti permanentis, ut loquitur Roma.in d.cōsi.cccl.aliâs ex quo notorium non est facti remanentis deberet probari iuxta nota. in c.uestra, de cohabi.cleri.unde tunc limitatio non procederet, ex quo lex reijcit probationem à tali præsumptione. Et facit ratio, quam sententia facit notorium.cap.fina. infra de cohabi.cleri.notatur in cap.cùm olim, de uerbo. signifi.quòd notorium est præsumptionis: ut dicit Feli. in d.cap.quoniam contra, in iiij.fallen.post alios, unde si detur notorium ueritatis, illud præualet. Sed istud notorium ueritatis, nō potest procedere in notorio facti transeuntis, quia in eo requiritur probatio per testes, quæ fundatur in præsumptionibus: meritò ergo prior præsumptio tanquam efficacior debet præualere.l. diuus.ff.de in integ. restitutio. Aduerte etiam, quia in omnibus casibus in quibus succurritur aduersus sententiam, quæ transijt in iudicatum: in ijsdem uidetur quòd limitetur prædicta regula. Ex quo pro tali sententia est præsumptio iuris & de iure. Et propterea in supradictis limitationibus comprehenduntur quinque casus positi per Felin. in dicto cap.quoniam contra.

Quinto

18 ¶ Quinto limitat † Felin.in dicto capitu. quanto, ut non procedat antequam feratur sententia prætextu talis præsumptionis:nam admittetur probatio in contrarium:ut est glos.quam ibi not.Domini.in capitu.ordinarij.in princip.in uerbo libere,infra de offic.ordina.in vj. Sed ista limitatio non est uera,& contra text.in dicta l. fina.& dicta l.antiquæ,cum similib.& contra mentem omnium:nec text.in dicto cap.ordinarij,facit pro ista limitatione,quia ibi etiam quòd non ostendatur dispensatio in tempore constituto,licet lex præsumat nullam adesse: non tamen probatur,quòd sit per præsumptionem iuris & de iure. Quinta limitatio.

¶ Præterea ibi non admittitur ostensio dispensationis in uim probationis,sed potius per purgationem moræ,quæ retrotrahitur ad tempus, quo nondum erat aliquid præsumptum,ut per Bald.in cap.quòniam frequenter,supra ut lite non contesta.

19 ¶ Sexto ultra Moder.† tu limita,ut licet non admittatur probatio contra talem præsumptionem,admittitur tamen restitutio in integrũ,si iusta causa subsit.Ita probatur ex nota.per Bar.Alex.& alios,cõmuniter in l.inter stipulantem.§.1.ff.de uerbo.obli.ubi in iudicijs,quando lis contestatur.præsumptio est iuris & de iure, quòd de eadem re intellexerit actor, & reus: & tamen si reus ostendat aliquam causam per quam probabiliter errauerit, debebit sibi succurri per restitutionem in integrum ex clausula generali, ut ibi per eos.facit: quia uidemus quòd si subsit iusta causa, succurretur eodem remedio contra sententiam quæ transijt in Sexta limitatio.

iudicatum.l.diuus.ff.de re iudica.per Iaso.post alios in l. admonendi.ff.de iureiurãdo. Circa prædictam tamen limitationem aduerte,quia contrarium uidetur præsupponere Abb.in capit.constitutus,in ultima col.suprà de in integ restitu.dum dicit,quòd decretum iudicis interueniens in actu,facit præsumi eum solenniter gestum.l.j.C. de præd.decurio.lib.x. Sed ista non est præsumptio iuris & de iure,unde secundum eum admittitur restitutio in integrum,& poterit probari læsio. Sed responde,quòd dictum Abba.procedit,ubi esset specialis præsumptio iuris & de iure quem non esse læsum.Nam tunc non concederetur restitutio:secus ubi lex simpliciter præsumit ueritatem.

Septima limitatio.

20 ¶*Septimo limitatur,ut † posßit admitti probatio per protestationem,quæ actum præcesserit,uel interuenerit in ipso actu:ut est glos.in capi.uidua,infrà de regula.per Butri.& Cardina.Alexan.in dicto cap.is qui fidem,ubi præsumptio est,quòd Nouitia quæ assumit habitum professarum,uel se ingerit in actibus ad eas pertinentibus,sit professa,nisi protestatio præcesserit.*

¶ ADDITIO. ¶*Contra hanc limitationem uidetur facere quod uoluit glos.notabilis in c.per tuas,in medio glos.magnæ,de cõdi.appo.& ibi no.Ioã.And.& Præpo. & idem Præpo.post Butri.in c.ueniens.ij.de sponsali.&*

21 *Areti.in l.titia.§.idẽ resp.de uerb.obli.quòd † si duo contrahant spõsalia de futuro,secuta copula carnali,sponsalia transeunt in matrimonium præsumptum præsumptione iuris & de iure,adeo ut non admittatur probatio in cõtrarium,d.c.is qui,& d.c.ueniens,licet ergo spõsi de futuro*

futuro protestentur quòd quamuis sequatur copula, non intendunt quòd sponsalia transeant in matrimonium: nec contrahere matrimonium, tamen talis protestatio nō releuat, nec derogat præsumptioni iuris & de iure, quæ resultat ex copula. Vides ergo quòd contra præsumptionē iuris & de iure non admittitur protestatio in contrarium.

¶ *Saluando limitationem præceptoris mei quæ uidetur de mente* Bar. & *doct. in l. non solum. §. morte. de noui ope. in q. illa, an protestatio declaratoria tollatur per actū contrarium. ubi post alios* Ias. *col. viij uersic. tertia conclusio* Bar. & Alexandri. *col. xlix. & seq. Dicas quòd ideo in casu illius glo. protestatio reijcitur quia est turpis & inducens peccatum fornicationis, nimirū si non releuet contra præsumptionē iuris & de iure: fauore matrimonij & causa peccati euitandi introductam, & illam esse rationē illius gl. tradit* Panor. *ibi &* Præpo. *Idē præpo. &* Anto. *latis. in d. c. ueniēs, &* Ias. & Io. Ru. Alexā. *in d. § morte.*

22 Ex † *qua glos. & dictis doc. potes colligere unā sublimitationem seu restrictionem huius limitationis præceptoris mei ut nō procedat ubi per præsumptionem iuris & de iure tollitur peccatum, tunc enim protestatio præcedens uel subsequens non ualet ad tollendam talem præsumptionem: & ita expresse restringit* Præpositus *in dicto cap. ueniens.* Ioan. Nicol.

¶ *Et istud procedit etiā in fictione: unde si maritus ptestetur uxori, quòd nō intendit teneri actione ex stipulatu tacita, tunc non procedit dispositio, de qua in l. unica, in prin. C. de rei uxor. actio. ut etiā tenet* Bal. *nouel. in tract. de dote, in vj. parte, in ij. priuilegio.* Et *est ratio: quia lex*

introducit illud remedium partibus ignorantibus, ut ibi dicitur, non autem inuitis. Et ista limitatio effectualiter comprehenditur in tertia, quam suprà retuli. In contrarium tamen facit, quod not. Barto. in l. 1. §. item solent, in fine. ff. de offi. præfec. urb. ubi protestatio tutoris facta in inuentario, quòd si qua posuerit non ponenda uelit ea haberi pro non appositis, eum nõ releuat à præsumptione. de qua in d. l. fi. C. arbi. tutel. Sed responde, quòd istud procedit in protestatione generali, quam lex reprobat cùm uelit omnia minoris bona in inuentario specialiter describi, si subsit tamen iusta aliqua causa erroris illi succurretur per restitutio. in integ. iuxta supradicta. Et ita intelligo quod notat Bal. in d. l. fin. in prima q. Et dum glos. in dicto cap. uidua, ponit octauam limitationem, ut admittatur probatio in contrarium per unum testẽ & iuramentum in supplementum probationis, ab omnibus reprobatur, & bene, ut per Cardi. Alexand. in d. c. is qui fidem.

Tertia pars.

1 Præsumptionis iuris tantum diffinitio.
Præsumptio non aptatur nisi super verosimili
2 Præsumptio iuris an sit proprie ꝓbatio. late cũ se.
3 Præsumptio iuris quando est pro aliquo, releuat eum ab onere probandi: & transfert in aduersariũ: qui etiam duriore ꝓbatione grauatur: adeo vt hoc casu non sit locus delationi iuramenti suppletorij.
4 Præsumptio iuris an & quãdo dicatur liquidissima probatio.
5 Intellectus. l. lucius. de condi. & demon.
6 Præsumptionem cadere tantum super his quæ sunt

sunt facti quomodo intelligatur:& quomodo intelligatur illud quòd facta non præsumuntur &c.

7 Possessionem ipso iure cõtinuari de defuncto in hæredem, si statutum disponat, talis possessio non dicitur vera ante naturalem apprehensionem:& ex tali non datur interdictum recuperandæ.

8 Lex non præsumit nisi constito de certo signo, signorum autem alia necessaria:alia verisimilia.

VEniamus ad præsumptionem iuris tantum.

¶ *Præsumptio iuris,põt † meo iudicio sic definiri. Est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto,pro ueritate habetur.* Est *uerum quòd* Bal.*in l.ea quidem.in prin.C.de accusa.& in rubri.C.de proba.aliter definiuit,uel,ut ego arbitror, potius descripsit.unde tu tene meam definitionẽ.*Primo *dixi probabilem coniecturã:quia omnis præsumptio legis est fundata super uerisimili.c.quia uerisimile.infra eod.*Et *facit quod no.*Bal.*in l.fi.per illũ tex.in ult.not.& in xx.oppositio. C.de hære.insti.ubi præsumptiones legum non aptantur, nisi super uerisimilibus:et illa præsumptio est efficacior, quæ est uerisimilior.l.ij.C.de sicarijs.ut ibi per* Baldum. *Sed dicit idem* Bal.*in rub.suprà de proba.quòd præsumptio,est ratiocinatio de re uerisimili.facit: quia quod non est uerisimile,habet quandã falsitatis imaginem.l.milites. §.oportet.C.de quæstio.*Bal.*in l.j.C.de ser.fugi.unde experimentum ueri sermonis est,ut concordet cũ rebus sensatis.l.si ita quis.uersi.quod nemo sanus dixerit.ff.de euictioni.& exceptionem non uerisimilem* Iudex *non debet admittere,ut dicit* Anto.Butr.*in cap.super hoc,de renuncia.facit lex satis.C.de falsis.*

Præsumptionis iuris tantũ diffinitio.

¶ ADDITIO. ¶ *Vide ultra deducta hic, plura egregia dicta in hac materia per do. Iaso. in l. si extraneus. col. ij. & iij. de condictio. ob cau. ubi multa congerit ad dotem huius materiae: ad quem sufficiat remißio: & ultra eum multò latius do.* Hippoly. *de* Marsilijs. *in l. j. in princip. nume. 35. uersic. quo autem ad tertiam speciem confeßionis. ff. de quaestio. & in d. l. j. §. ad quaestionem. nume. 17. & 18. uersi. nota etiam ulterius.* Et *latißime in repe. rub. de probatio. nume. 103. uersicu.* Item *& ultra praedicta dico quòd ad hoc quòd confeßio inducat &c.* Ex *quibus locis poteris optime materiã uerisimilitudinis colligere.* Ioan. Nicolaus.

2 ¶ *Secundo dixi, † coniectura, ad differentiam probationis, quia praesumptio, nõ est propriè probatio. l. lucius. ubi* Dyn. *&* Barto. *ff. de condictio. & demonstra.* Bald. *in additio.* Specula. *in titu. de positio. in uersi. praesumptio, in prima colum.* Et *facit ratio, quia praesumptio releuat ab onere probandi, ergo nõ est probatio: ut nota. in rubri. suprà de probatio.* Et *facit quod not.* Barto. *in l. iij. aliàs l. prima.* C. *de fide instrumen. & iure, lib. x.*

3 ¶ ADDITIO. † ¶ *Qñ enim iuris praesumptio est pro aliquo, releuatur ipse ab onere probãdi, & trãsfertur in aduersariũ, ut per* Bar. *in l. in illa, in fi. ff. de uerb. obl. facit. l. ab ea. ff. de probatio. & c. bona fides. depositi, cum uulg. ut per* Cepo. *consi. 31. multa possent. & per* Hippo. Marsi. *sing. 451. decreui.* Ita *ut quãdo praesumptio est pro aliquo, aduersa pars quae uult probare contrarium, grauatur duriore probatione: ita quòd efficaciores probationes requiruntur, per tex. ubi ponderat* Albe. Rapha. Fulg. *&*

Ias.

*Iaſ.in vj.not.in l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cau.tex.ubi expreſſe no.*Panor.*in c.quia ueriſimile.de præſum.extra. facit tex.cum glo.in l.fi.& ibi* Bal.*ff.de eo quod me.cau. cum alijs pluribus concordan.traditis per Marſilium in d.ſing.451.decreui.* Adeo *quòd tunc nõ eſt locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis ſi ſemiplene probaſſet per unum teſtẽm,uel alio modo,gloſ.eſt not.in d.l.fi.ff.quod met.cau.& ibi expreſſe no.*Bal.*&* Hippo. *in d.ſing.451.&* Iaſ.*in lectu.l.admonendi,col.antepenul. nu.106.de iureiur.& multa egregia dicta ad hoc cumulat idem* Iaſ.*in repeti.dictæ.l.admonẽdi.col.95.uerſi.ex hoc correllariè inferuntur &c.* Ioan.Nicol.

¶ Et *iſtud tanto fortius uideretur procedere,ubi requiretur probatio euidens,per tex.in l.ij.in fi.*C.*qui accuſa. non poſ. Sed tu aduerte,quia licet uerũ ſit,quòd præſumptio iuris non dicatur probatio,imo ſit diuerſa,ut etiã dicit* Alexan.*in l.j.*C.*de teſta.milit.lex tamen parificat iſtos caſus uel quòd quis ꝓbet,uel quòd habeat præſumptionẽ*
4 *iuris pro ſe quia † talis præſumptio dicitur liquidiſſima probatio.l.licet* Imperator.*ubi* Alex.*&* Iaſ.*ff.de lega.j.gloſ.in l.ſi tutor petitus.*C. *de pericu.tuto.cum infinitis concordan.*

¶ ADDITIO ¶ Vide Hippo.*de Marſi.in rubri.de proba.nu.183.uerſi.reſtat uidere de alia ſpecie probationis.qui allegat plures gloſ.cõcor.& in.l.j.§.ſi quis dicatur.nu.16.ff.de quæſtio.qui dicit quòd iuris præſumptio affert ſecum probationem.* Et *eũdem in pract.criminali. §.principium. nume.14.fol.3.ſcd'm Mag.impreſſionem.* Adde Alexan.*in l.manifeſte.col.j.& ibi* Iaſ.*latius.col.iij.*

nota.ij.per illum tex.ff.de iureiuran.Paul.consil.116.uiso compromisso.col.pe.lib.1.in nouissimis.& domi.Stepha. Bertran.*in consi.xxxix.col.ij.in ij.uolu.nouissimorum. ubi allegat Soci.& alios.Adde quod dicit* Bal.*in d.l.si tu tor.quem refert & sequitur* Feli.*in rub.de proba.col.1. quòd ubi ad reportandam uictoriam requiruntur proba= tiones liquidissimæ,sufficit probare per præsumptiones à iure inductas,& ibi uide concor.per* Feli. Ioan.Nicol.

¶ Imò *præsumptio legis sufficit,ubi lex requirit proba= tionem per instrumentum.l.quæcunq;.iuncta l.prima.*C. *de apoch.pub.lib.x.quem ad hoc notauit* Bal.*in l.prima.* C.*de fideicommis.in l.prima.§.1.*C.*de rei uxor.*Moder.*in l.pactum quod dotali.*C.*de pactis.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et illud dictum* Bal.*sequitur* Alex. *consil.cxxv1.repetitis &c.col.fina.in v1.lib.&* Andre. Barba.*in repe.l.cum acutissimi.col.ix.*C.*de fideicommis.* Hippoly.*in rubri.de probatio.nume.57.fol.6.secundum impressionem nouissi.in magna margine.* Ioan.Nicol.

¶ *Idem est,si statutũ requireret lucidissimas probationes. l.1.ubi* Fulgo.*& cæteri.*C.*de testamen.mili.dum ergo lex æquiparet istos casus, certe talis æquiparatio procedet etiam in materia pœnali, & correctoria.ut per* Bartol. *&* Alexand.*in lege prima.ff.de lega.primo.*

¶ Et *istud mihi magis placet, quia actus præsumptus à iure eoipso probatus dicitur, quòd non probatur con= trarium,glos.in l.ij.*C.*de erro.calcu.in l.si creditor.*C.*de pignorati.actione. in lege in testamento.*C.*de testamen. milita cum simili.per* Andre.Sicu.*in rubri.supra de pro= bationi.colum.xj.*

Nec

5 ¶ Nec † obstat dicta l.lucius,per quam dicit Alexand. quòd ubi probatio conditionaliter requiritur, non est satis præsumptio: quia tale dictum debet intelligi secundum legem,quam alleg.uidelicet,ut procedat ubi sumus in casu,in quo constet subesse præsumptionem. Et nihilominus,requiratur probatio. Nam tunc,ne ista requisitio sit penitus inutilis, adhuc requiritur probatio, iuxta notata in lege si quando.de lega.primo. Nam intelligo text.in dicta l.lucius, quando filius erat in quasi possessione filiationis,propter quam habebat præsumptionem legis pro se,quòd esset filius:nec requirebatur alia probatio,ut per Glos.& Docto.in lege Titia.ff.soluto matrimonio.per Iasonem,in lege neque professio.C.de testamentis.& Alexander in consilio lj.in primo uolumine. unde,cùm testator instituerit eum,si probaret se filium, satis ostendit,se non fuisse contentum de illa præsumptione. Et quòd ille text.loquatur,quando filius erat in quasi possessione filiationis,probatur ex tex.in fine.qui præsupponit absq; aliqua probatione testamentũ esse nullius momenti,certe nisi fuisset in quasi possessione,requirebatur probatio,ex quo erat fundamentum intentionis suæ.l. uerius.ff.de proba. Item confirmatur,quia dato quòd non esset in quasi possessione,non uidetur,quòd testamentum esset nullum. Nam præteritus non potuisset habere hæreditatem, nisi probasset:ergo ut testamentum sustineatur, illa conditio debet haberi pro non adiecta, tanquam tacite inesset.lege in conditionibus.§.primo.ff.de conditionibus & demonstratio.l.iij.ff.de legatis primo. quæ interpretatio, in dubio fuit capienda.lege tertia.ff. de te=

de testa.mili. Et isto casu, filius nunquam reperisset se præteritum. Et sic, testamentum ualuisset: quicquid dicat Paul.de cast.in dicta l.lucius. Aliam solutio.ad illum tex. etiam ponit ibi Iaco.de Are.& Imol.& referunt Mod. in dicta rub.& in l.j.C.de testa.mili.dic ut per eos. Non obst.d.l.ij.C.qui accusa.quia in illo casu cessabat præsumptio: unde ea cessante, bene requiritur euidens probatio Sed non sequitur, quod præsumptio ipsa non faciat euidentem probationem.

6 Præterea, ex † eo quòd dixi coniectura, manifeste apparet, quòd præsumptio procedit solum in his, quæ sunt facti, quia in talibus habet locum coniectura, non autem in his, quæ sunt iuris, quia de eis semper lex est certa.d.l. cum quidam.§.suum.ff.de acqui.hæredi.& in certis, non est opus coniecturis.l.continuus, in prin.ff.de uerb.obli. Sed contra hoc obstat, quòd quotidie uulgo dicimus, tale quid est facti, & facta non præsumuntur.l.in bello.§.facta.ff.de capti.per Iaso.in l.serui electione.col.ij.& in l. legato generaliter.ff.de lega.primo.& in autenti.sacramenta puberum, C.si aduersus uendi.& alibi in uarijs locis. Sed tu aduerte, quia ille text.non loquitur in præsumptione, sed in fictione. Nec simpliciter probat, quòd lex non fingat in his quæ sunt facti: sed probat, quòd in causa facti fictio non habet locum. Et idem apertius dicitur in l.denique.ff.ex quib.cau.maio. circa quam rationem Bart.ibi laborat, & declarat quòd hoc sit propter inhabilitatem extremorum. Sed istud est aßignare nouam rationem, non autem sustinere rationem Iurisconsul.prout etiam faciunt Moder.in dicta l.si is qui pro empto.unde

tu dic,

tu dic, quòd usucapio producitur ex continuatione possessionis. l. iij. de usucap. & sine ea esse non potest. l. sine possessione. eod. titu. Et sic producitur ex causa consistente in facto: in qua lex nihil fingit, & ratio est: quia si lex fingeret usucapionem processisse, necessarium esset, quòd fingeret etiam super causa ipsius & sic super possessione: quæ possessio, cùm acquiratur & amittatur per actus naturales. l. prima. de acquir. posses. non potuit per fictionem legis alterari. l. iij. §. ex contrario. ff. eo. titu. Et facit §. simul, in stitu. de legiti. agna. tutel. Nam cùm possessio sit de substantia usucapionis, lex non potest ea quæ de substantia sunt, tollere. ut nota. in l. ij. ff. de usufruc. ea. re. quæ usu consumun. Et ideo etiam si quis reuertatur postliminio, non tamen recuperat possessionem, nisi noua apprehensione eam reacquirat. l. cū hæredes. §. primo. de acquirē. posses. Sequitur ergo, ut quamuis lex fingat super facto, nunquam tamen fingit super causa facti, repugnante 7 modo, à lege naturali tradito. Et facit † quod not. Bal. suprà in Rub. de causa posses. & proprie. col. fina. ubi si statutum uelit ipso iure continuari possessionē de defuncto in hæredem, talis possessio, ante apprehensionem naturalem non dicitur uera possessio, quia eam non potest lex transferre sine actu naturali & organis corporis. Et propterea, ex tali possessione nō competeret possessorium recuperandæ, ut est communis opinio, de qua per Alexan. in l. in suis. in v. col. ff. de libe. & posthu. licet do. Decius inaduertenter contrarium dixerit, consil. lxxxiiij. De quo etiam per Iaso. in l. si sorori. C. de iure delibe.

¶ Addi-

¶ ADDITIO. ¶ Et hoc statutum seu potius consuetudo uiget in toto regno Franciæ: quia mortuus saisijt uiuum. idest mortuus uidetur dare possessionẽ hæredi uiuo: ut expresse dicit Cyn. in l. ea lege. C. de condi. ob caus. & Io. Fab. in §. sui. de hære. quali. insti. melius in §. j. institu. de interdic. & Barba. in repe. Rub. de cau. poss. & proprie. col. xxij. Alex. in l. cum hæredes. col. j. de acquir. posses. & in cõsi. lxxxij. perspectis his, col. ij. & cõsi. seq. uisa facti narratione. ubi per iiij. aut v. colum. in ij. uolu. & consil. xxxvij. in causa mota per Angel. &c. col. ij. in primo uol. & melius quàm alibi per do. Bartho. de chassaneus. in commenta. consue. Burg. in titu. de successio. §. le mort saisist le uif. quasi per totum. Ex quibus omnibus locis præallegatis uidere poteris an pro tali ficta possessione detur interdictum adipiscendæ: & recuperãdæ. Vnum tamen nolo te omittere in practica quod dicit not. Io. Fab. in d. §. j. de interdi. & etiam attestatur do. Chassa. ubi supra, uersi. & de hac consuetudine memoratur &c. quod est de cõsuetudine & stylo curiæ in regno Franciæ, quòd ex tali possessione hæredes solent intentare remedium retinendæ possessionis: dicentes se saisitos, & turbari in possessione: & sic concludunt in casu nouitatis: quamuis realiter non fuerint adepti possessionem, & hoc facere possunt secũdum eos, & ita quotidie practicare uidemus, & nouissime uide aliqua per hunc domi. Alcia. in d. l. in suis. de libe. & posthu. Ioan. Nicol.

¶ Et ex his apparet, quòd d. §. factæ, nihil obstat, puto tamen, quòd regula doctorum sit in se uera, sane eam intelligendo: quia uerum est, quòd regulariter facta non præsu=

præsumuntur,imò debent probari.l.uerius.ff.de probat. Et istud præsertim procedit in factis accidentalibus:quia accidentia extrinseca non præsumuntur,ut est glos.notabilis in cap.si forte,in uerbo sciente,infra de elect.in vj. glos.in l.si uerò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui satisd.cog. Et per Rapha.Comen.in l.ij.§.j.ff.de excep.Et facit text. in l.si ita stipulatus.§.grisogonus.ff.de uerbo.obligatio. Ista tamẽ regula fallit in infinitis casibus,in quibus facta præsumuntur præexistẽte causa,de quibus infra dicemus.

8 ¶ Tertio subsequitur † ex certo signo proueniens,dixi certo,quia nisi constito de signo,lex non præsumit,unde,si de eo aliter non constet,debet probari,cap.sicut,primo,infra de simo.ubi lex præsumit aliquem Simoniacum ex signis:sed requiritur prius,quòd de signis constet,sicut præsumitur pater diligere filium:sed opus est,quòd constet eum patrem esse:& sic in similibus:quia semper ex præsupposito certo,sequitur deinde præsumptio.Appellamus autẽ ista præsupposita signa,quia sicut argumenta habent sedes,seu locos suos,unde oriũtur,ut dicũt Aristo. & Cic.in Topicis:ita ẽt præsumptiones oriũtur ex certis sedibus,quas sedes,Hermoge.in rhetoricis signa appellat. Eorũ,alia sunt necessaria,ut eã quæ peperit,concubuisse. Sed hæc nec ad actum pertinet,nec ad præsentẽ materiã. Alia sunt uerisimilia tantum:ut,non esse pudicã,quæ cum alienis uiris clàm uagatur.capitu.tertio loco,infra eod. Et de his uidebimus:sunt autem innumera,ut dicit Quintilia. Et merito Barto.in l.fina.in fine princip.ff.de his quæ metus causa. Dicit quòd ista materia non potest tractari , quia non possunt capi regulæ , sed magis

ſecundùm accidentiam factorum iudicatur. Nos tamen *quamplurima dicemus, quæ ut meliori ordine habeantur, congeremus ſub certis regulis.*

SEQVITVR REGVLA PRIMA PRAESVMPTIONVM.



RIMA † regula ſit, quod qualitas quæ naturaliter ineſt homini, ſemper adeſſe præſumitur. ¶ *Hanc regulam probat gloſ. in c. ſi forte. de elect. in vj. gloſ. & docto. in c. is qui fidem, de ſpõſa. ubi appellant talem præſumptionem, eſſe præſumptionem naturæ. Et idem firmat Ang. in repetitio. l. ſciẽdum. in antepenulti. col. ff. de uerbo. obliga.*

Prima præſumptio.

1 Patres præſumuntnr amare filios ſuos
2 Patres præſumuntur plus terreri in filijs quàm in ſeipſis.
3 Filij metus qui in ſtudio renunciauit beneficio propter metum qui in patria inferretur patri, eſt iuſtus metus.

Prima præſum ptio.

E X *hoc, primo infertur, quòd † patres præſumuntur amare filios ſuos, & econtra. l. iſti quidem. ff.*

quod

quod met.cau.l.si pupillorum.§.si pater.ff.de reb. corū. l.nec ei.ff.de adoptio.§.fina.institu.de noxal.& quod no. Roma.in l.prima.de in ius uocan.cum similibus.per Fe=
2 *li.in cap.afferte,infrà eod.*† *imò præsumuntur patres plus terreri in filijs,quàm in seipsis, ut ibi dicitur.* Et *propterea,Labeo Iurisconsul.cùm apertè damnaret* Au=*gustum* Imperatorem,*interrogatus ab eo, unde tantum audaciæ assumeret:respondit,quòd naturæ beneficio esset senex,& filios non haberet. Facit quod not.* Abb. *post*
3 *alios in ca.super eo,de renunc.ubi dicit,*† *quòd iustus est metus filij, qui in studio renunciat beneficio propter metum,qui in patria inferretur patri.*

¶ADDITIO. ¶*Et dicit not.*Inno.*in c.cū locū.de spons.quem refert* Hippol. *de Mars. in repe. l.unicæ,de rap.uir.col.iij.nu.7.& in.l.j.§. inauditū:col.j.ff.ad leg. cor.de sica.quòd si patri sit uiolētia corporalis,& filius aliq̄d facit ut liberet patrē,ille actus dicitur per metū factus ac si ipsi filio fuisset illata uiolentia.* Ioan.Nicol.

SECVNDA PRAESVMPTIO.

1 Pater præsumitur capere salubrius cōsilium in fauorem filij.
2 Filius simpliciter exhæredatus,nō censetur mala mente exhæredatus quo ad ea quæ ad eum pertinent iure filiationis.
3 Filio instituto si pater prohibeat ne alienet antequam habuerit.xxx. annos: talis prohibitio valet etiam respectu legitimæ.
Exhæredatio potest fieri ad tempus etiam respectu legitimæ. p̄sumit̄ enim facta a patre filio cōsulēte.

4 Matrimonium filiæ quando nõ est imparitas inter ipsam & virum suum, probatur per patrem, & etiam alios consanguineos.
Limita nisi virgo fuisset deflorata ante matrimoniũ nam consanguinei non sunt legitimi testes tũc super contracto matrimonio.
5 Adulterium siue strupum commissum cum muliere respicit iniuriam totius consanguinitatis.
6 Statutum annullans contractum mulieris sine consensu propinquorum, an procedat muliere contrahente cum patre.
7 Pater non potest contrahere cum filia in propriã vtilitatem statuto disponente, quod filia non possit sine consensu patris obligari.
8 Filia dotata a fratribus, si minus habuerit q̃ sit legitima poterit agere ad supplementũ, stante statuto quod stãtibus masculis filia dotata nõ succedat. secus si a patre dotetur: quia tunc nõ nisi fuerit enormiter lesa agere poterit.
Intellige & declara vt ibidem.

Secunda præsumptio.

SEcundo infertur, quòd † pater semper præsumitur capere salubrius consilium in fauorem filiorum. l. nec in ea. ff. de adulte. Et istud procedit, etiã si pater faceret actũ qui prima fronte nõ uideretur utilis filio: ut probatur ex notatis per Bar. in. l. ij, in. v. col. ff. de uulga. & pupilla. ubi dicit, quòd lex permisit patri substituere pupillariter etiam filio exhæredato mala mente. l. cùm quidam. C. de legat. quia tantum confidit de patre, quòd credit, quòd non sit facturus aliquid, nisi pro bono filij. Ad idem facit quod no. Bar. in. l. ut iurisiurãdi. §. si liberi, in ultĩa col. de ope.
2 *liberto. ubi † si pater exhæredet filium simpliciter, non censetur exhæredatus mala mẽte, quò ad ea, quæ ad ipsum pertinent iure filiationis. l. si patronus. §. si quis nõ mala.*

cum

cum.§.sequen.ff.de bon.liberto.licet quò ad hæreditatē sit secus: Ex quo talis actus, eum expresse excludit à bonis: quæ exclusio simpliciter facta, non habet aliquem colorem pro bono filij: Et ita potest: saluari Barto ab impugnatione Alexand.in dicta lege secunda, in.xij.columna. ff.de uulga.

¶ADDITIO.¶Et ibi uide præceptorem meum do. Francis.a Ripa. colum.xj.uer. sexto dubitatur. numero xxxvj. ubi alio modo concordat opiniones. dic ut per eum. Ioan.Nicolaus.

3 ¶Ad idem facit.†quia si testator instituto filio prohibeat, nè alienet, ante quàm habuerit.xxx.annos, talis prohibitio tenebit, etiam respectu legitimæ: quia non censetur apposita in grauamen, sed potius in sui fauorem, dum pater consulit ætati lubricæ adolescentis. Ita dicit in contingentia facti se dixisse. Rapha.Comen.in.l.filiusfamil.§. diui.ff.de leg.j. & ibi do. Ambrosius oppisonus in.xxvj. col.late comprobat istam opinio.quam etiā sequitur ibi Ioannes Crotus, & idem consuluit pau.de castro consil. lxxvij.uisis & cōsideratis omnibus.in primo uolu. in nouissimis. Et probatur hæc opinio ex no. per Barto. in.l. cùm ex filio, in prin.ff.de uulg.& pupil.cum concordā. ubi exhæredatio facta ad certum tempus tenet etiā respectu legitimæ: quia præsumitur facta à patre filio suo consulente. de quo etiā per Ias.in.l.multi.ff.de liber.& post. quod est summe notandum: & uidi pluries in facto dubitari. quia Areti.in consi.xviij.præsupponit contrarium: sed prima opinio est uerior, quam etiam tenet picus, in repetitio.l.in quarta.col xliij.ff.ad legem falcidiam.

¶ADDITIO. ¶*Hæc ratio huius præsumptionis parũ apud me stringit, nam ex ea sequeretur unum quod est cõtra cõmunem docto. sentẽtiam in. d. §. diui. uidelicet quod ualeret prohibitio perpetua alienationis, etiam respectu legitimæ. qua enim ratione creditur patrem uoluisse filio consulere ad tempus: quem ad tempus parum industrium fore suspicabatur, eadem præsumeretur uoluisse consulere perpetuo, si perpetuo parum industrium futurum credebat, & sic teneret prohibitio perpetua: cuius contrarium ut dixi est ueritas ut per* Iason. *post alios: & post* Ias. *omnes moderni in dicto. §. diui. Cum igitur ratio istius præsumptionis non urgeat, sequeretur concludendum, ex generalitate. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamẽto. non ualere prohibitionem etiam temporalem quo ad legitimam: cũ omne grauamẽ etiam temporale subducatur de legitima per dictã legẽ quoniam. ideo uideretur posse attentari contra sententiam* Pauli Comen. *&* Ambrosij *ac aliorum. & in effectu contra eos uidetur sentire dominus* Ferdinan. *de loazes in dicto. §. diui. columna octaua & nona. ex innumeris fundamentis quæ adducit.* Retenta *tamen sententia prædictorum quam etiam tenet* Ias. *in dicto. §. diui. in repe. colũnæ tertiæ, numero decimoseptimo. & in lec. columna ultima. numero cxvj. et* Thomas *ferra. Cautela. xxxv. & uidetur magis cõmunis.* Nota *tamen cautelas per quas potes euadere talem temporalem prohibitionẽ quo ad legitimam: quarũ unam tradit* Ias. *ubi suprà &* Bartho. *cepo. caut. lix. &* Ange. *in lege quoties. C. de fideicom. Aliam tradit* Areti. *consi. xxij. diligenter & maturè.* Ioan. Nicolaus.

Et

4 Et † pro supradicta præsumptione, etiam facit quod notat Bald.in capitu.super eo.secundo.suprà de testibus. ubi lex uult,quòd testimonium parentis admittatur, probando matrimonium filiæ,quando non est imparitas inter utrunq;. nam dicit Bal.esse rationem,quia non est uerisimile,quòd mater attestaretur,nisi pro ueritate.Ex quo aliàs sequeretur,quòd traderet filiam in concubinatum: Et sic,male consuleret filiæ suæ,quod est contra præsumptionem iuris.d.l.nec in ea.Et idem est de mente Anchara.& quod dicitur de parentibus,procedit etiam in cæteris consanguineis.ut ibi per Docto. De quo etiam per Soci.consi.xvij.in primo,per Andre.Sicul. consi.liiij. in primo.

¶ADDITIO.Vide notabiliter Alexan. consi.cliiij. uiso themate suprà scripto &c.columna prima in quinto lib. Ioan.Nicolaus.

¶Et ex hac ratiõe,inferebam in practica,quòd quidã testes consanguinei attestantes de matrimonio , quòd quædam ex certo marito pepererat filium,quòd non erat standum dicto eorum:& tunc,non procedebat dispositio.d.c. super eo. Mouebar per dictam rationẽ.nã cùm in prædicto casu uirgo fuisset p eũ deflorata,erat uerisimile,quòd consanguinei non curarent de concubinatu, sed facerent quicquid possent,ut ille eam haberet in uxorem : & sic, cessaret ratio legis,præsertim quia tunc erat manifesta
5 suspitio:Ex quo † talis iniuria respicit totam consanguinitatem.ut per Barto.in lege lex cornelia.ff. de iniurijs.per Alexand.consi.xxiiij.in.vj.columna.in secundo. Decium consi.cxxxiij.in.ij.col.Et istud erat satis de mẽte

tex.in.d.ca.super eo.ubi mater,& consanguinei reijciuntur,quãdo sunt suspecti propter disparitatem sanguinis: certe multo magis debent esse suspecti in isto casu, quando uirgo est deflorata,& ita obtinui,quod nota.

6 Ex supradicta†ratione,etiam deciditur quæstio, an statutum annullans contractum mulieris sine consensu propinquorum,habeat locum,etiam si mulier cõtrahat cum patre:In quo puncto,per supradictam rationem,Bal.in.l pactũ quod dotali,in.xx.q.C.de collatio.decidit, quòd nõ: cuius decisio communiter tenetur. Et licet aliqui impugnent,tamen potest responderi,ut ibi per do.Decium.Putarem dictum Baldi,esse in se uerum,quia illa forma fuit introducta à statuto,timore fraudis,cui subiacent mulieres:quæ ratio cessat in patre.Sed si probaretur fraus uel metus reuerentialis,uel similia,tunc retractaretur iuxta l.primam.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non detur.Et ita etiam potest saluari alia decisio Baldi in.l. prima.ff.de reb.eorum.ubi allegando Azo.dicit,quòd pater qui habet legitimam administrationem in aduentitijs filij,potest immobilia alienare,etiã citra decretũ iudicis. De quo per Iaso.in.l.præses.C.de transactio.Cõtra supra-
7 dicta tamen facit,quia†etiam si statutũ diceret, quòd mulier nõ possit obligari sine consensu patris,si pater cũ ea in suã contraheret utilitatẽ:contractus nõ teneret,quia ille consensus uidetur adhiberi ad integrandã personam ipsius mulieris.ut per Bal.in.l.j.col. penul.C. qui admit. Butri.& Geminia.in ca.cùm consuetudinis,suprà de cõsuetudi.& Alex.consi.xxix.col. penul.in.iij. ergo pater non potest illi consentire in utilitatem propriam.l.j. ubi

Bar.

Rar.ff.de auto.tuto.cum concordan.per Alex. consi.cvj. in primo.& Soci.in consi.xxiij.in.iiij.uolu.unde ista decisio esset restringenda,ubi contractus non pertineret ad utilitatem patris.cogita tamen.Ex eadẽ ratione dicit Paulus de castro,in consi.cclxxv.uel.cclxxviij.super primo quæsito dicendum,in.j.uolu.in.vij.dubio†quòd stante statuto,quòd masculi excludãt fœminas dotatas,si à fratribus fuerint dotatæ, & minus habuerint,quàm sit legitima,licet possint agere ad supplementũ,tamẽ si fuerint dotatæ à patre, nõ poterũt agere,quia censebũtur cõpetẽter dotatæ:Ex quo lex præsumit pro patre.d.l.nec ĩ ca,& quòd patri uisum fuit competens,non debet alteri uideri incõpetens.l.si furioso puberi,in fine.ff.de curato.furio. nec redargui potest ab aliquo:cũm nullus amor uincat paternum.l.fi. in prin.C. de curato.furio.Et hoc nisi appareret de enormi læsione.Et illud dictũ refert & sequitur Alex.consi.xxxiij.in.iiij.Cursi.cõsi.xxvij.col.xiij.& consi.lxxx.col.fina.Decius consi.xxvj.& consi.clxxx.

¶ADDITIO. ¶Ista dicta Pau.suprà relata refert & sequitur D.laurus de palatijs in tracta.de statut. exclu. fœmi.colũ.xx.qui trac. est inter tract.D.Alberti Bruni Asten.in fi. Ioan.Nicolaus.

¶Sed tu considera.quia in contrarium uidetur esse conclusio Doctorum:De qua per Soci.post alios,in.l. gallus §.& quid si tantum,de liber.& posth.ubi stante tali statuto,dicunt quòd si pater reliquerit filiæ pro dote minus legitima,quòd poterit agere ad supplementũ. Sed ista est alta quæstio,in quam Alexan.ibi tenet contrarium.

¶ADDITIO.¶Altissima profectò est ista quæstio,quã

uide satis copiose tractatam per D. *Carol.* Rui.*in d* §. *& quid si tantum.col.lxj.uersi.sed iuxta præmissa occurrit alia similis quæstio &c. ubi distinguit quatuor casus.& resolutionem huius altißimæ & dubitabilis quæstionis in qua uariæ reperiuntur doctorum sententiæ uide melius quàm alibi de mundo per do.* Alberi. *Brunum astensem in trac.de statuto fœmi.& cogna. lineam &c. in nono artic.princi.colum.xlij. ubi per.xij. colum. & ultra hanc.q.examinat:& pro affirmatiua & negatiua allegat īfinitas doctorum autoritates,tam in lecturis quā in consilijs.ac tandem fœdere distinctionis tradit notabilem doctrinam ex qua resolutus eris in hac notabili & difficili quæstio.an stante prædicto statuto filia dotata cēseatur exclusa a legitima,supplemento legitiæ,aut supplemento cōgruæ dotis.uide omnino.& eundem in eleganti quodam consilio posito in fine.d. sui tractatus.* Ioannes Nicolaus.

¶*Tamen potest prædicta cōclusio saluari,quando pater iam tradidisset filiam nuptui:secus si simpliciter in testamento reliquisset dictam dotem,cùm nuberet.*Nam *in primo casu,potest capi præsumptio pro patre,quòd attenta qualitate mariti,& temporis, & facultatum suarum,talem dotem filiæ tradiderit:quæ ratio cessat, quando relinquitur ista dos in testamento, ex quo antequam nubat possent prædicta immutari.*Et *ita teneas licet* Baldus *nouel.in tracta.dotis,ĩ quĩta parte,in.xvj. priuilegio tenuerit contrarium:& etiam* Decius *consi.cclxxvj.proponitur sibijpsi contrarius uariauerit.*

TERTIA PRAESVMPTIO.

Pater

1 Pater verberans filium præsumitur causa correctionis verberare: mō atrocitas pœnæ aliud nō suadeat: nec licet filio se defendere.
Pater includens filium in certo loco, non incidit in pœnam priuati carceris.
2 Maritus an possit baculo vxorem percutere.

Tertio infertur, † quòd si pater uerberat filium, præsumitur fecisse caussa correctionis, dummodo atrocitas pœnæ aliud nō suadeat. l. prima. C. de emenda. propinq. facit textus in l. sed & si. §. fina. cum lege sequen. ff. ad legem aquiliam. Tertia præsumptio.

¶ ADDITIO. *Adeo quod nō licet filio se defendere, nec patrem eum uerberantem repercutere, ut per Bar. in lege ut uim. ff. de iusti. & iur. quia ubi permissa est offensio, ibi non est licita defensio. secundum Bar. & doct. ibi. ita limitantes illum tex.* ¶ *Item adde quòd si pater uerberet filium clericum, non incidit in excommunicationem. secundum Flori. post Tancredum in d. l. sed si. §. si magister. ff. ad l. aquiliam. Adde etiam quòd si pater excedat modum in castigando filium, non uenit puniendus de omnibus percußionibus, sed de excessu tantum: nec punitur tanquam dolosus sed tanquam culposus. secundum Bald. in d. §. si magister. latißime hippol. de marsil. in pract. crimi. §. quoniam. col. antep. nu. xc. cum seq. uersic. Item circa.* Ioan. Nicolaus.

¶ *Ad idē facit tex. in l. si filius tuus. C. de patria potesta. ubi pater potest facere carcerari filium, & Iudex debebit imponere pœnā, quā pater iusserit. De quo ibi per Doct. ad idē quod no. Bar. in l. ex facto, magna, in fine. ff. de hæredi. insti. ubi si pater relegat filium in certo loco, uel cū*

claudit per aliquod tempus in certo conclaui,nõ incidit in pœnam carceris priuati,ut etiam dicit Butri.in c.cum contingat,ubi Moder.supra de foro.competenti.

¶ADDITIO. ¶*Vide Felin.in c.licet cli. in princ. de simonia & c.Bal.in l. libertos. C. de obsequijs patro. præstand.* Ioan. Nicol.

2 ¶*Sed uidi† in facto dubitari,quid de marito, qui uxorem baculo percusserit,uidetur,quòd nõ licuerit,quia ista correctio non conuenit ingenuis.ut est tex.in l.consensu, §.1.C. de repudi. & per glo.in ca.sicut alterius.vij.q.1. De qua etiam per Butri.& Feli.in d.ca.cum contingat. puto per supradicta,quòd non possit criminaliter puniri:quia ex tanta cõiunctione,præsumitur illa percussio facta animo corrigendi,non autem dolose,nisi atrocitas uulneris aliud induceret.§.atrox.instit.de iniur. Et ita tenet Guido papæ in tracta.de præsump.in penul.charta.*

¶ADDITIO. ¶ *An marito liceat uxorem mediocriter uerberare ad castigandum.uide Alexã.& Ias. in l. miles.§.qui iudicati.in fi.ff.de re iudic.& est glo.in l.sed si.§.fi.ff.ad l.aquil.* Ioan.Nicol.

QVARTA PRAESVMPTIO.

1 Pater offerens filium nocentem iudici,non præsumitur obtulisse vt afficiat eum supplicio summo. Idem in filio offerente patrem.
Filius præsentatus iudici a patre propter delictum ex quo veniat decapitandus non debet pœna mortis sed alia puniri.

Quarta præsumptio. *QVarto infertur,quòd† pater offerens filium suum nocentem iudici,non præsumitur obtulisse,ut eum afficiat*

afficiat summo supplicio l.milites §.penul.ff.de re milita. per quem tex.dicunt Salice.& Paul.de cast.in l.propter insidias.C.qui accu.non poss.quòd si quis commisit delictum,per quod ueniat decapitandus,si præsentetur iudici à patre,quòd erit afficiendus alia pœna, quàm mortis,& leuiori,puta exilio. Et sequitur Bartho. Veronen. in cautela sua prima,quod est notandũ: & idẽ etiã est in filio offerente patrem, ut per Angelum in l. si adulterium cum incestu.§.liberto,in fi.ff.ad legem iul.de adulte.Videretur tamen istud non procedere, quando pater eũ præsentasset ex uerisimili timore,quòd caperetur à iudice,sicut dicimus,quòd licet confessus mitius puniatur,tamen non procedit,quando quis confiteretur metu probationum,ut per Abba.et moder.in ca.at si clerici, in princi.suprà de iudicijs. tamen prior pars est tenenda, quia æquior:quam etiam tenet do.Feli.in ca.accusasti, in ulti. col.infra de accusatio.& Angel.de Arimi.in tracta.Angel.in maleficijs,in uerbo,necnon ad querelam,in septima charta.super uersi xx j.& moder.in l.j.§. ad quæstionem.ff.de quæstio.

¶ADDITIO. ¶Vult allegare Hippol. de Marsi.quẽ etiam uide in l.j.§.inauditum.colum.ij.ff.ad.l.cornel. de sicar. Ioan. Nicol.

PRAESVMPTIO QVINTA.

Quinta præsumptio.

QVinto,ex supradicta regula infertur,quòd parẽtes alienantes bona sua generaliter,præsumuntur preseruasse lucra matrimonij filijs suis:nisi etiam ea expresse alienent,auten.nunc autem.C.de secun.nupt.

Sexta

SEXTA PRAESVMPTIO.

1 Filius relinquens liberationem ab actione tutelæ patri, præsumitur eum liberasse etiam a solutione tutelæ. Declara vt ibi.
Dolus futurus non potest remitti.
2 Tutori si in testamento legatum fuerit q non teneatur reddere rationes: & quod omne in quo fuerit cōdēnatus sibi per hæredem restitueretur, nihilominus tenetur tutor, & nihil operetur tale legatū.

Sexta præsumptio. SExto infertur 1 †quòd filius relinquens liberationem ab actione tutelæ patri, præsumitur eum liberasse etiam à solutione reliquorum, propter naturalem affectionem: licet secus sit in extraneis, ut est tex. nota. in l. aurelius. §. titius. ff. de libe. lega. quem pro singulari notat Roma. in singulari centesimodecimo, incipiente, ultimo adultus, quod intellige, dum tamen ad ea reliqua non teneatur ratione doli committendi, quia talis dolus non potest remitti. l. conuenire. ff. de pact. dotal. Et habetur per Barto. in l. aurelio. §. Gaio, eodem titulo. Et propterea, 2 †etiam si in testamento legetur tutori, quòd non teneatur reddere rationes: & quòd omne in quo fuisset condemnatus, uolebat sibi restitui per hæredem, adhuc teneretur tutor, & legatum non operaretur, ut per Salicetum & Moder. in l. cùm necessitatem. C. de fideicommiss. Iason in l. actione, in fine. C. de transactionibus. per Alexandrum consilio. clxiiij. in quinto uolumi. quicquid dixerit Angel. consilio. clxxxvij. Brunellus & Cur. consil. lxvj. in. v. col. quorum opinio non est cōmunis, & abhorret ab æquitate, quia daret occasionem tutoribus spoliandi pu-

di pupillos.

¶ADDITIO. ¶*Vide quæ latißime scripsi in responsis meis, in materia binuborum, positis post repetitionem .l.generaliter.C.de secundis nuptijs, responso ultimo.ibi uideto.* Ioan. Nicol.

SEPTIMA PRAESVMPTIO.

1 Pater præsumitur expensas donasse filio agenti in studio, & nō debēt illi imputari a fratribus tempore diuisionis. Et quid in libris.

2 Statutō, ꝙ pater teneatur tractare filios æqualiter, alīs reducātur ad æqualitatem, disponente: an expensæ factæ per patrem ipsi filio in studijs agenti donatæ uideantur. & an tēpore diuisionis illi a fratribus veniant imputandæ.

3 Pater si dotis vni filiæ plus dedit quam alteri, modo æque bene locauerit marito, dicitur æqualiter maritasse seu tractasse.

Septimo, † pater præsumitur expensas donasse filio in studijs agenti, & non debent illi imputari à fratribus tempore diuisionis.l.quæ pater filio.ff.famil.ercisc. Alexand.consi.cij.in.iij.quid uero de libris, uidēdum est, ut per Barto.in l.prima.§.nec castrensc.ff.de colla. bono. & per Moder.in l.dotis.C.de collatio. *Septima præsumptio.*

¶ADDITIO. ¶*Vide latißime Picum & Do.meū à Ripa in l.in quartam.post alios ibi scrib.ff. ad l.falcid.*

2 ¶*Sed uidi in facto dubitari:† quid si statutum est, quòd pater tractet filios suos æqualiter, aliâs reducantur ad æqualitatem, & posset idem dici.* Nam *æquitas iuris communis, uult, ut filij tractentur æqualiter.l.ut liberis,* C.de

C.de collatio.l.cùm oportet,in princi.C.de bonis quæ liber.Et tamen in isto casu,ius commune ab eadem æquitate limitatur.ut dicit tex.in d.l.quæ pater. ergo eodem modo idem dicendum est de necessitate introducta à statuto: nec uidetur fuisse de mente statuti,auferre talem æquitatem,sed potius obuiare erroneis affectionibus parentum.
3 *Facit.†quia si pater det plus dotis uni filiæ, & minus alteri,dummodo eam æquè bene collocauerit marito: dicitur æqualiter tractasse,seu melius filias maritatas, secundum paragium.ut dicit Decius consilio.xxvj.in iiij. col.Et facit quod not.Bart.in l.cùm pater.§. dulcissimis, ff.de lega.ij.Aliàs sequeretur,quòd si pater haberet filium docilem,& alium crassi intellectus,non deberet curare,ut docilis instrueretur,ne inter eos esset inæqualitas: quod est absurdum. Et si diceres,quòd filius deberet compensare tales expensas in pecunia,dico quòd hoc est iniquum.d.l.quæ pater. Nec statutum debet trahi ad casus iniquos,capitu.erit autem lex.iiij.distinct. & facit quod not.Baldus in lege macedoniani.C. ad macedonia. cum concordan.per Decium in autenti.quod locum.C.de collationibus.*

OCTAVA PRAESVMPTIO.

1 Ascendens præsumitur suam hæreditatem velle descendentibus relinquere.
Hæreditas patris magis debetur filio,quàm filij hæreditas patri.
2 Legitima debetur filio lege naturæ: parentibus uero lege ciuili tantum.

Ascendentium legitima potest tolli statuto.
3 Legitima descendentium an possit statuto in totum tolli an vero minui. latissime. tandem concluditur fœdere distinc. 6.
4 Statutum quod primogenitus succedat excluso secundo genito est validum.
5 Statutum q vir lucretur dotem etiam exclusis liberis vxoris suæ prioris matrimonij est validum.
7 Dispositio l. cum auus. de condi. & demonst. nõ habet locum econuerso, scilicet in patre.

Octaua præsumptio.

Octauo præsumitur, † quòd ascendens uelit relinquere hæreditatem suam descendẽtibus. l. cùm ratio. ff. de bonis damnatorum. Et *propterea licet lex aliquando æquiparet legitimam quæ debetur filio in bonis paternis illi quæ debetur patri in bonis filij. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testamen. tamen æquiparatio non est generalis: quia magis debetur filio hæreditas, quàm econuerso l. scripto, in fine. ff. unde liber. unde uidemus, quòd præteritio patris non reddebat testamentum nullum ipso iure:*
2 *secus in filio. l. filio. §. contra. ff. de inoffi. testa. unde † dicimus, quòd legitima debetur filijs lege naturæ. Sed econuerso parentibus est debita tantummodo lege ciuili: unde posset in totum tolli per statutum: ut per* Bald. *in l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure.*

¶ADDITIO. ¶*Vide Ioan. de Ana. egregie consi. iiij. cum concordan. ibi traditis per Ludoui. Bologni. in additio. & per Alexan. consilio. lxviij. circa præmissam, col. ij. in quarto libro. & Corne. consilio. cl. circa præsentem consul. per totum. maxime col. ij. & iij. ita quòd nullibi melius comprobatum habes. in secundo uolumi. & con*

& consi.cvij. colum.j.in primo uolumi.& Ludo. Roma.consi.xxxij.colum.penul.& fina.uersi.tertio princi paliter. Et sic uidetur intrepidè concludere do.praeceptor meus Alcia.quòd licet legitima ascendentium posit tolli per statutum,quia iure ciuili debetur, legitima tamen liberorum non potest per statutum tolli: quia iure quodam naturali est debita,quae iura naturalia nullo iure ciuili tolli possunt.§.sed naturalia.instit.de iure natura.

3 *Sed aduerte† quòd ista quaestio an legitima liberorum posit tolli statuto,est una de difficilioribus quae sit in iure. Ita quòd asseuerat Soci.consil.cl. in principio.circa ueritatem huius quaestionis doctores pugnasse à ducêtum annis citra. Et contraria opi.scilicet quòd statutum possit in totum legitimam liberorum tollere, uidetur de iure magis communis.quam tenet Din.post longam disputationem ab utraque in cap.indultum.de regu.iur. in sexto,& ibi respon.his quae in contrarium adducuntur. Et sequitur ibi Ioan.And.in mercuria.& Lapus allega. cj.in ciuitate Floren.& Oldra.consilio.cvij. circa municipale,ubi ab utraque disputat, & pluribus fundamentis hanc sententiam comprobat. Idem tenet Ang.& ante eum uidetur sentire ibi Barto.in authen.de haered. & fal.in principio.colum.fina. Idem Barto.in l. titio centum.§. titio genero,& ibi expreßius Imol.ff.de conditio. & demonstratio. Et idem Imol.clarißime in l. quod de bonis.§.fi.ff.ad legem falcidiam.Ray.de forli. in consilio lxviij.quaedam mulier.colum.j.quod est inter consilia Si gnoroli de Homodeis.qui dicit quod ista est communis. et disputare de ea, est disputare de lana caprina. Et hanc*

etiam

etiam tenet Signorol.consil.xxxvij.factum sic proponitur.ubi melius quàm alibi ab utraque parte hanc quæstionem disputat,& intrepide tenet statuto posse tolli legitimam in totum.& respondet his quæ in contrarium adducuntur. Et idem Signorol.consil.lxix.in quæst.Blan*disiæ&c.*Paul.*de cast.consilio.cccxxij.uiso puncto.in principio,in primo uolumine,secundum nouißimam im*
4 *preßionem* Marti.†Lauden. *in tracta.de primogenitu.uersicu.quæro an ualuerit consuetudo,ubi post* Bal.*in l.j.uersi.deinde quæro,circa statuta permißiua.nu.17.colum.xj.C.de summa trinita.& alios in locis per eum relatis,tenet ualere statutum,quòd primogenitus in totum succedat secundogenito penitus etiam in legitima exclu̇so.hanc etiam opinionem quòd tolli poßit, dicit communem* Alexan.*consilio.lxxv.colum.quarta,uersicu. restat ad allegata in contrarium &c. in primo uolumine. & Salice.etiam communem esse asserit,(licet ipse nolit illi adhærere) in autenti.nouißima,quæstio.undecima.C. de inofficio.testamen.hanc etiam communem esse attestatur & firmat* Deci.*consilio.xix.*Diuino implorato *præsidio,& pro tenui facultate.colum.ij.& colum.penulti. ubi autoritatibus& concordantijs pluribus comprobat.*
5 *Et uoluit†*Paul.*post* Bald.*in l.j.C.de inofficio. donatio.quos refert & sequitur* Deci. *dicto consilio decimonono,quòd ualet statutum quòd maritus lucretur integram dotem uxoris, etiam exclusis liberis prioris mariti dictæ uxoris, quo ad legitimam.* Et hanc etiam esse *communem quòd statutum in totum tollere poßit legitimam, tenet* Decisio capel. Tholo. decisio. ccccxxxvij.

ubi Stepha.auffre.allegat infinitas autoritates. & Corne.hanc partem sequitur & communem asserit consilio ccx.in hac consultatione.colum.penul.in primo uolumi. ubi pluribus egregijs fundamentis comprobat, & allegat autoritates.& consi.cxj.uidetur in hac.colum. fina. in secundo uolumine.& consi.cl.circa præsentem. colū. pe. eodem uolumine.ubi dicit quòd ista est communis,& quòd ita est tenendū uiua ratione,quicquid dicat Salic.in dicta autentica nouiss.& idem Corne.consi.cxv. columna secunda,ubi egregie comprobat & attestatur de communi.in tertio uolumine.& allegat concor.& cōsil.cxxiij. licet.columna fina.in.iij.uolumine.& consi.cl.hanc quæstionem.in fine.in primo uolumine. cum uarijs concordantibus ibi per eum.

¶ *Contrariam uero opinio. quòd non poßit in totum tolli legitima per statutum,sed solum diminui tenent Iacob.de Beluisio in auten.de hæredi.& falcid. in princip. colū. ulti.& Salice.in dicta autentica nouißima.quæstione.xj.sentit Baldus post Cyn.in lege sancimus.C. de nuptijs.expreßius Albericus in l.quoniam in prioribus.C. de inofficio.testamento.colum.penul.ubi examinat quæstio.Bal.in.l.fin.§.ipsum autem.C.de bon.quæ liberis. & domi.Alexan.consi.lv.uiso titulo quæstio.columna fina. in secundo uolumi.& ibi allegat concor. & dicit hanc esse communem senten. canonistarum Barbat. in capitulo Rainutius.colum.xlv.cum seq.uersiculo modo sunt uidenda.ubi late examinat hunc articulum.extra de testa. & consi.xxiiij.illud afferam in medium.in prima parte. & Curtius senior consi.xiij.in fine.Roma. consi.xvj. in fine.*

fine.cum concor. traditis per Corneum consi.cxxiij. licet.in fin.in.iij.lib.& Alexan.consilio.lxxv.uisis diligenter.columna secunda.in primo.& Corne.consil.lxxxvj. dominus Petrus.in primo uolumine. Et latissi.dominus Stepha.auffre.in decisio.cap.Tho. decisione.ccccxxxvij. qui dicit hanc æquiorem & magis communem apud canonistas,dicens bonum uerbum quod ita sæpe uidit seruari in practica.

6 ¶ Quid†ergo tenendum in tam dubitabili quæstione. ¶ Omissis quibuscunque ambagibus placet mihi media sententia,& æqua quæ etiam uidetur magis communis & ex mente doctorum ferè omnium ut distinguamus aut talia statuta fiunt sine aliqua causa rationabili, & tunc non ualent talia statuta tanquam irrationabilia.capitulo erit autem lex.quarta distin. nec per talia tolletur ius petendi legitimam:ita loquatur hæc posterior opinio. Aut talia statuta fiunt rationabili causa, & ualent talia statuta & in totum possunt tollere legitimam,ita procedant infinita doctorum loca pro prima opinio.allegata, uolentia quòd stante statuto quòd filia non succedat patri stantibus masculis,filia non poterit petere legitimam, Nam tale statutum fit ex legitima & rationabili causa,scilicet ad conseruandum ius agnationis,nomen & arma domus & nè hæreditas eat ad extraneam familiam. ¶ Ita etiam procedat quod uoluit Baldus & Paulus in dicta lege prima.de inofficiosis donationibus.& cõsuluit Decius.d.consi.xix.uidelicet quòd ualeat statutum quòd maritus lucretur dotẽ exclusis liberis prioris matrimonij istud enĩ statutũ fit ex iusta & ratiõabili causa,scilicet ut

uiduæ citius reperiant maritos:quas(ut communiter)propter onera liberorum prioris matrimonij nisi cum maxima difficultate uiri in uxores ducere nolunt. & hanc etiam rationem tradit Decius *ubi supra.*Et *si bene inspicias ferè omnes consulentes in locis allegatis supra in prima sententia,uidebis qualiter loquuntur quando subest aliqua rationabilis causa statuti condendi.*

¶ Intellige *tamen,quod dixi quando subest causa ualere statutum,& in totum tollere legitimam,uerum esse,modo non absorbeantur alimenta,nam talia statuta non tollunt petitionem alimentorum aut dotis,quæ in locum alimentorum succedit.l.quisquis.§.ad filias.*C.*ad.l.iul. maiesta.nam cum alimenta iure naturali sint debita a patre liberis.l.j.§.ius naturale.ff.de iustit.& iure,nullo iure ciuili tolli poterunt.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.§.sed naturalia,insti.de iure natura.* ¶ Item *talia statuta utpote inuitantia parentes ad necem liberorum non deberent ualere:necare enim uidetur qui alimenta denegat.l.necare.ff. de libe.agnoscen. & hanc concordiã & distinctionem tradit* Baldus *nota.in dicta lege cum lege.*C. *de sacro. ecclesijs.& clarius* Ioan.*de imol.in dicta lege titio.§. titio genero.ff.de conditioni. & demonstrationi. & domin.* Ioannes *de ana.consilio quarto,ubi notabiliter loquitur. ubi etiam* Bolog.*in additio.& melius quàm alius quispiam istam concordiam & distinctionem tradit notabiliter* Curtius *iunior.consilio decimo.columna secunda. & dicit hanc esse communem sententiam & ex mente quasi omnium doctorum qui tenent primam partem. & etiam* Panormita.*in dicto capitulo raynutius.in ulti-*

mo

mo notabili,ubi egregie loquitur,& dicit deberi alimenta,& Iacob.de Bel.in dicta autenti.de hære. & falcidia. qui dicit ideo tale statutum non ualere quia tolleret alimenta:unde concludit saltem deberi alimenta: & etiam Marti.Lauden.in dicto tracta. primogenituræ. qui dicit quod secundogenito debent dari alimenta & omnia necessaria ad statum suum,stante statuto quòd primogenitus succedat excluso secundogenito. Et ideo in casu omniũ ferme consiliorum supra in prima parte deductorum,quando uiget statutum quòd stantibus masculis filia non succedat,dicunt docto,quòd filia quæ fuit dotata, non poterit succedere,nec petere legitimam seu potius supplementum legitimæ.quia filiæ habent dotem quamuis non usque ad legitimam.

¶ Item interea alimenta eis præstanda erunt per hæredes si nondum sint matrimonio collocatæ, secundum Bartolum in dicto.§.titio genero.& consulentes in locis supra allegatis.& maxime corneum & Curtium iuniorem.d.consil.x.no. hæc quia nullibi ita cumulatè reperies. Ioan.Nicolaus.

7 ¶ Et facit quod not.†Barto.in lege secunda in fine. ff.si quis à parente fue.manumis. Et quod not. Barto. Imo.& alij in.l. cùm auus.ff.de conditioni.& demonstratio.ubi illa lex loquens in filijs,non habet locum ẽcõuerso in patre.

NONA PRAESVMPTIO.

1 Testator plus dixisse & minus scripsisse præsumi

tur ne videatur alias successiones suis prætulisse.
2 Filio de restituenda hæreditate grauato, subintelligitur clausula si decesserit sine liberis: & hoc præsumitur, ideo efficacioribus præsumptionibus tolleretur talis præsumptio.

Nona præsumptio.

NOno præsumitur† plus à testatore dictum & minus scriptum suadente æquitate, nè uideatur pater alienas succeßiones suis prætulisse. d. l. cum auus, & . l. cũ acutißimi. C. de fideicommis. & . l. generaliter. §. cùm autem 2 *C. de insti. & substi.* ¶ *Et idem, † cum decisio dictarum legum sit fundata super præsumptione, uideretur quòd per efficaciores præsumptiones tolleretur: ut dicunt Anchara. consi. xlvj. prima facie, & Soci. consi. cxcj. licet difficulter.*

¶ *Et istud in se est uerum, licet præsumptiones quas Soci. refert in di. consi. non uideantur mihi satis efficaces.*

DECIMA PRAESVMPTIO.

1 Res quæ fuit patris præsumitur quod nunc sit filij hæredis.
Filius viuo patre quasi dominus: & eadem persona cum patre reputatur.
2 Aestimum patris censetur filij æstimum.

DECIMO præsumitur, † quòd res quæ fuit patris nunc sit filij hæredis eius. lege siue poßidetis C. de probatio.

¶ *Et pro hoc facit. quia filius, etiam uiuente patre, dicitur quodammodo dominus. lege in suis, ubi Docto. ff. de liberis*

liberis & posthumis.unde in eo non habet locum usucapio pro hærede.lege nihil.C.de usucapio.pro hærede.lege secunda.§.filium.ff.eodem titulo.

¶*Et facit fictio legis, per quam filius censetur eadem*
2 *persona cum patre.lege finali.C.de impuberū. † & æstimum patris,censetur æstimum filij, nisi sit emancipatus.ut est glossa in lege secunda.C.qui æta.se excusant, libro decimo.cum similibus per Iasonem in dicta lege finali.*

¶ADDITIO. ¶*Vide multa similia & egregia dicta argumento illius glossæ per Dominū Iasonem in lege sciendum.in principio.columna penultima & fi.ff. qui satis.cogantur.& hunc dominum meum Alciatum in.l. in suis.per multas columnas.* Ioan.Nicolaus.

VNDECIMA PRAESVMPTIO.

¶*Vndecimo præsumitur pater filium suum sine dolo retinere ob paternam pietatem.lege tertia.§. si eum.ff. de libero homi. exhiben. ubi glossa exponit præsumi eum retineri ob geminam pietatem, scilicet quia homo, & quia pater:quod non consonat auribus. unde tu lege genuinam.ut intelligatur tex.de ingenita pietate parentum erga filios.*

DVODECIMA PRAESVMPTIO.

¶*Duodecimo,non præsumitur pater ancillam suā uelle liberam facere, filios uero ex ea susceptos relinquere in*

seruitute. §. si quis liberam, uersicu. neq; enim, in autent. ut liber. decætero. & ibi est tex. quòd filius naturalis potest uinculo seruitutis attineri uersus patrem, si natus sit ex ancilla patris. Ad idem est text. in. l. ij. C. si manci. ita fuer. aliena.

PRAESVMPTIO XIII.

1 Pater nō præsumitur velle diminuere hæreditatem filij per legatum.
Pater non credens nasciturum sibi posthumū, si fecerit multa legata, nato deinde posthumo nō debētur legata. & quæ dicantur legata magna. & quid si omnia simul iuncta fuerint longe minoris valoris quam dimidia patrimonij.
2 Donatio modicæ partis bonorum an reuocetur per. l. si vnq̄. de reuoc. donat. latissime. & nu. 4.
3 Donatio certæ rei particularis an reuocetur per l. si vnquam. de reuo. dona.
5 Iudex arbitrabitur quæ dicatur magna aut modica res donata, adhoc vt donatio reuocetur per natiuitatem liberorum vel non reuocetur.

Decimatertia præsumptio.

Decimotertio, non præsumitur † quòd pater uelit diminuere hæreditatem filij per legatum. l. penul. & ibi nota. ff. de iure codicil. Et propterea, si pater non habens filios, fecerit magna legata, nato deinde posthumo, & testamento rupto legata non sustinentur. ut est communis conclusio in autē. ex cā. ubi Bart. & alij. C. de lib. præte. ¶ADDITIO. ¶ *Et per Alex. consi. xl. uiso tenore. col. pe. lib. 1. ubi allegat concor. plures. & consi. xlvij. abūdè. in. ij. uolu. col. ij. & seq. & Soci. in. l. cum auus. colū. xiiij. uersi. & pro hac opi. nu. xxxvij. ff. de condi. & demonstra.* Ioan. Nico.

Secus

¶ Secus si legata essent modica, quæ uerisimile esset testatorem facturum, etiam si filios haberet. ut per Ange. in l. uxorem. ff. de manumis. testa. Pau. de ca. & Ias. in d. autē. ex causa, & Soci. consi. xciij. in penul. col. in. iiij. Et dicit Aret. in l. titius. ff. de liber. & posthu. & in consi. xciij. uiso legato in. v. col. quòd legata dicētur magna, & reuocabuntur, quando simul iuncta accedunt ad dimidiā patrimonij. arg. l. ij. C. de rescinden. uenditio. Ego puto, quòd istud consistat ualde in arbitrio Iudicis, ut est de mente Ange. & Pau. Et quòd legata non sustineantur, etiam si sint longè minoris ualoris quàm dimidia: quod proba-
2 tur. †Primo ar. legis si unquam. C. de reuocā. donatio. ubi tex. loquitur de aliqua parte, & sic etiam modica. ut est gl. in clemen. prima, de foro competen. quam ad hoc alleg. Bal. in l. 1. C. de inofficio. dona. Et idem tenet Bar. in l. titia. §. imperator. ff. de lega. ij. Nam sicut ibi reuocatur donatio alicuius partis, quia donans non cogitabat se habiturum filios. Eodem modo est in casu nostro, quia si testator cogitasset se habiturum filios, non fecisset aliqua legata.

¶ ADDITIO. ¶ Dispositio. l. si unquam. an procedat in donatione cuiuslibet partis, etiam minoris quàm dimidiæ, est maxima contentio inter scriben. sunt enim plures tenentes quòd non habeat locum nisi in donatione omnium bonorum uel maioris partis, saltem dimidiæ, quos referre laboriosum esset, sed uide per præce. & D. meum de Ripa in repe. d. l. si unquam. q. vij. interpre. lib. iij. & latius ac melius quàm alibi per dominum And. Tiraquellum in repe. d. l. si unquam. in uerbo omnia uel partem

aliquam.pagina .121 .ubi per.16. paginas & ultra hanc materiam examinat, & allegat ab utraque infinitas doctorum autoritates & loca. Contraria *tamen sententia uidelicet, quòd habeat locum etiã in minori parte quàm dimidia, est magis communis secundum praeceptorem meum, quam tenent* Barto. & Bald.*in locis hic allegatis per* Do.Alciatum. *Idem Baldus in dicto.§.imperator.* Ludo.Roma.*in l.sicut certi.colum.ij .ubi &* Pet. Philip.Corne.*in fine.C.de testamen. milit.* Paul. *consilio ccccxxxv.super hoc puncto plura uidentur facere &c. colum.ij.uersiculo, secundo facere uidetur. in secundo uolumi.nouißimorum.* Et Alexand.*consil. clxij. uisis his quae copiose.in sexto uolumi.& consilio. lxxj. consideratis his, lib.iiij.Corn.consilio.xj.in praesenti.colum.ix. uersicu. nam ex quo, libro.iij.& consilio.xxx. in hac. colum.iij.libro.iiij.sentit Curt. senior in consilio. xlix. memoriae recolendae.colum.penulti.uersicu.secundo ponderatis.&* Iason *in l.j.colum. ij.C. de pactis. ubi etiam*

3 Decius. | *Quid† autem in donatione certae rei particularis, an dispositio dictae legis, si unquã, tunc procedat. dubitabilis est quaestio plusquam praecedens & plures reperiuntur tenentes, non procedere. cuius sententiae fuerunt omnes qui tenent dispositionem dictae legis, non habere locum nisi in donatione omnium uel maioris partis bonorum.* Contraria *tamen sententia quòd habeat locum, lex si unquam. est magis communis, secundum dominum meum à* Ripa, *in dicta lege si unquam, quaestione octaua. quam tenent omnes in locis praeallegatis. &*

Bar-

Barto.in dicto.§. imperator. Alberi. Baldus & dominus meus in dicta lege si unquam, cum alijs concordan. ibi per dominum meum, & Tiraquellum in dicto uerbo, omnia uel partem, ad quem sufficiat remissio, ne char-
4 tas occupem. Intellige † tamen communem tam in hoc casu quàm præcedenti, quòd dicta l. si unquam. procedat in donatione certæ rei particularis, uel quotæ etiam infra dimidiam, dũmodo nõ sit tam modica res uel quota, quòd uerisimiliter donans non destitisset a donatione propter cogitationem liberorum, tunc enim non procedat dicta l. si unquam, esset autem absurdum quod propter tam modicam rem uel quotam, donatio reuocaretur, & ita communiter restringunt ac limitant siue declarant communem sententiam Doctores, ut per alexandrum dicto consilio. lxxj. & Corne. dicto consilio.xxx.colum.iij.& consil.ccvj.uiso suprascripto. columna octaua, uersiculo, concurrit etiam.in.iij.uolumi. & not.Socinus in repetitione.l.cum auus. colum. xiiij. uersicu.& pro hac opi.adduco in simili: nam Bald.&c. ff.de conditio.& demonstratio.Ioan. de Imol.in c. fina. colum.iiij.extra de donatio.& Soci.consi.xxij.col.ij.in quarto lib.& consil.xx.in facto proponitur.col. fin. in iij. uolu.ubi alleg.concord.& consil.xciij. testamentum. col.penul.ad fi.in iiij.uolu.Deci.in l.j.col.iij.in secundo not.C.de pactis.& ibi Curtius iunior col.iij.& do.meus Alciat.in uerbo, sustulerat, & dominus meus à Ripa
5 in dicta.l.si unquam. Arbitrabitur † autem iudex quæ dicatur magna res aut modica res, considerata uerisimili

mente

mente donatoris, ex quantitate patrimonij, & qualitate personarum, ac numero liberorum, & sic colliget an fuerit mens disponētis, quòd etiam si sciuisset se habiturum liberos, nihilominus donationem fecißet: uel non fecisset si credidisset suscipere prolem, ita dicunt præfati Deci. Curt. Alcia. Ripa, Alexan. Soci. Corneus *& alij in locis præallegatis, & ultra illos idem uoluit* Barbatia *in l. cum acutißimi. colum xl v. C. dē fideicom. &* Corneus *cō silio. iiij. colum. iiij. in tertio uolumi. ubi dicit considerandum utrum donans unum an plures susceperit liberos masculos, an uero fœminas, & sequitur do. meus à* Ripa *ubi supra.* Magis *enim secundum eos dissuadent à donando plures filij, quàm unus filius, & magis filius quàm filia, nam filiæ sufficit dos congrua ex qua poßit nobiliter & honorabiliter uiuere secundum statum personæ suæ. ut etiam docet experientia, cap. quàm sit. de electione in sexto.* Ista *quæso nota perpetuo quia nullibi ita expedita habes.* Ioan. Nicol,

¶ *Confirmatur secundo per tex. in l. generaliter. §. cum autem, in fin. C. de institu. & substitutio. ubi ratio, quòd pater non sit prælaturus extraneos filijs suis, habet locum etiam in legatis particularibus, & sic, cuiuscunq; ualoris sint.* Tertio *comprobatur per rationem generalem positam in dicta. l. penul. ibi, quoniam non fuerit illi filio ablaturus.* Certè *est uerisimile, quòd pater nedum rē magnā, sed ne paruā quidem uelit auferre filio.* Vbi *uero pater haberet iam filios institutos: & nihilominus fecisset legata: nato deinde posthumo: tunc supradicta opinio* Areti. *posset utcunq; procedere.* Circa *quod tamen dic, ut*

dic, ut habetur in dicta l.penul. & per Barto. & docto. in l.cùm pater.§. cùm æstimaret.ff.de lega.ij. Et considera rationem d.autent.ex causa. cur legatarij, qui sunt minus dilecti à testatore, cōsequantur sua legata, hæres uero scriptus, qui erat magis dilectus, in totum excludatur, & nihil habeat.

PRAESVMPTIO XIIII.

Decimaquarta præsumptio.

DEcimoquarto, non præsumitur in dubio mater quæ non diligit filium. capi. afferte, infra eo. ubi ponitur exemplum Salomonis, & simile ponit Tranquil. in Claudio: quòd Claudius Imperator mulierem negantem, nec agnoscere uolentem filium compulit ad confeßionē, mandando ut eum in maritum acciperet. Quæ tamen aliquem exhæredauit, præsumitur mater: quia exhæredatio in extraneo inepta est. l.quidam cùm filium. ff. de uerbo. obligationibus.

PRAESVMPTIO XV.

1 Prodigus præsumitur quem pater prodigum in testamento nominauit.
Intellige sane vt ibi.
2 Pater si simpliciter filium prodigum in testamē to nominauerit, nil vlterius prouidendo super hoc: filij opinio grauatur apud graues.
Intellige vt ibi.

Decimaquinta præsumptio.

DEcimoquinto, †præsumitur prodigus, quem pater in testamento prodigum appellauit. l.penulti. in fine. ff. de cura-

de curato.furio.quod intellige esse uerum, quando pater sano consilio illa uerba profert, & super illo prouidet, puta quia dat curatorem, alioqui ex simplici appellatione, non oriretur efficax præsumptio iuris.l. his uerbis.§.primo.ff.de hæredi.instituen.& quod infra dicam. Sed tantummodo opinio filij grauaretur apud bonos uiros, lege ea quæ.C.ex quibus causis infa. & sic esset infamis ĩfamia facti. Adde tamẽ quòd ut hæc infamia oriatur reqritur quòd talis infamia emanauerit apud plures.ut per Abbatem in cap.ij.in. xij. columna, uersicu. ad ultimum.supra de ordi.cognitio.

PRAESVMPTIO XVI.

1 Filius præsumitur iniustæ exhæredatus a patre: ideo hæredi incumbit onus probandi ingratitudinem.

2 Donatio facta filio per patrem non sustinetur prætextu assertionis factæ a patre attestante de aliqua causa per quam donatio validatur: sufficerẽt tamen aliquæ coniecturæ.

Decimasexta præsumptio.

DEcimosexto † præsumitur pater iniuste exhæredare filium, ex quo naturaliter filij sunt grati parentibus, ut glossa in lege finali, in principio. ff. de his quæ met. cau. Et propterea incumbit hæredi onus probandi ingratitudinem. lege omnimodo, C. de inofficioso testamento. est uerum, quòd de iure ueteri aliud erat, quia stabatur dicto patris, lege liberi. C. eodem titulo. Sed cum Iustinianus introduxerit certas causas

causas tantum, ex quibus filij possunt exhæredari.§. aliud quoque capitulum, in autenti. ut cum de appellatione, merito hæres debet probare causam, per regulam.l.qui testamentum. in fine. ff. de probationibus.
2 unde cùm † donatio inter patrem & filium non teneat regulariter, non statur assertioni patris attestantis de aliqua causa, per quam donatio sustineretur. lege si forte. ff. de castren. pecul. per glossam & docto. in l.si donationem C. de collatio. & quod not. Socin. consilio.xxiij.in quarto.

¶ ADDITIO. ¶ Hoc indubitate uero crederem, si in tali donatione non interuenerit iuramentum, & ita intelligantur nota. per docto. in dicta.l. si donatione. Alioqui si in donatione iuramentum interuenerit, tunc dubitarem ne assertioni paternæ circa causam donandi staretur, utputa circa benemerita quæ pater asseuerat accepisse à filio, ut per elegantia & stringentia fundamenta comprobat dominus meus à Ripa in l.si unquam, quæstione.xv. uersicu. sed hic dubito de uno.C. de reuocandis donatio. ubi concludit quòd si pater fecerit donationem filio propter benemerita, & iuramento firmauerit talem donationem, quòd statur assertioni patris circa merita, & sic circa causam ob quam donatio sustinetur. & erit donatio remuneratoria. & ibi ostendit Bar. in l.cũ quis decedens.§.titia.de leg. iij. illud sentire, & respondet quibusdam fundamẽtis Alex. in d.l. si donatione. contrariũ sentientis. & ita dicit se consuluisse, & ita reperio responsorum suorum lib.iij.c.ix.col.fi. pulchris rationibus consuluit etiam Corne. consil. ciiij. circa

circa primum. libro ij. in fortioribus terminis. quòd licet donatio inter uirum & uxorem non ualeat, ut explorati iuris est, tñ si in tali donatione interueniat iuramẽtum, statur assertiõi donatoris circa benemerita, quæ accepisse à donatario coniuge asserit. & uide quæso illius rationes quæ multum faciunt ad intelligẽtiam huius materiæ, & præceptor meus ferè omnia eius motiua inde accepit. Videtur etiam sentire idem Areti. consilio. lxxiiij. col. iij. & Ias. in dicta l. si donatione. & Angel. in l. penul. §. mulier. solut. matri. quem refert Alexan. consilio. xviij. consideratis, in iij. libro. Ioan. Nicol.

¶Credo tamen quòd sufficerent leuiores probationes, puta per coniecturas tantum. Pro quo facit, quod not. Bald. in l. iubemus. ij. C. de sacrosanc. eccle. ubi si episcopus donat alicui in casu aliàs prohibito prætextu remunerationis: satis est illa merita probari per coniecturas. Alleg. Guil. de monte Laudu. in clemen. prima, de reb. eccle. non alienan. Tu pro hoc pondera tex. in l. etiam §. primo, ibi, æstimare debebit Iudex. ff. de manumiss. uindic. Ad idem facit, quod not. Butri. & Abb. & sequuntur alij in capi.
3 quamuis, infra de re iudica. †ubi confessio patris nocet filio, etiam quò ad legitimam: quandò ultra talem confessionem concurrit uerisimilis coniectura, quòd confessio sit uera, puta ex qualitate personæ & uerisimilitudine debiti: non tamen sufficeret simplex assertio patris, etiam cum iuramento: ut dicit Alexand. in dicta l. si donatione, reprobando Bal. ibi tenentem contrarium.

¶ADDITIO. ¶Vide ibi Corne. & Deci. & Sali. in l. hac edictali. quæstio. vij. de secũ. nup. egregiè Romanus

nus consilio quadragesimoquarto, ex supra narrato. colum. secunda, & consilio .ccxciij. Christi nomine repetito. & Areti. consilio .lxxiiij. colum. tertia. Alexan. latißime consilio decimooctauo, consideratis his, in tertio libro: Felin. in cap. si cautio .colum .xxiiij. uersicul. sed est aduertendum, de fide instrumen. Deci. consil. .ccij. colum. j. & ij. & iste do. Alciat. in l. pacta quæ contra. in quinta specie. C. de pact. Ioan. Nicol.

¶ Confirmatur per nota. per Salice. in l. si mater. C. de contrahen. emptio. Alexand. consilio decimooctauo consideratis his, in tertio uolum. Deci. consi. .ccij. ut præsens, in penul. colum. concludunt, quòd licet confeßio facta inter personas prohibitas, præsumatur facta in fraudem, tamen ista fraus tollitur per contrarias coniecturas, ut ibi per eos.

¶ ADDITIO. ¶ Accedat prædictis nam licet confeßio siue assertio benemeritorum inter personas prohibitas, nõ propterea inducat donationẽ remuneratoriam, nisi probentur benemerita: ut per gloß. & communiter docto. in dicta l. si donatione. & in uarijs locis ut ibi per Corn. & Deci. tamen hoc casu sufficient, illi donatario probare uolenti benemerita, leuiores probationes, quàm si nulla prorsus assertio interueniisset. quinimo sufficient, cum tali assertione uerisimiles coniecturæ. ita notabil. Deci. in dicta l. si donatione. colum. vj. uersic. addo duas. & consuluit in pulchro casu Ange. consil. .cccxlj. pater emit &c. Hippol. Marsi. singul. .ccccccx. non statur assertioni. & Alexan. dicto consi. xviij. & Bal. cõsi. lxvj. inter uirum. libro primo. Guido papæ, in l. si uoluntate.

C.de dotis promißio. Ioan.Nicolaus.

4 ¶Et propterea,in contingentia facti,stante† prædicto statuto,quòd pater teneatur descēdentes suos æqualiter tractare:uidi dubitari,cùm pater alteri filio minus reliquisset,quia in testamento asserebat,quòd ille habuerat tales & tales pecunias,quas luserat,seu comessauerat, uel soluerat pro condemnationibus fiscalibus: nunquid standum esset tali assertioni,concurrentibus aliquibus coniecturis,puta,quia in rationibus testatoris ita apparebat & ex moribus eius erant uerè similes, & etiam maior pars quantitatum uerificabatur per testes, & uidetur quòd sic,per supradicta,& quod not. Paul.de castro in consi.ccc j.ad bene examinandum.in secunda columna.in primo.Angelus de aret. in.§. actionum. institu. de actio.
5 Corne.consi.lxxx j.in penultima colum.in.iiij.ubi†statur libro tutoris de expensis pro pupillo factis, quando sunt uerisimiles:& maior pars uerificatur. Et ratio est, quia tali casu,sufficit probatio præsumpiua & per coniecturas.licet Iason in repetitione legis admonendi,in.l y. col.ff.de iureiuran.generaliter intelligat,& male.

XVII. PRAESVMPTIO.

1 Auus præsumitur dotare nepotem contemplatione filij.Intellige ut nu.2.& sequen.
Dos data ab auo nepti: an debeat per neptem imputari in legitimam quam debet habere in bonis patris.& nu.3.
4 Dos data nepti,an sit computanda ipsi filio in legitimam

legitimam.latiſſime diſputatur.

DEcimoſeptimo,†præſumitur auus dotare neptem cō templatione filij.l.dedit.ff.de collatio. Et propterea infertur,quòd neptis debeat ſibi computare iſtam dotem in legitimam quam debet habere in bonis patris, ut dicunt Angelus Alexan.& moder.in.l.in quartam.ff. ad legem falcidiam.Angel.conſi.lxxviij.Ioan.Philippi.Alex. conſi.clxxix.i n.v. Decimaſeptima præſumptio.

¶ADDITIO.¶Idem uult præceptor meus D.à Ripa in dicta lege in quartam.nume.ccvj.allegat idem uelle Barto.in d.conſilio centeſimotrigeſimoprimo. primo arguitur. Ioan.Nicolaus.

2 ¶Niſi†pater dediſſet dotem contemplatione ipſius neptis,non autem propter filium.l.auus.ff. de iure dotiū. Iſtud autem cognoſcitur,quando dos datur nomine ipſius neptis ſimpliciter prout dicitur in dicta lege auus. ſecus eſt in dubio:uel ſi daretur nomine filij:quo caſu, procedit.d.lex dedit dotem.Et ita dicit glo.in.d.l.auus, & ibi Raph.Fulgo.dicit eam approbari à doctoribus, licet ipſe non teneat per dictā legē dedit,ibi,propter me filiæ meæ nomine dedit.Sed reſponde, quòd gloſſator fortè habuit in text.meo nomine, quòd mihi magis placet. Item illa propter me,ſatis declarant intentionem aui. Et ſupra-
3 dicta†præſumptio procedit in dote quam auus tenetur propter filium dare nepti.l. & ideo.§. fina.ff.de in rem uerſo.l.profecticia.§. ſi filiusfamilias.ff.de iure dotium.Sed in his,ad quæ auus nō teneretur , præſumitur potius datū cōtēplatione ipſius,quàm filij,unde eſt aduē-

titium,ut est glo.in.l.quæsitum,in principio.ubi Barto. & alij.ff.de lega.j.& in.l.qui in aliena.§.interdum, ubi Iason latè.ff.de acquirenda hæreditate.Alexan.consi.viij.
4 *in.iij.colum.in.iij.uolumi.¶Sed dubia † quæstio est, nunquid dos data nepti computanda sit in legitimam ipsi filio.& Cyn.in lege scimus,in.v.quæstio.C. de inofficio. testamē.dicit quòd sic:quia dos processit de bonis aui,& prosequuta est filium.unde imputatur l.quoniam nouella C.illo eodem titulo.sequitur Alexan.in.d.l. in quartam, & Decius consi.lxxxj.in.iij.columna.declarando ut non procedat,quando constaret,quòd dos esset data contemplatione ipsius neptis:quod mihi placet per supradicta. Item quando filius non haberet de suo unde dotaret,quia tunc uidetur auus dedisse,ut satisfaceret proprio debito, ut ibi per eum:de quo dubito,ut infra dicam.*

¶ADDITIO.¶*Et de hac quæstio.uide præceptorē meum D.à Ripa.in.d.l.in quartam.folio.lxv.nume.ccij. ubi etiam post Are.consi.xvij.alio modo limitat opinio, Cy.& sequacium,ut non procedat,quādo dos data nepti, nondum erat reuersa ad patrem tempore mortis,ut quia adhuc durabat matrimonium neptis moriente patre, tūc enim non uenit filio imputanda in legitimam secundum glo.& Barto.in.d.dedit dotem.de colla.bono.& comprobat late ut per eum.* Ioan.Nicolaus.

¶*Contrarium tenuit Bal.in autenti.ex testamento, col. fina.C.de collatio.& in lege fina.in ultima columna.C. de dotis promißione.Areti.cōsi.xvij.in ultima columna. picus in dicta lege in quartam,colum.cj. pro hoc allega. textus in lege pater filiæ.ff. de euictio.ubi pater non tenetur*

netur ea conferre,ergo nec imputare in legitimam: quia aliàs istud esset modicæ utilitatis.¶Tu cõsidera pro eadẽ parte facere:quia aut filius non erat habilis ad dotandũ, & tunc etiam Alexan.concordat cum ista opinio. quòd non imputetur ei in legitima.Aut erat diues & habilis ad dotandum,& tunc onus non incumbit auo, sed ipsi, ut probatur in.d.§.filiusfami.& in dicta lege dedit dotem.Et firmat Bal.in autenti.res quæ,colum.fina.C.communia de lega.ergo,cùm onus non incumbat auo, si det, non censebitur dedisse propter filium. iuxta nota.in.d.l. quæsitum,& in.d.§.interdum.

¶ADDITIO. ¶Idem tenet præceptor meus Do.à Ripa.in dicta lege in quartam.nume.cciiij.ubi hoc limitat,nisi auus in constitutione dotis iußisset neptem esse tacitam & contentam,& nil ultra petere posse.tunc censetur dedisse dotem animo compensandi cum legitima. quæ peti posset in bonis suis.& sic patris contemplatione.l.si adulta.& ibi Bald. & sali.notant.C. de hæredit. actio. Ioan.Nicolaus.

¶Quid tenendum?puto opinionem Cv. esse ueriorem. non obstat.d.l.pater filiæ,quia tex.loquitur de collatione tantum,non de supplemento legitimæ.Et non est bona cõsequentia,non confertur,ergo non computatur in legitima.licet econtra sit.l.illud.& ibi Ias.in fine.C. de collatio.per Bald.in .d.l.quoniam nouella, in prima oppo. C.de inofficio.testamen.præterea,est considerãdum,quòd intellectus Aret.& Baldi est diuinatiuus ad illum textum,quia ibi nihil dicitur, quòd auus dederit dotem. unde tu aliter intelligas, quia text. procedit arguendo

f 3 hoc

hoc modo.nam uidemus quòd si filius emancipatus dotem dederit filiæ,& uelit deinde ipse filius succedere patri,non tenetur illam conferre cum fratribus.lege prima in fine.ff.de collatio.dot.l.filium.ff.de collatio. bono. ratio est,quia non est in eius bonis ut ibi dicitur: probatur ergo quòd dos data filiæ non dicitur in bonis patris: ergo si sit euicta,non debet pater posse agere de euictione,quia res euicta,non est sua amplius,nec habet aliquod ius in bonis suis ad eam. & ita uoluit arguere iurisconsul.ibi:& sic,non facit ad propositum:nec Bal.nec Aret. quia dos illa in dicto casu non prouenerat ab auo, sed de bonis acquisitis per ipsum filium, qui etiam alienauit dando dotem filiæ:& deinde reperi,quòd ita tenet etiam dominus Bulgarius Senensis in repetitione legis primæ ff.soluto matrimonio.

¶ *Nec obstat ratio quam supra feci,quia dato, quòd donata nepoti,censeantur aduenticia, tñ istud põt limitari, nedum quando ad ea tenebatur auus,sed etiam quando tenebatur pater,quia uidetur auus uoluisse soluere pro filio.dicta lege dedit,& dicto.§.filiusfamilias. Præterea licet Docto.ubique teneant supradictam conclusionem,tamen forte non est uera:& contra eam uidetur text.in lege ut liberis.C.de collatio.capiendo eam generaliter, & sic inducendo.Nam mater,uel auia materna non tenentur dotare filiam,sed istud onus spectat ad patrem. lege neque mater.C.de iure dotium.pone ergo quòd auia materna dotet neptem, an præsumatur fecisse contemplatione filiæ,& sic,quod datum est, conferatur tanquam profectitium respectu filiæ,si neptis uelit succedere matri*

tri?certè sic,ut est ibi textus,& notat Ricardus *malumbre,Martinus* Sillima. *Albericus de rosate:quos refert & sequitur* Iason *in lege ut nemini, in secunda columna.C.de collatio,& glossa in dicto.§.interdum,& in dicta lege quæsitum.potest habere aliam rationem si bene uideatur.*

¶*Et ex istis uidetur etiam confundi declaratio domini Alexand.dum dicit quòd si filius est inhabilis ad dotandum, censetur auus soluisse dotem nepti,tanquam æs alienum:unde,nō imputat.nam respondeo quòd istud æs alienum spectat ad filium,propter cuius inhabilitatem, ipse auus soluit:ergo uidetur esse profectum ad filium, & de filio, in neptem. & militat ratio* Cyni *in dicta lege scimus.*

¶*Nec etiam uidetur uerum,ut non debeat aliquid imputari in legitimam:quia solutum sit ex debito. nam uidemus quòd dos data filiæ à patre, imputatur in legitimam nepotibus:ut est communis conclusio in dicta lege in quartam.* Et *tamen pater dedit tanquam debitum: solum ergo consideratur,an censeatur profectum de bonis defuncti, ad bona succedentis uel non. & ita sequor opinio.Cyn.indistinctè,quam etiam tenet dominus* Fabia.*in repetitio.autenti.nouißima,in.vij.q.quæstio. principa.C.de inofficio.testamen.*

XVIII. PRAESVMPTIO.

1 Donata vxori per cōsanguineos mariti præsumū tur donata contemplatione mariti; ideo illi acqui=

runtur latissi.tamen disput.de veritate. tandem receditur ab hac sententia.

2 Data ambasiatoribus non præsumũtur contemplatione principis data,sed sua ambasiatorum, ideo eis quæruntur.

Decimaoctaua præsumptio.

DEcimooctauo,†donata uxori per consanguineos mariti, præsumuntur donata contemplatione ipsius mariti,& ideo illi acquiruntur.Ita Bartol.Paulus de castro Alexand. & moder. in lege sed & si plures.§. in arrogato.ff.de uulgari & pupillari. per illum textum ubi arrogator,qui habet facultatem substituendi pupillariter in bonis à se profectis: potest etiam substituere in his, quæ donata sunt per amicos, uel cognatos suos. Et si dicatur,istud est propter patriam potestatem, quia arrogatus statim ea quæsiuit patri.respondet Raphael Comensis ibi, & melius in consilio septuagesimotertio.in penultima columna, quòd ille textus intelligitur etiam in donatis per amicos post mortem arrogatoris. quo casu, non poterunt ei acquiri.quæ responsio, satis est extra uerba textus, quia ille textus simpliciter procedit, ampliando quòd in principio dixerat de quarta(quæ propriè est de bonis ipsius testatoris)ad ista donata ab amicis.

¶ ADDITIO. ¶ *Hanc etiam sententiam Bartoli sequitur Iason in lege ut liberis.C. de collationibus in penultima columna. & Angel. areti. in.§. fuerat. uersiculo quid erit de donationibus factis. institutionibus de actionibus. & dominus Ioannes Lupus de palacios Ruuios in solenni repetitione Rubricæ de donationibus*

tionibus inter uirum & uxorem.§. quadragesimoquinto.quasi per totum. ubi dicit pro hoc facere bonum textum in lege si quid earum.§. in quibus. de legatis tertio.inducendo ut per eum.quem omnino uide latißime de hac materia tractantem, & hanc præsumptionem pluribus fundamentis roborantem, & limitantem, ubi etiam respondet his quæ pro contraria adducuntur. Ioan.Nicolaus.

¶Contrarium in effectu tenuit Baldus in lege cùm antè.C.de donationibus ante nuptias. Angelus & Romanus in lege ut liberis.C. de collationi. Raphael Comensis & Aretinus in dicto.§.in arrogato, & consuluit Roma.consi.clxxij.in proposito themate.per l.si seruus.ff.de dona.inter ui.& uxo.ad quem respondent Moder. qđ ex quo ibi maritus uolebat donare uxori,est etiã uerisimile,quòd fratres uellẽt illi donare,non autem quòd acquirerent ipsi marito.quæ responsio,nõ satisfacit,quia non est uerisimile,quòd illi fratres habuerint respectum ad donationem mariti,quam sciebant iure improbari.l.leges.C.de legi.unde mihi placet ista secũda opinio.Et moueor.Primo quia uidemus,quòd donata per auum nepoti, censentur aduenticia,nec acquiruntur patri:ut est cõmunis conclusio in.l.quæsitum,in prin.ff.de leg.j.& supra dixi.Certe idẽ debemus dicere à fortiori in isto casu,quia facilius filius acquirit patri,quàm uxor marito.

2 ¶Secundo † moueor,quia data Ambasiatoribus,non præsumũtur data contẽplatione principis,sed sua, & eis quæruntur ut est cõis opi.in.l.si uero.§. itẽ quicquid.ff. solu.matri.ut per Alexan.in.d.§.in arrogato.

¶ADDITIO. ¶Et uide de his ambasiatoribus & de hoc dicto per d.Ioan.lupum in repe.rub.de dona.inter uir.§.xlv.col.ij.& col.iij. Ioan.Nicol.

¶Et licet dicant,quòd istud est propter consuetudinem, quia solent dari munera legatis.l.diuus.ff.de bonis damnato. Certe etiam uidemus,quòd consanguinei solent dare munera sponsis.

¶Tertio ego non uideo in iure quomodo probetur,quòd dando aliquid uxori,quæratur marito:nõ enim promißio fit illi,non traditio.Quomodo ergo potest dici,quòd sint mariti.l.traditionibus.C. de pact. Et casus specialis est, quòd mulier cẽseatur acquisiuisse de bonis mariti.l. quintus.ff.de dona.inter uir.& uxo. Ad euitandã turpem suspitionẽ,quæ ratio cessat in casu nostro,unde datò quòd sit uerum,quòd acquisiuerit contemplatione eius non sequitur,ergo debet illi restituere. Et ista quæsita tali contemplatione,solũ sunt in consideratione in filijsfamilias: quia quicquid acquirũt patri acquirũt.Et ita loquitur d.l. cũ oportet,in prin.C.de bo.quæ lib.& d.§.in arrogato. In quo etiam est aduertendum,quòd ibi agebatur in aliquali fauore pupilli, quòd pater posset sibi substituere pupillariter:nedum in bonis à patre prouenientibus, sed etiam à cognatis uel amicis. Nec propter hoc ipse illis priuatur.Quod non est in casu nostro:ubi mulier etiam uiuens cogeretur restituere marito.

¶ADDITIO. ¶Et pro hac ultima sententia quòd nõ acquirantur marito sed uxori quãuis à consanguineis mariti donatio processerit, facit text.in l.si mater. C. de dona.ante nup.quem sic allegat & ad hoc inducit Bal.

consil.

consil.ccxv.facta super quibus.in iiij. lib. Idem *probat tex.in l.si consentiente.eo.titu.de dona.ante nup.ubi si sponsus donauit sponsæ mancipia matris ipsius sponsi, ea consentiente,erunt propria ipsius sponsæ,& illa trāsmittit ad suos hæredes,ecce quomodo donatio in effectu fuit facta à matre sponsi cuius mancipia erant,sed nihilo minus efficiuntur sponsæ cui donata fuerunt.* Ioan.Nico.

PRAESVMPTIO. XIX.

1 Supposita non præsumitur,quam ambo parentes habent sibi charam.
2 Matri asseueranti filiam suppositam non creditur.

Decimanona præsumptio.

DEcimonono nō †præsumitur supposita esse, quā ambo parentes habēt sibi charam.l.1.§.ad quæstionē.ff. de quæstio. Et *propterea, in tali casu requirerentur manifestiores probationes, ex quo accusator haberet talem præsumptionem contra se.iuxta nota. in l.fina.ff.* 2 *quod met.cau.* Imò *etiam si mater†asseueret filiā suppositam, non crederetur eius dicto.l.fina.ff.de probatio.Bald.consilio.lxxiiij.in primo uolumine.& quod nota.in l.filium diffinimus.ff.de his qui sunt sui uel alieni iur.de filio fatuo, qui ad simplicem assertionem matris attestantis quòd non erat filius regis, renunciauit regno.*

¶ADDITIO. ¶ *Idem not.Cin.in l.si uicinis.* C. *de nuptijs.&* Floria.*de sancto* Pet.*in d.l.fina.§.primo, per illum tex.de probat.*Hippol.*in l.1 §. ad quæstionem. ad finem*

finem.ff.de quæstio.faciunt latè tradita per Felin. post alios in capi.per tuas.colum.iij.& iiij.extra de probatio. Ioan. Nicol.

PRAESVMPTIO XX.

1 Affectio præsumitur in coniunctis.
2 Minor si permiserit labi annum & diem sibi datum ex forma statuti ad luendum rem paternam, potest petere se in integrum restitui.

Vigesima præsumptio.

VIgesimo,† præsumitur affectio in coniunctis.l. cùm seruus extero.ff.manda.ubi probatur,quòd talis affectio habetur in consideratione in iudicijs bonæ fidei. de quo dicendum est,ut dixi in tractatu meo,quòd interest. Et ista affectio est sufficiens etiam ad restitutionem in integrum.l.si in emptione.ff.de mino.per quem text.
2 *probatur,† quòd si minor permiserit labi annum & diem sibi datum ex forma statuti ad luendum rem paternam,sibi competit restitutio in integrum aduersus lapsum illius temporis,quia præsumitur læsus ex uerisimili affectione,quòd res fuerit paterna. Ita tenent moder.repet.in l.quatenus,in xj.col.de regu.iur.& in l. dudum. C.de contrahen.emptio.col.j.*

PRAESVMPTIO XXI.

1 Contraxisse metu non præsumitur qui contraxit interuenientibus affinibus & consanguineis.
2 Tutores quando aliquid faciunt pro pupillis, ne postea teneantur,faciant ponere in instrumento, quod

quod illud est actum coram consanguineis pupilli Intellige & restringe vt ibi.

Vigesima prima præsumptio.

Vigesimoprimo,† non præsumitur per metum contraxisse, qui contraxit interuenientibus affinibus et consanguineis suis. l. transactionem quæ dominij. C. de transactio. ubi docto. glo. & Bal. in l. polla. C. de his quib. ut indig. & docto. in capitu. causam matrimonij, suprà de officio delega.

¶ADDITIO. ¶*Vide etiam Barto. in l. frater à fratre. colum. penul. uersicu. tertio quæro quid in contractu emptionis. ff. de condictio. indebiti. & in l. j. C. de præd. decurio. lib. x. Alexan. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matrimo. Deci. notabi. consi. ccxxxij. dura. colum. ij. & consilio. ccxix. uiso puncto. ubi etiam limitat & allegat Angel. consil. ccxv. thema tale. col. fina. Adde etiam Socinum consi. cclxiij. capio primum. colum. vj. uersicu. sed adhuc uidentur, in secundo libro, & Stepha. Bertran. consi. iiij. uisis hincinde. colum. vj. refert & sequitur domi. Tiraquel. in repeti. l. si unquam, in uerbo, susceperit liberos. pag. 298. nu. 197. C. de reuocan. dona. etiam limitantes hanc præsumptionem procedere dummodo adsit præsentia plurium (saltem duorum) consanguineorum, alioqui non sufficeret unius præsentia. Adde etiam quòd ex hac præsumptione colligitur ratio illius statuti, quòd in contractibus mulierum uel minorum requiratur præsentia duorum propinquorum. ea enim est ratio, quia propinquorum præsentia arguit omnem dolum & metum abesse. hanc rationem tradunt Barto. Bald. & Ias. in dicta l. transactionem*

nem. Adijce, quòd sicut qui præsentibus consanguineis contraxit non præsumitur metu contraxisse, ut dixi: ita qui præsentibus consanguineis testatus est, nō præsumitur dolo uel metu inductus ad testandum, secundum Barto.*in l.fi.ff.si quis aliq.test.prohib. &* Bald.*in l.j.* C.*illo titul.* Ioan.Nicol.

¶ Facit quod not.Bartholo. Veroneñ. *in caute. xxiiij.*
1 *incipiente, ratione. ubi consuluit † tutoribus quòd quando aliquid faciunt pro pupillis, nè postea ipsi teneantur, quòd faciant scribere & apparere in instrumento quod est factum coram amicis & consanguineis pupilli, alleg.*Bald.*in dicta l.polla, & sequitur Curt. in consi.xliij.in vj.col.*

¶ ADDITIO. ¶ *Præsentia enim consanguineorum facit præsumi dolum abesse in tutore, secundū* Pau. & Ias.*post* Bald.*in dicta l.polla.*Bald.*in cap.j.col.viij, qui feud.dare poss. Iason in l. prima, ad finem.* C. *de transactio.* Ioan.Nicol.

¶ *Quòd dictum non potest esse uerum, alio non probato. aliàs, si essemus in casu, in quo lex præsumeret dolum tutoris.* De *quibus nota.in l.etiam.*C.*si tutor interue. nō crederem, quòd simplex præsentia propinquorum excusaret, quia uerisimiliter ipsi potuerunt sequi consiliū tutoris, ad quem principaliter pertinebat.argu.l.fi.ff. ubi pupil.educari deb.& l.primæ.§.denunciare, siue fina. de uentre inspici.*Nec *tex.in d.l.transactionem, obstat: quia loquitur in metu, in quo est differentia à dolo, quia potest aliquis etiam aperte, & coram populo decipi.l.j. in princi, ff.de dolo.quod non est in metu.*

¶ Præ-

¶ Preterea, sicut ibi non obstante tali præsentia, admittuntur probationes apertißimæ, ut dicit gloß. Bald. & Docto. ergo idem de præsumptionibus iuris, quæ illis æquipollēt. l. licet imperator, cum concordan. ff. de lega. 1. ut supra dixi.

¶ ADDITIO. ¶ Quod dictum est præsentiam amicorum seu consanguineorum facere præsumere dolum & metum abesse, extende ut idem operetur præsentia iudicis, secundum Barto. in dicta l. frater à fratre, uersiculo tertio quæro quid in contractu emptionis. colum. penulti. & Barto. in dicta lege prima. C. de præd. decu. & Imol. & Angel. in l. prima. §. fuit quæsitum. ff. ad trebel. Ioan. Nicol.

PRAESVMPTIO. XXII.

1 Consanguinei & affines non præsumūtur omissuri defensionem consanguinei sui.
Consanguineus nō præsumitur indefensus, ex quo verosimile est quod saltem consanguinei vel affines eum defendent.
2 Consanguinei prius admittuntur ad tutelam & omnibus præferuntur.
Vitricus si petatur a priuigno in curatorem an præferatur consanguineis contradicentibus & curam volentibus.
3 Præsumptio non est contra accusatum, quamuis consanguinei impediant examinationem testium.

Vigesimasecunda præsumptio.

VIgesimosecundo, † præsumuntur consanguinei & affines non omissuri defensionem consanguinei sui l. hæc

l.hæc autem.§. primo.ff.ex quib.cau.in possessio. ea. ex quo sequitur, quòd non præsumatur indefensus, ex quo uerisimile est, quòd saltem affines uel amici eum defendent, ut not. Bald. *in l.iij.§. si reus.ff.iudica.solui, & per* Bald. *in rubri.C.de successo.edic.* Et *propterea, ubi agitur de ulciscendo mortem eius, illi debent cæteris in accusatione præferri etiam si pauperes.l.si plures.ff.de ac-*
2 *cusatio.ubi glo.* Et *ex hac† ratione prius etiam admittentur ad tutelam.§.ex his, in autenti.de hæred. abintesta.uenien.* Dicit *tamen* Hubertus *de* Bobio, *quem refert & sequitur* Alberi.*de* Rosa.*in l.fina.de contra.iudi. tutel. quòd si adultus petat uitricum in curatorem, & agnati contradicant, quia uelint ipsi præferri: quòd tamen debet iudex constituere uitricum.* Et *ita dicit se obtinuisse de facto.* Et *istud ego puto uerum, nisi iudex cognosceret adultum istud petere per imprudentiam & simplicitatem, quia tunc poterit ex iusta causa præferre consanguineum.lege prima, in fine. ff. de minori.* Et *ad supradicta facit, quia non præsumuntur colludere, qui suam, uel suorum iniuriam accusando prosequuntur.l.prima.C.de fal.l.prima, in fine.ff. de carbo. edict.*
3 Adde *tamen† quod not.* Bald.*in l.prima, in fine. C. si qua.prædi.potesta.ubi dicit, quòd non est præsumptio cōtra aliquem accusatum: quamuis sui consanguinei impediant examinationem testium, ut per* Abba.*anti.in l. constitutus, supra de testib.*

PRAESVMPTIO. XXIII.

1 Frater non præsumitur odio persequi fratrem, imò

Imo eſt veriſimile ꝙ alter alterum diligat.
Frater an & quando ſit legitimus teſtis in cauſa fratris: & quando non. late cum conſequentibus nu.
2 Debitor qui ubi ceſſit dies non ſatiſfecit creditori dicitur illum iniuria afficere.
3 Executor cui teſtator mãdauit quod ſatiſfaciat de omnibus iniurijs, debet ſatiſfacere pro debitis quorum dies iam venerat.
Conſeruatores qui ſecundũ bullam debent cognoſcere contra iniuriantes monaſterijs, poterunt compellere ad ſolutionem debitores nolentes ſoluere; de veritate tamen vide nu. 4.
5 Frater teſtificans pro fratre non eſt teſtis omni exceptione maior.
6 Iniuria quæ fit a fratre fratri dicitur grauior ꝙ quæ fieret ab alijs.
Pater debet fratres æqualiter tractare ne inter eos oriatur inuidia: ideo in dubio fit interpretatio pro eorum æqualitate.
Sed an idem ubi agitur de bonis ipſorum fratrum, vide nume. 7.

Vigeſimotertio, †non præſumitur odium inter fratres, imò eſt ueriſimile, quòd alter alterum diligat, cap. literas, in fra eod. Iſta tamen præſumptio non impedit, quin frater ſit idoneus teſtis in cauſa fratris, ut per Barto. in l. qui teſtamento. ff. de teſtamen. niſi in ea cauſa ageretur etiam de intereſſe ſuo: puta, quia litigaretur ſuper bonis cõmunibus, aut tractaretur de iniuria illata fratri, quia cenſeretur etiam illata ipſi. l. lex cornelia. ff. de iniur. uel eſſemus in cauſa ualde graui, puta criminali, uel ciuili magnæ importantiæ, ut per Moder. in dicto cap. literas. *Vigeſimatertia præſumptio.*

¶ADDITIO.¶*Adde gl.no.ubi* Inno.*&* Imo.*in ca. insinuante.de offi.deleg.* Bal.*&* Salice.*in lege parentes. C.de probationibus.feli.late in.c.in literis. colum. fina. extra. de testibus. latius in capitulo cum oporteat. ubi etiam alij scrib.columna.iij.iiij.& .v.de accusa.& in dicto capitulo literas.cum concor. ibi traditis &* Stepha. Bertran.*consi.ccxij.supposita.colum.iiij.in primo uolumine nouißimorum.& per* Alexan.*in additioni.* Barto. *in dicta lege qui testamento.§.j.ubi etiam* Andreas Pomate *in nouißimis additioni.Qui omnes limitant dummodo non sint sub potestate eiusdem patris,uel nisi simul habitent.per glo.in dicta lege parentes,& glo.in capitu.consanguinei.iij.quæstione quinta. Quod autem dictum est fratrem in causa criminali non fore testem idoneum pro fratre(ut etiam consuluit* Alexan.*cõsi.lxx.uiso processu. columna penultima,in primo)limita non procedere circa probandum defensionem,est enim tunc frater legitimus testis in causa defensionis fratris in causa criminali,mota criminaliter,& per modum inquisitionis,uel ad instantiã fratris.*Ideo,*frater impetitus de homicidio potest probare per fratrem quod fecit homicidium ad sui defensionem.ista tradunt* Bald. *& apertius* Salice. *in dicta lege parentes.*Alexan.*not.consi.ccxij.uisis & discußis. colũna fina.libro secundo.& consi.cxix.uiso processu inquisitionis.columna secunda.in septimo uolumine,& consilio quarto.ad fin.in .vj.uolu.*Aret.*in maleficijs,in uerbo & dictus titius se defendendo.columna septima.uersiculo quæro sicut &c.*Felinus *in dicto capitulo cum oporteat.in quinto nota.uersiculo quinto limita nisi frater.*

Floria.

Floria.in lege testis idoneus.ff.de testibus.Hippo.in lege unius.§.cogniturum.uersiculo uidemus etiam quòd frater.numero.lij.de quæstioni. & sing.cccccviij. tractant docto. Ioan.Nicolaus.

¶Sed tu aduerte,quia etiam in causa modica pecunia-
2 ria uideretur fratrem admitti nõ debere:nam † lapso tempore,non satisfaciens creditori, dicitur eum afficere iniuria: quia iniuste & dolose agit, qui retinet alienum.lege secunda. §.circa.ff.de doli exceptio. Et propterea,dicit Specul.in titulo de instrumen. edit.§. nunc uero aliqua, uersiculo.lxxiij. De hoc autem quæritur,
3 quòd † executor,cui testator mandauit quòd satisfaciat de omnibus iniurijs seu forfactis, debebit satisfacere creditoribus pro debitis,quorum dies uenerat,uiuente testatore.Ad idem quod nota. Guid. papæ in decisio. Delphi.quæstio.xviij.in fine.ubi dicit, quòd cùm in Bullis Conseruatorum dicatur,quòd cognoscant contra iniuriantes monasterijs &c.quòd poterunt compellere ad solutionem debitores nolentes soluere.Ex quo,illi non satisfaciendo,dicuntur iniuriari.modo hoc stante,uideretur fratrem debere reijci à testimonio,ex quo nõ est idoneus testis,ubi agitur de iniuria,quæ fiat fratri,ut supra dictum est. Sed responde,quòd non est idoneus,quando capitur iniuria in specie,pro contumelia,uel conuicio. Et ita procedit dicta lex,lex cornelia,non quando capitur in genere,pro omni eo quòd non iure fit, secundum legẽ primam, in princi.ff.de iniur.nam non credo istum debitorem non soluentem dici facere iniuriam in specie,sed in genere tan-
4 tum.Et propterea † decisio Guido.papæ non est uera,

& confunditur per tex.in capitulo primo, infra de offi. delega.in.vj.& per rationem, quia in rescriptis, uerba capiuntur in specie, capitu. rodulphus. supra de rescri-
5 ptis. Aduerte tamē † quia licet frater testificetur pro fratre, non tamen est omni exceptione maior, ut per Bal. in lege fina.in secunda columna.C.de probatio. & erit arbitrarium iudici, quam illi fidem adhibeat, iuxta illud, tu magis scire potes.l.iij.§.primo.ff. de testi. Et ita dicit Specula.in titu.de teste.in.ij.col.§.j.

¶ ADDITIO. ¶ Ita etiam declarat Alexan. consilio xiij.ex his quæ in themate.col.penul. in primo uolumi. Feli.in.c. cū oporteat.in.v.notabili, de accusa. Idem Feli. in capitu.literas, col.ij.uersiculo prædicta limita.de præsumptio. Ioan.Nicolaus.

6 ¶ Adde † etiam ad supradicta, quòd iniuria quæ fit à fratre fratri, dicitur grauior, quàm si fieret ab alijs.l.cùm oportet.ubi Cy.Bald.Paul de castro.C.de bo.quæ lib. & inter fratres de facili oritur discordia.unde patres debēt eos tractare æqualiter, nè crescat inuidia.l.fina.§.finautem.C.de bon.quæ liber.& .l.cum pater.§. euictis.ff. de legatis.ij.

¶ ADDITIO. ¶ Vide lucam de penna in.l.cum allegas. col.ij.de castren.pecul.mili.lib.xij.Cor consi.cxxviij.col. j.in.iiij.Deci.consi.cclv.casus de quo.in fi.

¶ Vnde in dubio fit interpretatio pro eorum æqualitate
7 l.ut liberis l.illud.C.de collatio.Sed, † nunquid idem est, ubi agitur de bonis ipsorum fratrū, puta quia aliquis instituit hæredes ambos fratres suos? putarem quòd sic, quia eadem ferè ratio militat.Et quia ex paritate gradus præsumi


præsumitur paritas amoris.d.l.dedit.ff.de collatio. bonõ.

XXIIII. PRAESVMPTIO.

1 Incontinens an præsumatur ille cuius pater fuit incontinens.
2 Statuti disponentis quod in certis casibus filius teneatur pro delicto patris: quæ sint rationes.
3 Rationes duæ vbi sunt in statuto, sublata vna ratione, militante alia, adhuc militat statutum.

Vigesima quarta præsumptio.

*V*Igesimoquarto,†*præsumitur incontinens ille, cuius pater fuit incontinens,ut per* Io.and.*in ca.semel ma lus,de regulis iuris,in.*vj.*& probatur in capitu. primo, & in capi.si gens* Anglorum.l vj.*distinctio.Sed ista præ sumptio inducit solum suspitionem,præterquam in casibus,in quibus est à iure approbata:ueluti in dicto capi.*j. *& ubi propter delicta patrum filij puniuntur, ut in.§. quod autem,ea.distinctio.& tex.in.l. quisquis.§. filij.*C. *ad.l.iul.maiesta.ubi in filijs paterni criminis exempla me*
2 *tiuntur.*Et *istud notandum est†ad statuta disponẽtia in certis casibus filium teneri pro crimine patris:nã non habent solam illam rationem,quòd illud sit,quia pater fà cilius abstinebit à tali delicto,si uideat etiã filios suos puniri,ut per* Bar.*in.l.iure prouisum.*C. *de fabricensibus.li.* x.*&* Anchara.*in repetitio.cap.primi,supra de consti.in* xj.*principali,q.col.*vij.Sed *etiam,quia præsumitur filiũ talia facturum per supradicta.*Et *propterea, licet cessaret prima ratio,puta quia probaretur patrem fuisse inimicum capitalem filio.de quo per* Decium *consil.lxiiij.*



tamen militaret ista secunda. & facit, quia statuentes præsumuntur moti pluribus rationibus non autem una tantum, ut dicit Salice. in l. quamuis. C. de fideicommißis.
3 *& † ubi statutum habet duas rationes, quamuis una deficiat, tamen militat adhuc dispositio, ut dicit* Salice. *in l. si serui.* C. *de noxal. quem sequitur* Alexan. *in l. si cõstan te, in.* v. *col. ff. soluto matrimo.*

¶ ADDITIO. ¶ *Quoties enim alicuius dispositionis sunt plures rationes finales, una cessante, nõ tamen cessat dispositio. §. affinitatis. insti. de nupt. tex. cum glo. & ibi etiam præceptor meus domi à* Ripa. *in. l. si uentri. §. in bonis. ff. de priuile. credi. glo. not. in lege si quis ad exhibendũ. ff. de exceptio. rei iudica. &* Bartolus *per illum textum in l. liberorum. §. j. ff. de his qui not. infamia. Limita tamen & declara ut per* Panormi. *in capitu. quoniam. §. porro. uersiculo sinautem. per illum textum, extra ut lite nõ contesta. quem refert & sequitur* Ias. *in lege in testamento. colum. xiiij.* C. *de testa. milit. & uide de his* Nicolaũ *præsidem in centuria sua locorum legaliũ fol. xvj. uerso. & fol. lvj.* Ioan. Nicolaus.

¶ *Sed tamen cùm sumus in materia pœnali, melius est capere mitiorem præsumptionem.* Et *sic, quòd ista secunda non sufficiat, nisi adsit prima præsumptio, de qua in. d. l. iure prouisum, quæ est efficacior. facit lex si familia. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & glo. in. l. fina. in uerbo autoritas. ff. de diuortijs.* Et *ita limitatur illud dictũ* Salic.

XXV. PRAESVMPTIO.

1 Acquisita per vnum ex fratribus simul post mortem

mortẽ fratris habitantibus, an præsumantur acquisita de communi.

Societas quando præsumatur inter fratres simul habitantes:& quando non.

2 Societas dicitur leonina & nõ valet quãdo vnus sociorum potest lucrari & nihil perdere.

3 Fratrum vnus ex simul habitantibus si in libris suis fecit domum creditricem & se constituit debitorem de aliqua summa, an iste actus declaret animum suum non esse quod sit contracta societas.

4 Doctor qui post mortem patris simul cum fratribus habitauerit, & multa bona acquisierit ex quasi castrensi peculio, an illa sint cõmunia an sua tantum.

Vigesima quinta præsumptio.

Vigesimoquinto, quæsita per alterum ex fratribus simul post mortem patris habitantibus præsumuntur de communi. argumen. l. si fratris. ff. pro socio. & per Specula. in titu. de iudic. §. sequitur uidere de communibus iudicijs. Sed aduerte, quia ista est alta quæstio, quam posuit Barto. in l. titium. §. altero. ff. de administra. tutor. & Bal. in l. si patruus. C. communia utriusq; iudic. Ias. in l. prima. C. qui testamen. facere pos. Et communiter cõcluditur, quod si simul cum hæreditate indiuisa post mortem patris uixerint, lucra communicauerint, de superlucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderint, præsumi societatem.

¶ADDITIO. ¶*Vltra Alex. & lud. Roma. Ancha. & alios plures in uarijs consilijs allegatis per Ias. in l. prima. C. qui testamen. facere possunt. uide Pau. cõsi. cccxlix. ex die quo. in primo uolumine nouissimo. Corne. consil. xxiiij. uisis nonnullis. colum. ij. in primo uolu. & consi.*

xxvij.in hac.col.ij.in secundo.& consi.ccxcix.præmittẽdum.in.iiij.lib.& consi.cxxij.circa præsentem.ij.li. Soci.consi.iiij.in quarto lib.Cepol.in consilijs ciuilibus.cõsilio.xl.quidam.A.Dec.cõsi.lxvj.de duobus ubi per duas columnas.& consi.lxviij.pro resolutione.ubi allegat plures concor.& consi.xxj.uiso puncto.in princi.ubi ponit quæ requirantur ad hoc ut dicatur cõtracta inter fratres illa tacita societas.& idem ponit consilio.cccccxxviij.in casu de quo.& consi.cccccxlviij. uisa consultatione.& Stepha.Bertrandi in consilio.xxxix.Christi in primis.latißimè col.ij.& .iij.& consi.xxvij.ex casu mihi. colum. penul.in secundo uolumine nouißimorum Ioan. Rubeũ Alexandrinum consi.lxxxvij.ui sis .& Ioann.fabri.in.§. primo.insti.pro socio. Ioan.Nicolaus.

¶ *Fallit respectu eius,qui non haberet consensum: puta, si aliquis esset pupillus,uel furiosus:nisi pupillus haberet tutorem,cum quo essent facti isti actus sociales nomine pupilli:uel factus adultus,quo tempore habet consensum,ratificauerit: argumento.l. si pupillus.ff.de nouatio.*

¶ ADDITIO. ¶ *Quod cum pupillo non censeatur contracta tacita societas ex cõmunione & actibus socialibus,nisi pubes factus ratũ habuerit,ultra Ias.& alios allegatos hic per dominum meũ,Vide Alex.consi.xxxvij. consideratis.col.ij.& latius in seq.in.iiij.li.& cõsi.xlix. maturè ponderatis,in primo.Bologni. consi.vij. colũ.ij. Pau.cõsi.cccxlix.ex dic.col.ij.in primo uolu.nouis.Cepol. in.d.consi.xl.quidã.A.Corne. consi.ccxiij. Philippus in iij.lib.Deci.d.consi.xxj.uiso puncto.col.j.Steph.Bertrã. consilio*

consi.xxvij.ex casu.in fi.in secundo uolu. nouißimorum & consi.lxij.quamuis.colum.ij.in primo uolumi. nouißimorum. Ioan.Nicolaus.

¶Item fallit,quando omnes isti fratres essent nobiles,& ex negocijs non lucrarētur,sed uiuerēt de redditibus suis.

¶Item quādo alter tantum esset mercator,alij nihil agerent,secus si etiā ipsi lucrarentur,& lucra quāuis difformia cōicarent,ut habetur latißimè in locis supra allega.

¶ADDITIO.¶Vide Cor.consi.ccxcix.præmittendum. col.j.in.iiij.uolu.ubi allegat concor.& consi.ix.præmittendum.in primo.Ioan.de anania ubi etiam Bolog.consi. lxv.uiso puncto.& Alex.consi.xxiij. uisis dubijs. in.iiij. & consi.xlix.in primo. Ioan.Nicolaus.

¶Sed tamen cōsidera primo circa regulā,quia isto modo cōiunctio sanguinis nihil operatur,ex quo etiā in extraneis idē esset:cùm illi actus nō poßint fieri citra ius & nomē societatis.arg.l.pro hærede.ff.de acqui.hæ.unde puto quòd licet in extraneis nō induceretur societas,nisi eatenus quatenus cōstaret eos cōicasse:in fratribus,censeretur uniuersorū bonorū,nisi cōstaret de actibus repugnātibus,puta quia tantūmodo cōicassent lucra unius negociationis,& nō alia.Et ita ītelligo Bar.in.d.§.altero,in fine.

¶Secūdo aduerte ad primā fallentiā,quia uidetur dubitabilis & satis iniqua.nā datò quòd unus ex istis cohabitātibus fuisset tutor,nō deberet præsumi pupillus cōsensisse,ex quo nō habet cōsensum absq; tutore,& tutor non potuit illi autorari,quia in facto proprio.l.j.ff.de autori. tuto.iniquitas uerò resultat tenēdo quòd pupillus poßit

2 ratificare ex postfacto:nā cū de †natura societatis sit,

ut par causa sit sociorum, alia societas dicatur leonina. l. si non fuerit. §. aristo. ff. pro socio. imò non ualet societas, quando unus ex socijs potest lucrari, & nunquam perdere de capitali, ut est glo. in cap. plerique, xiiij. quæst. iij. Bald. & docto. in l. j. C. pro socio, & per Soci. consilio cclxv. in secunda dubita. sequeretur quòd pupillus nunquam posset nisi lucrari, quia ubi esset adultus, si uideret negociationem habuisse lucrum ratificaret, aliàs non. Certe est iniquum, præsertim cùm ipse nihil exercuerit pro-
3 *pter ætatem, fratres uerò sic. ¶ Tertio aduerte, † quia do. Deci. in consi. xxj. in iiij. col. limitat alio modo prædictam conclusionem, quando unus ex fratribus in libris suis fecit domum creditricem, & se constituit debitorem de aliqua summa. Nam iste actus declarat intentionem suam non esse, quòd contracta sit societas: Et dicit hoc esse indubitabile. Puto istud multũ residere in arbitrio iudicis, qui ex tali coniectura simplici nõ recedet à regula: quia solẽt mercatores etiam tenere rationes separatas domus: non ut dissensus à societate arguatur, sed ut sciant quas pecunias accipiunt de pecunijs deputatis in usum domus: & qd de alijs quæ deputatæ sunt ad mercimonia.*
4 *Sed, quid † dicemus de doctoribus? nũquid si aliquis doctor multa bona acquisiuerit ex quasi castrensi peculio sint cõmunia, an uerò sint sua tantum, datò quòd steterit in cõmunione, & concurrant cæteræ præsumptiones inducentes societatẽ, uideretur quòd non, ex quo talia bona non conferũt, ut dicit Bar. in l. iubemus. C. de silentia. lib. xij. & in terminis firmat Ro. in cõsi. cxlv. præsentis consultationis, circa medium. & refert Ias. in auten. quòd locum,*

cum,in v.col.C.collatio. Mouētur ſimpliciter,quia talia lucra ſunt præcipua ipſis,nec acquiruntur patri,quamuis ſint in patria poteſtate.l.fori.C.de aduoca.diuerſo. iu di.l.uelut.C.de aſſeſſor.l.fina.C.de offic. teſtamen. Sed puto quòd contraria pars ſit uerior,quòd imò etiam illa ſunt communia,ut decidit Bald.in l.prætor.§. ſed & filius.ff.de edendo. Et eſt de mente Baldi & Salice. in d. l.ſi patruus,quos allegat et ſequitur Iaſ.in dicta l.prima, & conſuluit Benedic.de peruſ.in conſi.cxlij. incipiente, cum uiſo & conſiderato. Nec obſtat ratio Roma. quia non eſt arguendum de collatione ad ſocietatem, Ex quo collatio habet locū,etiam aduerſus inuitos:merito caſtrēſia fuerunt priuilegiata, ne conferantur, ſed ſocietas inducitur ex tacito conſenſu cohabitantium: Et ſicut fatuum eſſet dicere, quòd de eis non potuiſſet contrahi ſocietas expreſſe, Ita dicendum eſt poſſe contrahi tacitè.l. cùm quid.ff.ſi cer.peta. Nec quantum ad hoc reperiuntur priuilegiata caſtrenſia:ergo noſtrum non eſt ea extendere,ut nota.in capi.olim,infra de uerborum ſignificatio.præſertim ad caſum ubi eſt alia ratio. Nam cum iure patriæ poteſtatis pater occupáret olim omnia quæſita per filium, etiam eo inuito.l.placet.ff.de acquiren.hæredita.l.cùm oportet,in principio.C.de bonis quæ libe. fuerunt iſta caſtrenſia uel quaſi priuilegiata, ne acquirerentur ipſi patri. Et propterea, non conferuntur,quia ratio collationis ceſſat in iſto caſu, ex quo conferuntur ea, quæ à patre prouenerunt, uel potuiſſent ipſi acquiri, ſi filius permanſiſſet in poteſtate. lege prima.§. nec in caſtrenſe.ff.de collatio. bonorum.

& de

& declarant Modern.*in rubri.C.de collatio. quæ ratio non facit ad propositum in ista materia tacitæ societatis: & istud tantomagis procederet, si statutum introduceret societatem ex cohabitatione & communione bonorum post mortem patris, prout erat in casu* Benedic. *in dicto consilio cxlij. Bene uerum est, quòd etiam stante tali statuto, filius in potestate haberet tale peculiũ præcipuum sibi, & de lucratis uiuente patre, non teneretur quicquã conferre fratribus.* Et *ita uidetur intelligendus* Roma. *in dicto consi. secus de lucratis post mortem patris, quia sibi imputet, qui simul cohabitando, & sociales actus faciendo, uidetur contraxisse societatem.*

¶*Nec obstat dicta l. iubemus. C. de silentia. libro xij. per quam* Lucas *de penna ibi tenuit expresse talia lucra non communicari fratribus: quia illa lex propriè loquitur de quæsitis uiuente patre: & ratio quæ subditur, ne labores eorum alijs fructum afferant, restringitur secundum subiectam materiam. l. si cum uno. ff. loca. nec etiam potest procedere in casu nostro, quia nõ est absurdum, quòd pro labore socij resultet utilitas alteri socio: imò istud est de natura societatis. dicta lege si non fuerit, cum similibus.*

PRAESVMPTIO XXVI.

1 Pater præsumitur dotasse filiam de proprijs facultatibus: non de bonis ipsius filiæ.

Dotis in instrumento si dicatur, quam dotem promisit dictus pater computato in ea omni eo, quod ipsi filiæ debetur, tam de bonis maternis quam pa *ternis,*

ternis, hoc non obstante censetur dos data de bonis paternis: & poterit filia materna bona petere. & quæ ratio. nu.5. de veritate dicti nu.6.

2 Pater cur in dubio præsumatur de suo dotasse filiam.

3 Dos loco legitimæ est, & in illam imputatur.

4 Donatio inter coniunctos de facili præsumitur.

Vigesimosexto, † præsumitur pater dotasse filiam de proprijs facultatibus: non de bonis ipsius filiæ. l. fin. C. de dotis promißio. ubi ampliatur etiam si pater dixerit se dare dotem de bonis suis, & bonis ipsius filiæ: quia adhuc si habeat idoneas facultates, censebitur dedisse de suo. Et propterea, dicit do. Bal. Nouel. in tractatu de dote, in sexto priuilegio sextæ partis principa. quòd si in instrumento dotis dicatur, quam dotem puta mille promisit dictus pater: computato in ea omni eo, quod ipsi filiæ debetur: tam de bonis maternis, quàm paternis. hoc non obstante, censebitur dos data de bonis paternis: & poterit filia adhuc bona materna petere. Et refert quòd ita consuluit unà cum domino Ioanne de monte Sperello, ut Vigesimasexta præsumptio.
2 *per eum. ¶ Sed pro intelligentia, uidendũ † est primo, quæ sit ratio dictæ præsumptionis. Et tex. uidetur dicere, quòd istud sit, quia paternum officium est dotare. Ex quo inferunt Alexand. & Aret. in l. prima. ff. solu. matrimo. quòd pater tenetur dotare de proprijs bonis etiam filiam diuitem. Sed ista opinio mihi non placet, & confunditur per dictam legem finalem, quia si pater fuisset in illo casu obligatus, non erat probabile dubium illud, quod ibi deciditur, nec illud datũ poßet dici esse de mera liberalitate, prout ibi dicitur: quia illa est uera liberalitas,*

tas, ad quam nemo compellitur. l. prima. ff. de donatio. Et istam partem tenent Iacob. de Are. & Barto. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebellia. Angel. consilio, ccix. incipiente, pro decisione dicti Iasonis, & ibi latißimè per domi. Bulga. Senen. in lege prima. ff. soluto matrimonio. Posset tamen contraria opinio defensari, quando dos non excederet legitimam, quia sicut legiti-
3 ma debetur etiã filiæ diuiti, ita uidetur de dote † quæ succedit loco legitimæ, & in legitima computatur. lege illam. C. de collatio. l. quoniam nouella. C. de inofficioso testamen. quod potest procedere, ubi solutio dotis ueniret facienda post mortem patris: quo tempore, debetur legitima: aliâs, non recederem ab ista alia opinione: quicquid dicant ibi moderniores. Et sic apparet, quòd ratio Alexand. & Areti. non est uera. unde tu dicas, quòd ratio uidetur esse propter coniunctionem sanguinis, & affectionem patris in filiam: quòd præsumatur
4 ista donatio, † quæ de facili inter coniunctos præsumitur: ut habetur in l. quæ dotis, per Barto. & Iaso. ff. solu. matrimo. quæ affectio iuncto eo, quòd cura collocandi filias, & dandi dotem, ad patrem pertinet. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. est sufficiens præsumptio ad donandum, quia dans uel promittens dare in dubio præsumitur de suo. l. cùm proponas. ubi Barto. C. pro socio. Et facit, quia grauatus dare certam pecuniam, præsumitur grauatus dare de suo. l. si decem. l. non uidebatur. l. si stichum. §. si hæres. ff. de statulibe. & pater uidetur potius soluisse tanquam pater, non tanquam administrator bonorum filiæ. lege tutor petitus. §. primo,

ff. de

5 *ff. de excusationi. tutorum. Videamus † nunc quæ sit ratio ampliationis. & Ias. & Socin. in dicta lege prima, dicunt, quòd quamuis pater dicat se dare de maternis & paternis, illa copula non copulat æqualiter secundum naturam suam. lege reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. sed potius stat ordine successiuo propter ordinem charitatis & affectionis. lege gallus. §. primo. ff. de liberis & posthum. Quæ ratio, nisi iungatur cum his quæ infra dicam, non est uera, quia communis est in contrarium, quòd imò copula suam seruet naturam, nisi ultra affectionem concurrat instituendi necessitas, ut ibi habetur: & certe illa materia est satis differens ab ista. Tu dic, quòd ratio colligitur ex fine text. nam pater non potest alienare bona filiorum quorum legitimam habet administrationem, nisi ipsis consentientibus. lege prima. C. de bonis mater. unde uoluit lex quòd faceret specialem mentionem quæ bona filiorum daret: ne consensus ipsorum filiorum sit super ambiguo, sed super certo. Et propterea promittendo dotem illo modo, non censetur promisisse de bonis filiorum, nisi in subsidium: ut ibi habetur. Et ex ista*
6 *ratione confunditur prædicta decisio Bald. not. † quia pater satis exprimit, ex quo uult compensare omnia bona materna: quia qui omne dicit, nihil excludit. l. prima. ff. de lega. j. Et propterea, non teneo illam decisionem quæ est satis iniqua: contra quam tenet etiam Marianus Soci. in cap. tuæ, de sponsa. Bulga. Soci. & Ias. in dicta l. prima, Corne. consil. xvj. in ultima colum. in tertio uolumine.*

PRAE

PRAESVMPTIO XXVII.

Vigesimaseptima præsumptio.

VIgesimoseptimo, in sermone generali non præsumitur quis loqui in illorum damnum, qui de suo sunt sanguine.l.obligatione,& l.sequen.ff.de pigno.l.humanitatis.C.de excusatio.tuto. Et per hoc infert Guil. de Cuni.& Bal.in l.prima.ff.de statu homi.quod licet in legato rerum mearum cōtineantur homines & uasalli mei l.omnia.§.fina.ff.de lega.ij.non tamen compræhendentur illi,quibus testator iunctus esset sanguine.

PRAESVMPTIO. XXVIII.

1 Legans rectori alicuius ecclesiæ affini suo præsumitur eius contemplatione & non ecclesiæ legasse: ideo poterit rector de illo ad votum disponere. Ampliatur vt ibi.
2 Amico rectori alicuius ecclesiæ relictum, an videat relictum contemplatione sui, an uero ecclesiæ. Amicus singularis venit appellatione suorum. Amicus potest vindicare iniuriam factam amico tanquam factam attinentibus suis.
3 Amicicia magna præponderat fraternitati.
4 Donatio facta amico non reuocatur beneficio l. si vnquam.C.de reuo.donat.
5 Amicus maximæ amiciciæ æquiparatur cōsanguineis: & disposita in consanguineis procedunt in amico magnæ amiciciæ.
6 Amicicia magna operatur clausulam codicillarem.
7 Rectori an incumbat onus probandi sibi a consanguineis vel ab amicis relictum,an vero ipsi ecclesiæ ꝙ non sit.

Regula

8 Regula quoties est pro aliquo, onus probandi incumbit alleganti fallentiam.
9 Succedere volens tanquam consanguineus, probare debet consanguinitatem.

V*igesimooctauo.* † *Si quis legauerit* Rectori *alicuius ecclesiæ affini suo, præsumitur legasse contemplatione ipsius, non autem contemplatione ecclesiæ.* Et *pro ptera, poterit rector de legato disponere ad sui beneplacitum. auten.licentiam.C. de sacrosanc.eccle.cap. requisisti.infra de testamen.per* Barto.*& docto. ubi Soci. multa egregia tradit in.l.ciuibus.ff.de reb. dub.* Et *istud procedit, etiam si non sit expressum nisi nomen appellatiuum dignitatis, ut probatur in dicto capit. requisisti, quia adhuc uidetur appositum ad demonstrationem per-*
2 *sonæ.* Et † *quod dixi in consanguineo, habet etiam locum in amico, ut ibi per docto.* Et *facit quod not.* Bald. *in l.prima, colum.xi.C.qui accusa.non pos. quòd appellatione suorum, uenit etiam singularis amicus. Sequitur* Alexan.*in l.sæpe, colum.quinquagesima.ff.de re iudica. unde talis posset prosequi iniuriã, tanquam factã attinentibus suis, secundum* Bal.*in repeti.capi.si pater. infra de testamen.in sexto.*Bald.*consilio.lxxviij. in quarto. latè per* Andr.Sicul.*in repeti.l.cùm acutißimi, colum. xlij. & colum.l.C.de fideicom.*

Vigesimaoctaua præsumptio.

¶ ADDITIO. ¶ *Quinimo (teste* Tullio *officiorum lib.j.) maxima amicicia est præferenda consanguinitati.inquit enim. Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines. magnum est enim, eadem monumenta maiorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere*

communia, ſed omnium ſocietatum nulla præſtantior, nulla firmior, quàm cum uiri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. Et Valerius ille Maxi. caput ſeptimum lib. quarti ſic exorditur. Contemplemur nunc *amiciciæ uinculum potens & præualidum, neque ulla ex parte ſanguinis uiribus inferius: hoc etiam certius & exploratius, quòd illud naſcendi fortuitum opus, hoc uniuscuiuſque ſolido iudicio inchoata uoluntas contrahit.*

3 ¶ Accedat † quòd uoluit Albe. de roſa. in lege ſed & hæ. ff. de procu. ſcilicet quòd magna amicicia eſt maioris ponderis quàm fraternitas. pro quo allegat tex. in. l. cum allegas. C. de caſtr. pecu. lib. xij.

¶ Comprobatur, nam cùm ex ordine literæ liceat arguere, ita quòd prius nominatus poſteriori præferendus ueniat, lege quoties. cum concor. pluribus in glo. traditis. ff. de uſufruct. ego paßim in iure reperio in ordine ſcripturæ amicos anteponi conſanguineis, ut eſt in lege ſed ſi plures. §. in arrogato. ibi amicus uel cognatus. ff. de uulg. & textus in lege theopompus. ibi amici mei & cognati. ff. de dote prælega. & in. l. affectionis. ibi amicos uel neceſſarios. ff. de donatio. & in. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. ibi legatarij charitas uel neceßitudo. ff. de lega. primo. cum ſimilibus. facit quod notat glo. Bald. Ange. Alexan. & Iaſ. in lege ſi unus. §. primo. ff. de pactis. Iaſ. in. l. j. colum. ij. de in lit. iuran.

4 ¶ Bene facit † quod conſuluit Soci. conſi. xxxix. colū. ultima, libro tertio, quòd donatio facta amico maxima amicicia copulato, non reuocatur beneficio. l. ſi unquam. C. de reuocā.

de reuocā.donatio. de cuius dicti ueritate nunc non discutio.

5 ¶ Et † quòd disposita in consanguineis censeantur regulariter disposita in amico intimæ amiciciæ,& sic quòd amicicia magna tantum operetur quantum coniunctio sanguinis,tenet Cy.in lege inuitus.colum.iiij. uersicu.ex his pendet.C.de procura.Alexan.in lege cum alienam.ubi Ias.colum.ij.C.de leg. Idem Ias. latißime in lege titia. in prin.colum. v.uersicu.ultimo circa istam partem.ff. de uerbo obliga.& in.l.exigendi.col.ij.& melius colū. pe. uersicu.ultimo inquantum.C.de procu.ubi multa egregia cumulat.& feli.in.c.quoniam Abbas.columna tertia uersicu.capio illud quando abbas.extra de officio delega. Alciatus in l.latæ.§.amicos.ubi etiam plura similia adducit.ff.de uerbo.signi.& Hippol. in Rub.ff. de fideiusso. nu.ccxxxiiij.cum uarijs concordan.per illos allegatis.ad quos te remitto.

¶ Et inter cætera notatu digna,quæ referunt in locis supra allega.& in inferius allegandis,illud nota † perpetuo quòd magna amicicia facit quòd legata debeantur amico ex testamento minus solenni,ita quòd sicut in testamento inter liberos intelligitur clausula codicillaris, ut est no.glo.in.l.cohæredi.§.cū filiæ.ff.de uulg.ita in testamento ubi institutus est amicus uel aliquid relictum est ei subintelligitur clausula codicillaris.ista est singu.glos. in.l.in testamento.ff.de fideicom.liber.& per illam glo. ita tenet Bal.in.l.si iure.C.de testa.manu.expreßius ludo. Roma.consilio.lxxix.amplißimè.col.pe.& fina.Mathe. notabili xlj.& Barbat.in repe.Rub.de rescrip.in clemē.

6

Feli.in cap.j.in fi.extra de testibus.Ias.in lege non dubiũ. in fi.C.de testamen.Idem Ias.in lege exigendi.præallega. & in lege cum alienam.C.de lega.& in lege prima,uersicu.& clarum est,quòd magna dilectio &c.C. de summa trinitate.in secunda lectu.columna quinta,& in lege uerbis ciuilibus.columna tertia,uersiculo tertius casus.de uulgari & pupillari.& D.Alciat.in dicto.§. amicos.& Pantaleon de crema in lege secunda,colum.lxxj. uersiculo secundo loco.C.de rescind.uendi.& hippol.de marsil. in.l.unica.nume.ccix.folio.xj.C.de rap.uirgi. Et generaliter in hac materia amicitiæ uide multa cumulata per dominum Benedicti in repe.capitu.rainutius.in uerbo testamentũ. iij.nu .xlvij.xlviij.& xlix.ubi multa egregia cumulat. Ioan.Nicolaus.

7 ¶ Sed† posset dubitari,cui incumberet onus probandi,an ei se esse consanguineum uel amicũ,an ecclesiæ quòd non?& uidetur quòd ipsi ecclesiæ:prout tenet glo. in dicta autenti.licētiam,quia quilibet præsumitur ditari propria contemplatione,non alterius.l.si defunctus.C. arbit. tutel. Et istud multomagis uideretur procedere si ecclesia egeret,quia actor quod asseuerat, probare debet. lege actor.C.de probatio.prout ibi dicit Iaco.de are.& Iaco. Butri.& Alberi.de rosa.& alij in dicta autentica licentiam.

¶ Crederem contrariam opinionem esse ueriorem,quam tenet glo.in.§.interdicimus. in autenti.de ecclesia. titul. per illum textum,qui requirit quòd rector ipse probet. Et dicere quòd probat eoipso, quòd non probatur contrarium,non est sine cauillatione.Et facit quod in simili tenet

tenet glo.in capi.ij.de succeßio.abintesta.& Innocen.in capi.cum in officijs,de testa.Et pro ista opinio.facit,quia regula est,quod legata Rectori,acquiruntur ecclesiæ. di=
8 *cto.§.interdicimus.xij.quæstio.iij.pontifices.Qui†er go uult dicere fallentiam,probet.l.ab ea parte.ff.de pro= batio.glo.in rubri.de reg.iuris.in.vj. & in clemen.fina. in glossa penul.de rescrip.*

¶ADDITIO. ¶*In dubio enim sufficit pro se habe re regulam,unde allegans specialem casum siue fallentiā, illam probare debet.hanc doctrinam tradit etiam Barto. in lege secunda.ff.si quis in ius uocat.ubi etiam Ias.alle= gat concor.autoritates.colum.vj.uersicu.no.istam doctri nam Bart. & facit bonus text.in lege suus quoq;. uersi. puto generaliter.ff.de hære.insti.bonus tex.in capitu.ad decimas.de restitutione spoliato.in.vj.ubi statur regulæ & iuris communis præsumptioni,donec allegans fallen= tiam aut aliquid contra iuris communis regulam,illud le gitimè probauerit. unde ait Barto.in lege quoties.ff. si quis caut.quòd non dicitur esse dubium,de quo est regula iuris,quāuis sint aliqui casus excepti:nisi de illis casibus expreßim doceatur.uide alia plura in materia huius do= ctrinæ per D.Nicolaum præsidem in centuria locorum legalium,in loco ab exceptione ad regulam.pag.pen. & ultima.folio.xiij.* Ioan.Nicolaus.

9 ¶*Et facit†etiam in simili,quia uolens succedere tan quam consanguineus,debet probare cōsanguinitatem & gradum,ut per Anchara.in consi.lij.pro decisione.*Alex. *in consilio.lxxxij.in primo.* Decium *consilio.cccxxj.in causa quæ* Alexandriæ.*De quo etiam per fulgo.consilio*

clxxxiiij.& ea quæ notant Doct.*in lege is potest,in fine. ff.de acquirenda hæreditate.*

XXIX. PRAESVMPTIO.

1 Alienatio facta per prælatos in consanguineos, nõ præsumitur facta in vtilitatem ecclesiæ,sed ipsorum consanguineorum.
Limitatur & restringitur nu.4.& sequen.
2 Papa conferens beneficium consanguineis,præsumitur fecisse ex affectione carnis.
3 Infeudatio de nouo feudo facta consanguineo, præsumitur facta in fraudem ecclesiæ.
5 Oeconomus nõ habet ita pingue ius in alienãdo res ecclesiæ sicut prælatus.
6 Alienatio facta per prælatum in consanguineũ, sine fraude,& seruatis debitis solennitatibus, valet & tenet.
7 Prælatus potest dare eleemosynam de bonis ecclesiæ suis consanguineis,dũmodo eo prætextu non fraudetur ecclesia.
8 Executor testamenti ad distribuendũ bona pauperibus potest eligere cõsanguineos suos pauperes.
9 Prælatus constituerat fratrem procuratorem, ad exigendos redditus beneficij:frater emit multa bona,an de bonis ecclesiæ emisse præsumatur.

Vigesimanona præsumptio.

VIgesimonono.Alienatio†*facta per prælatum in consanguineos, præsumitur non esse facta in utilitatem ecclesiæ,sed in utilitatem ipsorum cõsanguineorum: autenti.quibuscunque modis.C.de sacrosanc.ecclesijs.& ibi Barto.Bald.& Docto.& .lxxxix.distinctio. capitulo decenter.facit glo.in capitu.peruenit,prima quæstio.iij.*

quæ

quæ dicit,quòd episcopi sunt cæci circa nepotes & alios consanguineos.Et dicit Bald.in lege tutor petitus.§.primo.ff.de excusatio.tuto.per illum textum ibi colligi ar-
2 gumentum† quòd papa conferens beneficium consanguineis,præsumitur fecisse ex affectione carnis, nō ex reuelatione spiritus,ut dicit Archidiaco.xij.q.ij. capitu. non licet,per illum textum,quòd papa mortaliter peccat, si alienat res ecclesiæ in consanguineos, ut eos diuites faciat.Et dicit Guid. papæ in tracta. suo de Præsumptio.
3 quòd† infeudatio de nouo facta consanguineo, præsumitur facta in fraudem ecclesiæ.capitu. quisquis.xij.q.ij. & eadem ratione idem esset in emphyteosi,quæ daretur pro modico censu.Supradicta tamen sunt sanè intelligen-
4 da,†quia sola præsumptio affinitatis nō uidetur sufficiens,ut præsumatur fraudata ecclesia:sicut in simili dicimus in.l.fina.ff.de his quib.ut indig.& quod no. Bart. in.l.post contractum.ff.de donatio.

¶Nec obstat quòd dicta autenti.quibuscunq; modis, inducat istam præsumptionem,quia loquitur in Oecono-
5 mo,non in prælato.†quiquidem œconomus, non habet ita pingue ius,sicut prælatus,ut nota.v.quæstio.iij. capitulo primo.& ita respondet Abb.in consilio.xlj.in.iij. colum.in primo uolumine.licet iudicio meo ille tex. non patiatur hanc interpretationem.sed quicquid sit in hac materia,standum est dispositioni Canonum,qui non prohibent talem alienationem cum debitis solennitatibus,&
6 ex legitima causa.Et ideo,†cessante fraude,si seruantur debitæ solennitates,tenet alienatio facta per prælatum,etiam in consanguineos,ut sentit Barto.in dicta au-

tenti.quibuscunq;,& consuluit Abb. in dicto consil.xlj. & ante eum idem tenuit Federi.de Sen.consilio quinqua gesimosecundo,quidam prælati. imò potest indistinctè prælatus dare de rebus ecclesiæ,consanguineis,dummodo det ecclesiæ tantundem de suo.Et satis est, quòd ecclesia non deterioretur,ut ibi dicit Abb.allegan. tex.in capitu.
7 *si episcopus.xij.quæstione secunda.†& potest dare prælatus Consanguineis pro eleemosyna, dummodo sub hoc prætextu non fraudetur ecclesia. capitulo non satis octogesimasexta distinctione,& est laudandus qui in tali casu,præferat suos extraneis,ut ibi nota.& per Gemi=*
8 *nia.in dicto capitulo quisquis.Et†propterea, exequutor testamenti ad distribuendum bona pauperibus,potest eligere consanguineos suos pauperes,ut per Ioannem Andre.in additio.ad Speculum,in titulo de instrumento, editio.§.nunc uerò aliqua,in additio.incipien. continuatur hic alia quæstio,in fine.& per Anchara.consi.cccxxxvj. in his dubijs: licet Bald.in dicta lege tutor petitus. in=*
9 *nuat contrarium.Induco prædicta ad quæstionem†aliquis prælatus habebat fratrem suum quem constituerat procuratorem ad exigendos redditus beneficiorum suorum:iste frater emit multa bona:an præsumitur emisse de bonis ecclesiæ?uidebatur quòd sic,quia si ipse prælatus emisset,præsumebatur emisse de dictis bonis,& acquirebatur ecclesiæ.capitulo primo,de pecul.Cleri. capi.inquirendum,eodem titulo.Et facit quod not.Abb.in capi. cùm sit generale,in.iij.colum.supra de foro competenti. ubi dicit,quòd isti prælati ementes de bonis ecclesiæ, faciunt,ut instrumentum cantet in personam alicuius amici uel*

ci uel consanguinei sui: unde tali casu cognitio spectat ad ecclesiam.

¶Contrarium in proposito casu est uerius: quia sola cõsanguinitatis præsumptio, non inducit præsumptionem fraudis, ut supra dixi: & ratio di. capi. primi de peculio Cleri. non militat in casu nostro. nam ideo præsumitur quòd prælatus emerit de bonis ecclesiæ, quia prælati licitè non possunt negociari. capi. j. infra, nè cleri. uel mona. & quia ipsi sustentantur de bonis ecclesiæ licitè, & ea possunt retinere. unde si emunt, præsumuntur de illis emisse, secundùm Butri. Abba. & Imo. in dicto capi. quæ ratio cessat in procuratore, qui potest aliunde lucrari. l. si defunctus. C. arbi. tutel. & qui licitè nõ põt retinere bona ecclesiæ, & delictũ non præsumitur. l. merito. ff. pro socio.

XXX. PRAESVMPTIO.

1 Conuersatio assidua & frequens etiam inter cõsanguineos, præsumitur augere affectionem. Relictum factum consanguineo qui assidue cõuersabatur cũ consanguineo, an præsumatur factũ gratia cõsanguinitatis, an gratia conuersationis. latissime vsque ad finem huius præsumptionis.
2 Pater si donauerit filio propter merita, & affectionem sanguinis, an valeat donatio: & an inspiciantur merita, an vero sanguinis affectio.
3 Causa quæ nocet in dubio inspicitur. Intellige, vt nume. 6.
4 Pater si stipuletur filio propter benemerita collata in patrẽ, an valeat stipulatio, quasi stipulatus vt filio, an nõ valeat, quasi stipulatus vt extraneo. concluditur nu. 7.

5 Præsumptio per quam actus sustinetur, præualet quibuscunque præsumptionibus.

8 Arrogauit quis fratris filium: quē ipse aluerat & eum instituit hæredē hoc modo: seiū quē alui, & ob sua benemerita adoptaui, hæredem facio. an si adoptio fuit reperta nulla, teneat institutio.

Trigesima præsumptio.

TRigesimo, † præsumitur aßidua & frequens conuersatio augere affectionem, etiam inter cōsanguineos. l. cùm allegas. C. de castren. pecul. lib. xij.

¶ *Sed dubia quæstio est: nunquid relictum factum tali cōsanguineo, præsumatur factum contemplatione sanguinis, an uero propter conuersationem. & text. in dicta lege cùm allegas, probat censeri factum cōtemplatione cōuersationis. Ad idem facit tex. in l. hæreditate. in prin. ff. de castren. pecul.*

¶ *In contrarium facit quod not.* Alexand. *in l. si donatione. C. de colla.* 2 *† ubi si pater donet filio, ꝓpter merita & affectionem sanguinis, præsumitur potius facta per affectionē sanguinis tantum: & donatio non tenebit: ita dicit consuluisse* Pau. *de cast. ut per eum:* Pro quo addit 3 *rationem, † quia in dubio inspiciēda est causa quæ nocet, non quæ prodest, ut not* Barto. *in l. si uir. ff. de usuca. pro donat. in l. si quis in graui. §. eleganter. ff. ad silleia. cum similibus.*

¶ ADDITIO. ¶ *Aduerte quia hæc regula quòd in dubio inspiciatur causa quæ nocet, est multum brocardica secundū* Cin. *in l. uēditioni. C. de usuc. pro empto. sunt enim iura probantia quòd imo in dubio debeat inspici causa quæ prodest.* Ideo *hanc regulam quòd inspiciatur quod nocet, pluribus iuribus confirmatam per* Bar. *in locis*

cis hic citatis.& Lud.Roma.in d.§.eleganter.Ias. in l. si ruffinus. ubi Deci.C.de testa.mili.eundem Ias. in l. si arrogator.col.xvij.nu.46.ff.de adoptio. Limitant ipsi non procedere,quando illud quod prodest est tantæ potentiæ, quòd absorbet,uincit,& consumit illud quod nocet,tunc enim illud quod prodest,tanquam potentius, attenditur: ita procedat tex.in l.nõ intelligitur.§.si quis palam. ubi Bar.ff.de iure fisci, inducendo ut per eos.& tex.in d.l.si uir.iunctis traditis per Dy.in regula possessor. quæstio. antepenul.Pet.Cin.& Bal.in d.l. uenditioni. inducendo ut per eos. Ioan. Nicol.

¶ Ego reperio Pau.de cast.in consi.cccxlv.incipiē.circa bona quæ fuerunt, in primo uolu.distinguentem, ut si expreßio meritorum sit facta in genere,non attendatur, sed solummodo causa sanguinis,quæ præualet. argu. d.l. tutor petitus.§.1.& l.qui habet.ff.de tutelis.

¶ Secus si sit facta in specie.Pro ista opi. Alex. facit qđ no.Bar.Ang.Pau.de cas.in l.si tibi.§.si pactus.ff.de pac. & Bar.in l.quod dicitur,ubi Alex.attestatur de commu
4 ni.ff.de uerb.obli.dũ dicunt,† quòd si pater stipulatur filio propter benemerita collata in ipsum patrẽ,nõ ualet stipulatio,quia cẽsetur stipulatus tanquã extraneo:& tamen si caperetur præsumptio,quòd esset stipulatus tanquã filio,stipulatio sustineretur.Sed tu cõsidera,qđ prædicta decisio Alex.est satis iniqua per quã capimus præsumptionẽ,ex qua actus corruit cõtra.l.quoties.ff.de reb.
5 du.† et tñ talis præsumptio p quã actus sustinetur,solet præualere alijs præsumptionibus,ut p Bal.Imol.& alios in l.cùm in testamento §.hæc uerba.ff.de haredi.institu.

& in

& in simili quod not. Pau.*de cast.in l. ex imperfecto*. C. *de testa.&* Alex.*in l.quanquam.C.de testa.mili.*

¶ADDITIO. ¶*Et per* Decium *in c.quoniam* Ab*bas.de officio delega.& in l.postquam liti.*C. *de pactis.* Hippol.*de* Marsil.*ubi allegat infinitas ferè autoritates & concor.in sing.lxxxiiij.princeps.* Ioan.Nicol.

¶*Vnde putarem illam decisionem non esse ueram : quia quomodocunq; sint expressa merita, etiam quòd ficta sit mentio sanguinis, debet actus sustineri, dummodo merita probentur, iuxta nota.in l.si donatiòne.* Nec *illa ratio de affectione sanguinis debet actum uitiare, quia potest recipere commodam interpretationem, ut propter talem affectionem, auctum sit desiderium patris remunerandi beneficia sibi collata.argumen.dictæ l.cùm allegas,* Nec *dicta l.qui habet, obstat:quia quamuis dicat ibi* Barto.*quòd ubi resultant contrarij effectus, non attenditur causa accidentalis, sed naturalis : quod procedit, ubi causæ sunt separatæ.* In *casu nostro, altera alteram adiuuat, unde attenduntur merita quæ sunt accidentalia, & faciunt donationem ualere, quæ aliàs ex causa naturali corruerent.*

6 ¶Nec *obstat ratio* Alexan.*quia*† *cum posit utraque causa simul concurrere, tunc utraque est attendenda, non autem illa quæ nocet tantum ut dicit* Barto.*in dicta lege si quis in graui.§.eleganter.* Istud *autem est in casu nostro, ut supra declaraui.*

¶Præterea *ubi causa quæ prodest, est benignior, illa attenditur, non quæ nocet.l.si pupillus.ff.ad legem falcid.dixi in l.ij.in princ.ff.de uerbo.obliga.*

¶Nec

7 ¶Nec † *obstat doctrina* Barto.*in dicta lege,si tibi, & in dicta lege, quod dicitur,quia quicquid dicat* Ale*xander contraria opinio est uerior : quam tenent* Bal*dus,*Fulgo. & Iason *in dicto.§.si pactus.*Imo.Rapha.Co*men.*Iaco.*de puteo,*Paul.*de cast.*Petrus *de* Besu.Aret.& Iason *in d.l.quod dicitur.* Et opinio Barto. *potest saluari,si causa benemeritorum tantum esset expressa,aliàs in dubio mihi placet contraria opinio.*

8 ¶*Et prædicta*† *faciunt ad quæstionem Titius arroga uit filium fratris sui quem ipse aluerat,& instituit hæredem hoc modo,Seium quem ego alui, & ob sua benemerita adoptaui,hæredem instituo. Accidit quòd adoptio fuit reperta nullã:nunquid tenet institutio?Ioan.de monteferra.in l.gallus.§.& quid si tantum,in xxij.colum.tenuit quòd non. Ego puto contrarium esse uerius per supradicta.& est egregia limitatio ad nota.per docto. in l. eam quam,per illum tex.C.de fideicommis.*

PRAESVMPTIO. XXXI.

1 Pater stipulando vel paciscendo filio, præsumitur stipulatus vt hæredi, non simpliciter vt filio.
Limitatur quintupliciter ibidem cum seq.
Pater stipulando filijs in his quæ transeũt ad filios tanquam filios non tanquam hæredes,censetur sti pulari simpliciter vt filijs.
Filius repudians hæreditatem paternam potest petere emphyteosim ecclesiasticam.
2 Frater fratri renuncians omnia quæ petere posset de hæreditate paterna, non censetur renunciare rei emphyteoticæ.

Pater

3 Pater non poteſt alicui liberorum in emphyteoſi eccleſiaſtica[quam acquiſiuit pro ſe & liberis] aliquo modo præiudicare.
4 Pater ſtipulando filijs tantum & non ſibi, cenſetur ſtipulari vt filijs, non vt hæredibus.
5 Pater ſi ſtipuletur filio aliquid indiuiduum cohærēs perſonæ, filius ſtatim admittitur viuo etiam patre.
6 Pater aliter ſtipulatus filijs, aliter ſibi, non præſumitur filijs tanquam hæredibus ſtipulatus.
7 Pater grauatus reſtituere fideicōmiſſum filio, cenſetur grauatus vt pater, non vt hæres.

Trigeſima prima præſumptio.

TRigeſimoprimo, †pater ſtipulando uel paciſcendo filio, præſumitur ſtipulatus ut hæredi, non ſimpliciter ut filio: ſecundum glo. in dicta l. ſi tibi. §. ſi pactus, ff. de pactis. quæ aſsignat rationem, quia ueriſimile eſt, quòd cogitauerit filium ſibi hæredem futurum. l. ſcripto, ff. unde liberi. ſequitur Barto. *in l. quod dicitur. ff. de uerbo. obligatio. ubi limitat, ut non procedat in his quæ tranſeunt ad filios tanquam filios, non tanquam hæredes, ut eſt emphyteoſis eccleſiaſtica.* Et *ibi infert, quòd filij licet repudient hæreditatem paternam: poterunt conſequi hanc emphyteoſim. & idem tenet in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. & eſt communis concluſio, ut per* Moder. *in dicta l. quod dicitur, & per* Alexand. *conſilio xliiij. in primo. & alibi ſæpe.*

¶ADDITIO. ¶ *Quòd in his quæ non tranſeunt ad hæredes extraneos ſed ad filios tantum, pater cenſeatur ſtipulari filijs ut filijs, & non ut hæredibus, tenet etiam* Alexand. *conſilio octauo. uiſis ſubtiliſsimis. colum. j. & ij. ubi plures autoritates & concordan. allegat, in tertio uolumi.*

uolumi.& consil.xxxvij.illo eod.lib.& consil.cxix. uiso processu causæ uertentis inter dominã bernardinam&c. col.ij.in fine,cum sequen.in quinto lib.& consil . cxxix. perspectis,ubi allegat innumeras ferè concor . eodem libro,& Ias.post Barto. in l.si non sortem.§. libertus.ubi etiam allegat concordantes,columna fin.ff.de condictio. indebiti.

¶ Adde Decium consilio.ccccxj. Visis his. & consilio cccxix.præclarissime doctor.colum.ulti.uersic.sed etiam ista ratio parum facit.& Ludo.Bolo. consi.xlviij. quasi per totum.ubi egregia tradit,& multas autoritates allegat,ex quibus firmatur ista conclusio.

¶ Adde etiam Petrum de Anchar.consil. cxxv . uisis & diligenter:& in feudo consuluit Deci.consil .lxxviij . licet in casu. per totum,& in emphyteosi Corne.consilio, xiij. in præsenti consultatione,circa principium,& etiã colum.iij.uersicu.ex quibus. lib.iij.& consilio. cclxxxij. uiso dicto puncto.colum.iij. uersi.non enim uidetur posse.eodem libro. Idem Corn.consilio centesimo . uisa dicta copia.colum.ij.& sequen.in iiij.libro. ubi consuluit emphyteosi ecclesiastica acquisita pro se & liberis, liberos (etiam si repudiauerint hæreditatem paternam) consequi posse dictam emphyteosim, nõ obstante repudiatione,& ibi comprobat & allegat autoritates.

¶ Et ultra illationem prærecitatam à domi.meo Alciato quòd filius potest hæreditatem paternam repudiare, & consequi emphyteosim ecclesiasticam.Adde quod uoluit Barto.post Dyn.in l.item uidendum.§.fina.ff.de petitio. hæredita.ubi etiam Bald.& Angel. † quòd si frater fratri

fratri faciat generalem quietationem de omni eo quod petere poteſt in hæreditate patris, tamen hoc non obſtante poterit petere partem bonorum emphyteoticorum: quia non petuntur nec ei debentur ut hæreditas. & illud dictum refert & ſequitur domi.Iaſ.in l.gallus.§. quidam rectè.colum. antepenul.uerſicu.circa ſecundam materiam, ubi allegat concordantes.ff.de libe.& poſthu. & in dicto.§.libertus, colum.penul.uerſicu.ſecundo habes ex glo.ubi maiores allegat concordan. & adde ultra eum Soci.conſilio.lxxiij.ſuper controuerſia. uerſicu. quarta concluſio.libro tertio.& domi.Decium conſilio, ccclxxxix.uiſa longa.& conſilio . lxxviij . licet in caſu. colum.ij.in fine.

3 ¶ Adde ultra prædicta in locis præallegatis,† quòd talis res in emphyteoſim pro ſe & liberis ab eccleſia recepta, in tantum dicitur eſſe extra hæreditatem recipientis, & filijs ut filijs debita, quòd non poſſet ipſe pater recipiens in præiudicium filiorum aliquid diſponere ſuper dicta re, puta uni filiorum prælegando uel donando, & alijs non, uel alio modo diſponendo in filiorum præiudicium, ita Barto.nota.in dicto.§.ſi liberi.uerſic. ſecundum dubium.ubi uult quòd ſi pater inſtituerit unum filiorum hæredem uniuerſalem, alium uero in re certa, & iuſſerit eſſe tacitũ & contentum, ita quòd in bonis uel hæreditate non poßit ulterius petere, non obſtante hac prohibitione (per quam filio non poteſt pater præiudicare) poterit partem ſuam rei emphyteoticæ petere: & ſequitur Petrus de Anchara.notabiliter conſilio. cccxix . themate præſuppoſito. Adde etiam prædictis Cor. conſilio xxiij.

xxiij.colum.ij.uersicu.tamen his non obstanti. in primo uolumi.& consilio.xxxvij.colum.iiij. uersicu.quod persuadetur.& uersicu.sequen.libro tertio. quicquid dicat ipse consilio.cclxxxij.uiso dicto puncto.colum sexta, eodem libro. ¶ Adde etiã egregie do.Ludo.Bologni.consi. xlviij.intellecto.colum.secunda,ubi allegat plures docto. in uarijs locis,concludens recipientem non posse suis liberis præiudicare in dicta emphyteosi ecclesiastica,nec uni liberorum legando donando uel alio modo disponendo rem emphyteoticam aßignare posse,alijs uero non:sed simul admittuntur non obstante contraria dispositione paterna. & ultra illum hanc dicit communem dominus Stepha. Bertran.consilio.cxxxviij.ex themate.colum.v. uersicu.non obstat.ubi etiam allegat concordantes, in secundo uolu.nouißimorum. Ioan. Nicol.

4 ¶ Secundo limitatur,† quando pater non esset stipulatus sibi,sed tantũmodo filijs,quia obligatio incipiet ab eis tanquã filijs,etiã si non sint hæredes.l.quodcunq;.§.si quis ita.ff.de uerbo.obliga.l.filiusfami.§.cùm quis.ff.de lega.j.Quæ iura ita declarant Alexan.& Ias.

5 ¶ Tertio limitatur:† quando acquireret aliquid indiuiduum cohærens personæ,sicut est usus fundi:nã filius statim admitteretur etiam in uita patris:ex quo, illi nihil præiudicatur,ut dicunt Bald.Imol. & Moder. in dicto.§.quidam rectè. Et idem est in priuilegio immunitatis, ut per Anchara.in capit. Raynutius, infra de testamen.

¶ ADDITIO. ¶ Hoc exemplum de usu uidetur aliquibus medijs impugnare Ioan. rubeus Alexandri. in dicto.§.

cto.§.quidam recte.folio.14.col.j.& .ij. Ioan.Nicolaus.
6 ¶ *Quarto limitatur,† quando pater aliter esset stipulatus sibi,aliter filijs:nam tunc non præsumitur stipulatus illis tanquam hæredibus.l.Seia,cum glos.in princi.ff. de donatio.cau.mortis.*Alexan.*& moder.in dicta.l.quod dicitur.*Et *est ratio secundum Areti.ibi, quia non debet alterari obligatio de persona defuncti in hæredem.lege secunda.§.ex his.ff.de uerbo.obligatio. Sed tu aduerte,quia ista ratio non uidetur procedere in obligationibus factorum.l.continuus,§.fina.ff.de uerbo.obligatio.*

¶ADDITIO.¶*Hanc limitationem friuolis quibusdam fundamentis nititur impugnare* Ioan.*rubeus* Alexã. *in dicto.§.quidam recte.folio.16.in princi.primæ colum. ac tandem sentiens debilitatem argumẽ.suorum dicit non esse recedendum ab hac limitatione.* Ioan.Nicolaus.
7 ¶ *Quinto limitatur † in casu contrario, quia pater grauatus restituere fideicommissum filio,intelligitur grauatus ut pater,non ut hæres.l.cùm filio.ff.de lega.primo. Sed iste casus est satis differens à præcedenti materia.*

XXXII. PRAESVMPTIO.

1 Donatio an & quãdo præsumatur ratione proximitatis,& nu.5.
Mater redimens filium ab hostibus præsumitur fecisse causa donationis:nec repetit pretium.
2 Mater expendens pro respicientibus personam filij præsumitur causa pietatis fecisse : ideo non repetit.
3 Maritus luens ornamenta vxoris pignorata, & *ea uxori*

ea uxori restituens præsumitur donasse.
4 Pater stipulans emphyteosim ecclesiasticā pro se & filijs, an præsumatur fecisse animo donandi filijs.
5 Donationem præsumi faciunt, consanguinitas, temporis diuturnitas, & ratio sæpius calculata. & multa de intellectu legis procula.ff.de probatio.
6 Maritus qui cessauit per decennium petere alimenta seu interesse dotis non solutæ, an præsumatur ea remisisse socero aut fratribus uxoris qui promiserant dotem. latissime disputa.
7 Vsuræ quæ debentur marito ratione retardatæ solutionis dotis, non debentur iure obligationis sed officio iudicis. ideo si maritus recuperet sortem sine illis usuris, non poterit ulterius illas petere.
8 Dispositio.l.cum de in rem verso.ff.de usur. procedit in foro canonico.

Trigesimasecunda præsumptio.

TRigesimosecundo† Donatio quandoq; præsumitur ratione proximitatis: & propterea mater redimens filium ab hostibus, præsumitur fecisse caussa donationis, nec repetet pretium à filio.l.liber captus.C. de capti. & postlimi.reuer. Et *frater sciens partem quam ipse habebat in fundo communi à fratre suo uxori donatā, si non contradixerit, præsumitur remisisse ius suum.l. si seruus communis.ff. de donationibus inter uirum & uxorem* 2 *& † mater expendens pro respicientibus personam filij, præsumitur fecisse causa pietatis, & ideò donasse.l. prima.C.de nego.gest.* De *quo per* Barto.*in.l.nesennius.* 3 *ff.eodem.* Et*† maritus luens ornamenta uxoris pignorata, & ea restituēs uxori, præsumitur donasse.l. uxori.§. fi.ff.de leg.iij.facit lex utrū.ff.de do.inter uir.& uxo.&*

quod notat Barto.in.l.si maritus.C. eodem.& ascendens stipulans aliquid descendenti dari, præsumitur dari animo donandi.l.donationes.§.species.l.fina.§.fina.ff. de donatio.de quo per Docto.in.l. quæ dotis.ff. soluto matri. Et facit quod dicit Bald.in autenti.si quas ruinas.C. de
4 sacrosanc.eccle.† quòd pater stipulans emphyteosim ecclesiasticam pro se & filijs,censetur fecisse animo donandi filijs.

¶ Quæ decisio,uidetur dubia per nota. per Alexand. in dicto.§.quidam rectè:unde eam intellige sano modo, uidelicet quando accepit etiam possessionem nomine filiorum prout loquitur Bal.ubi assignat rationem:quia quãdo pater contrahit nomine filij,& accipit etiam possessionẽ,præsumitur facere animo donandi.l. filiæ cuius.C. familiæ erciscundæ.l.omninò.§. fina.C.de inofficio. testa. ubi infert,quòd quò ad filium in potestate, potest pater talem donationem reuocare.lege secunda.C.de inofficio.donatio.

5 ¶ Et supradicta† procedunt in suis casibus:aliàs, sola ratio consanguinitatis non est sufficiens ad præsumẽdã donationem,ut est glo.& ibi Barto.in.l. libertis quos.§. primo.ff.de alimen.& ciba.lega.& nota.in.l. idemq;.§. si cui mandauero.ff.mandati.nisi concurrentibus duobus alijs,uidelicet diuturnitate temporis, & ratione sæpius calculata.secundùm Barto.Bald.& Salice.in.l.procula, per illum textum.ff.de probatio.Et est communis conclusio ut per Alexand.& Iaso.in dicta lege quæ dotis.Et cõsuluit Alexan.consi.xlvj,in primo.& consilio quinquagesimotertio,in quarto.

Sed tu

¶ Sed tu aduerte, quia in.d.l.procula, non fit mentio de diuturnitate temporis, sed solum quòd rationes sint sæpius calculatæ, & quòd non sit aliquid petitum, quãdiu frater uixit. Illa enim coniunctio quandiu, refertur ad uitam fratris, & interpretatur pro donec.l. quandiu.ff. de acqui.hæredi. & sic tex. uerificatur, etiam si frater non fuisset grauatus restituere nisi à quatuor Annis, uel etiam minori tempore antequam moreretur.

¶ Præterea tex. non considerat rationes simpliciter calculatas, sed quòd ipsa creditrix soluisset pecunias fratri: cùm uerisimile fuisset compensaturam: nisi remisisset. Et ideo ista calculatio debet sanè intelligi, prout etiam declarat Fulgosius ibi. Et est de mente glo.in.d.l. libertis quos.§.primo.

¶ Præterea ultra Docto.in casu illius textus erat mortuus frater, quo uiuente, nunquam aliquid petierat. unde est non modica suspitio, quòd iniuste peteret, tanquam ab hæredibus male informatis.iuxta nota.in.l.qui Romæ.§. augerius.ff.de uerbo.obligatio.unde ille tex. procedit in casu suo tantum.

¶ Et per hæc uideretur confundi quædam Decisio Pau. de cast.in consi.cxxvj.non sequendo ordinem, in secundo: de qua inferius dicam.

6 ¶ Ex supradictis infertur ad quæst.† an maritus qui cessauit per Decennium petere alimenta, seu interesse dotis non solutæ, præsumatur eam remisisse socero qui promiserat dotem, uel fratribus uxoris. Et Bald.in consilio ccccLxxiij.post biennium.in.iij.uolu.consuluit quòd sic, per tex.in.l.cùm quidam.§.diuus.ff.de usur. Et ita etiam

cõsuluit do. Dionysius *de perusio præceptor* Lud.Roma. *prout eum ipse refert in consi.cccccxvij.in.iiij.columna.* Idem *etiam tenuit* Alexan.*consi.lxxiiij.in.iij.& ultima colum.in quinto uolumine,&* Corne.*consi.ccvj.in ultima columna,in secundo.*

¶Contrarium tenent Roma.Alexan.*&* Iason *in dicta.l. quæ dotis,&* Alexan.*consi.lx.&* Corne.*in consi.ccl. in secundo uolumine,& consi.liij.in ultima colum.in quarto.mouentur per dictam legẽ procula,& dicit* Iason *esse casum in dicta lege libertis quos.§.j.& contrarium etiã consuluit* Roma.*in dicto consi.cccccxvij. allegando glos. iũcto tex.in.l.uir usuras.ff.de donationibus inter uirum. quæ uult,quòd ita demum censeantur remissæ usuræ dotis,si uir per totum tempus durantis matrimonij tacuerit.argumen.l.cùm oportet.§.sinautem res.C.de bo. quæ liber.& respondent omnes ad dictũ.§.diuus,quòd loquitur in usuris quæ debentur ex causa lucratiua, & sunt odiosæ,unde non est trahendus ad interesse quod soluitur propter onera matrimonij.*Et *idem tenuit* Roma. *in lege insulam.§.usuras.ff.soluto matrimonio.* Et *aliter etiam respondet* Alexan.*in dicto consi.lx.& consi.liij.quòd ille textus debet intelligi,quando constabat quòd creditor nõ exigeret,ut gratior esset debitori, puta quia expectabat ab eo aliquod beneficium.*Quid *tenendum? puto in puncto iuris esse ueriorem opinio* Bal.*cuius autoritas est maxima in actu practico præsertim cùm etiam solennes docto.eum sequuti sint.& optime probatur in dicto.§. diuus,qui simpliciter loquitur in usuris:& non distinguit, ex qua causa deberentur.*Et *tamen iura istud interesse dotis non*

tis nõ solutæ simpliciter appellant usuras.d.l.uir usuras. & l.insulam.§.usuras.solu.matrimo.& est tex.in.l.cùm post.§.usuras.ff.de iure dotium.Et sic ibi tex.in generalitate sua probat concludenter opinio. Bal.nec intellectus Alexan.in dicto consi.lx.est uerus,quia text. ibi ex lapsu temporis præsumit id factum causa gratitudinis, etiam alio non constito,quod apparet ex dictione uidelicet, quæ stat declaratiue. §.nos autem,institu.de attilia.tuto.l. uidelicet.ff.ex quib.cau.maio.& sic ex tali lapsu temporis declaratur non petitas usuras causa gratitudinis. Est uerũ quòd si creditor probaret se fecisse ex alia causa,tunc nõ procederet dictus.§.Diuus.Et isto casu, quò ad hunc finem,dictio uidelicet,stat restrictiue.lege prima. ubi Barto.ff.ad legem aquiliam.

¶Præterea etiam tenendo intellectum Alexan.dico in casu nostro,satis præsumi hanc gratitudinem ex cõiunctione sanguinis.Et istud est,quod fuit de mente Baldi & sequacium.

¶Non obstat.d.lex procula,quia ibi nõ interuenerat diuturnitas tot annorum, sed solum fuerat facta sæpe calculatio quòd potuit fieri in minori tempore. Præterea & melius in casu nostro agitur de remittendis usuris,quæ licet petantur tanquam interesse secũdùm ius canonicum, per tex.in capi.salubriter,infra de usuris.de facili tamen in eis præsumitur remißio,ex quo sunt etiam ipsæ odiosæ.istud patet,quia respectu soluentis dicuntur continere quodammodo meram pœnam,ex quo ei nihil uel modicum adest.prout in simili dicitur in lege primà.§.si plures.ff.de eo per quem fac. erit. Solum enim est releuatus

ab onere alimentandi ipsam nuptam, quod onus fortè nõ ascendet ad æstimationem dimidiæ usurarum quas mari=
7 tus potuisset consequi. Item † non debentur iure obli= gationis, sed solummodo officio iudicis, ut dicunt Pet. & Bal. in lege fina. §. præterea. C. de iure dotium. unde si maritus reciperet sortem sine illo interesse, non posset amplius illud petere, quia cùm sit odiosum, extinguitur soluto principali, sicut dicimus de alijs usuris. l. iiij. C. depositi. Et ita firmat Bal. quem ibi sequitur Alexan. in. l. si marito. §. si fundum. ff. soluto matrimonio. unde cùm tale interesse sit odiosum, facilius præsumitur remitti. lege cùm post, in princi. ff. de iure dotium. Quod non erat in casu dictæ legis procula.

¶ Non obstat. d. lex libertis, quia ibi proprie debebantur alimenta iure obligationis fauorabilis: nec ibi erat aliqua coniunctio sanguinis, per quã præsumeretur nõ fuisse petita ob causam gratitudinis: quod non est in nostro casu.

¶ Non obstat. d. lex uir usuras, quia potius probat contrarium, ex quo inducit præsumptionem donationis, si non petantur usuræ per tempus matrimonij, quod potuit esse breuius Decennio, & sic ibi est quædam ampliatio ad dictum Baldi, quicquid ad illum textum cauillando dixerit Alexander in præallegato consi. lx. uersic. similiter non obstat. cuius tres solutiones confutaui in una. Et ista opinio esset seruanda etiam in foro canonico, quia tex. in dicto. §. diuus, non inducit præscriptionem: iuxta nota. in capi. finali. de præscriptio. Sed ex lapsu temporis præsumit liberationem seu donationem: nec hic sumus in materia peccati: quia iste nõ soluens interesse, nõ peccabat, nisi

fuisset

fuisset interpellatus:ex quo, tantummodo erat obligatus officio iudicis,ut latius deducit Corne.in.d.consi.ccvj.Et facit quod no.Ias.in.l.si certis annis.C.de pactis,post Sal.
8 *ubi uult† quod dispositio legis cum de in rem uerso.ff. de usuris,procedat etiam in foro canonico,quia ibi nō agitur de præscriptione,sed agitur de præsumptione legis ex lapsu x.annorū.Et pōt socer uerisimiliter credere, quod maritus sit contentus sorte,& quod nō exigat interesse: ut deducit Corne.in.d.consi.Secus esset,quādo istud interesse fuisset expresse promissum,quia tunc debitor nō pōt prætendere bonam fidem,& nūquam præscriberetur de iure canonico:quod etiam seruatur in foro ciuili iuxta notata in.d.capi.fi.Et ita procedit quod no.Alexand.in dicto consilio.lx.*

XXXIII. PRAESVMPTIO.

1 Maritus cui vxor tradidit instrumenta præsumitur procurator vxoris.
2 Procutor an præsumatur ille qui cum instrumēto mandati venit de longinquis partibus,si mandato exhibito,ille contra quem exhibetur,dicat exhibentem non esse illum de quo in mandato.
3 Procurator titij,an præsumatur ille penes quem reperiuntur documenta titij,& an admittatur cum cautione de rato.& nu.6.
4 Mandatum an plene probetur per productionem instrumentorum facientium ad causam domini:si a domino fuisse sibi tradita procuratorem se asserens probauerit.& nu.6.
5 Procurator reddens instrumenta causæ domino,censetur renunciasse procurationi.

Trigesima tertia præsumptio.

TRigesimotertio † præsumitur maritus cui uxor tradidit instrumenta, esse, procurator uxoris suæ l. fin. ubi gl. C. de pact. conuen. Per quã gl. infert Ci. *&* Bal. *in*
2 *l. si qua per calũniam. C. de episc. & cle. † quòd si aliquis de longinquis partibus ueniat in istã ciuitatẽ & petat cẽtũ tanquã procurator Titij, & exhibeat mandatũ, quãuis aduersarius neget eũ esse, de quo in mandato est mẽtio: tamẽ præsumitur esse ille, ex quo affert mandatũ. & idẽ uoluit* Guil. *de* Cun. *in l. postquam. C. de pactis.*

¶ ADDITIO. ¶ *Hoc dictum* Cin. *&* Bal. *sequitur* Sali. *in d. l. si qua per Calumniam. &* Abbas *in c. coram. de offi. deleg.* Felin. *in c. ij. uersicu. quarto & ultimo casu. colum. viij. de testib.* Hippol. *de* Marsi. *in l. si quis ne quæstio. nu. 143. uersi. & pro hac conclusione faciunt. ff. de quæstio. ubi allegat id sequi* Cepolam *consi. x1. casus. col. iij. &* Ang. *in l. comparationes. in fi. C. de probat. & etiam hoc dictum refert* Feli. *in d. c. coram. col. ulti. ubi dicit quòd illud sequitur* Imol. *in cle. 1. col. vij. uer. quid si dicatur. de procu. & cõfirmat per id quod uult* Spec. *tit. de instr. edit. §. restat. uer. sed quid si producatur. ubi uult quòd creditur literis officialis attestantibus quẽ esse notarium, ubicunq; illæ literæ producantur. Verũ tandẽ* Feli. *ab hoc dicto recedit, nec illud admittit, nisi cũ mandato, etiam exhiberet instrumẽta & iura partis: tũc enim hæc duo simul iuncta probarent mandatum, aliâs nõ. Nõ recederem tamen à sentẽtia* Cy. Bal. Sali. *& sequaciũ propter eorum autoritatẽ, maxime ad præsumptionẽ inducendã pro producente, ut transferatur onus probandi in aduersarium, dicentem producentem non esse illum de quo in man*

mandato. Ioan.Nico.

¶ Sed tu cõsidera tres casus. ¶ Primus est qui ponitur ĩ d.l.fi.ubi concurrebãt tria. Primũ erat quia mulier promiserat dare illa instrumenta paraphernalium, quæ deberent esse & etiam manere apud maritum. Secundum erat, quia instrumenta fuerant sibi tradita. Tertium erat, quia concurrebat coniunctio sanguinis. unde istis concurrentibus, præsumitur mandatum, nec tenetur maritus agens cauere de rato.

¶ Secundus casus est, quando non interuenissent nisi duo, puta exhibitio instrumentorum, & coniunctio: & uidetur, quòd licet tali casu quis admittatur, tamen debet cauere. Istud probatur in capi.coram, suprà de offic. delega. ubi clericus habens instrumenta admissus fuerat solum cum cautione, & tamen magna est coniunctio inter clericum, & eius ecclesiam ut ibi notatur, & per Innocen.in c.cum R.canonicus.supra de offi.delega.

3 ¶ Tertius casus † est, quando non interuenit nisi unũ, uidelicet quia reperiuntur instrumenta apud aliquem, & uidetur talem admittendum cum cautione, prout tenuit Barto.in l.iij.§.causæ.ff.de carbonia.edic.in l. uulgò.ff.de admini.tuto. & ista est communis opinio, ut per Feli.in dicto c.coram.

¶ ADDITIO. ¶ Et est col.iij.uer.quãdo dicatur dubiũ.ubi alleg.cõcor. & attestatur hanc esse cõmunẽ opi. quã tripliciter limitat ut per eũ. & hanc etiã cõmunem attestatur & seqtur Hippo.de Marsi.in l.si quis ne quæstio.nu.142.uersi. & ad hoc dicendũ moueor.ff. de quæst. ubi alleg.plures concor.in uarijs locis. Ioan.Nico.

¶ Fortius

¶Fortius dicit Roma. in singul. sexcentesimotrigesi=
4 moseptimo,incipi.nūquid per productionem, † quòd si probatur traditio instrumenti facta per dominum erit plena probatio mandati,nec erit necessaria cautio.

¶ADDITIO. ¶Et consilio.ccccxlvj.colum.penul. & fina.infra allegando. Ioan.Nicol.

¶Mouetur per dictam legem finalem, quæ nihil facit: quia ibi interuenerant tria, ut ostendi, & præsertim ibi ponderatur,quòd esset coniuncta persona:ut dicit Al beri.de rosa.& idem tenent Pet.& Cin.in l. maritus.C. de procurato.

5 ¶Secundo mouetur,†quia procurator reddens instru menta causæ domino,censetur renunciasse procurationi. l.negociorum.§.fina.& l.tutor.ff.de appellatio.ubi An= gel.l.ita autem.§. fina.ff.de administratio.tuto. ergo con cedens instrumenta,debet præsumi constituere procura= torem, quia contrariorum eadem est disciplina,ut per eum:sed responde,quòd Angel.in dicta l.negociorum, lo= quitur respectu domini & procuratoris: quia si aufert sibi libros & rationes,præsumitur prohibuisse, ne sese intermittat in negociatione:nō autem loquitur respectu tertij,cui posset oriri præiudicium,imò contrarium pro batur in dicto.§. fina. iuncta glo.unde in isto casu, mihi non placet hæc opinio:ubi uerò traditio esset facta con= iunctæ personæ,tunc posset sustineri. Et ita soluatur quod notant Bald.& Imo.in dicto cap.coram,& est de mente Pet.& Cin.in d.l.maritus.

¶ADDITIO. ¶Concludit ergo præceptor meus Alciatus quòd probatio traditionis instrumentorum fa= ctæ alteri

ctæ alteri quàm coniunctæ personæ non plenè probet mandatum, & sic contra Roma. in singu. præallegato. ¶ Aduerte quòd opi. Roma. uidetur uerior. & eam maximis & urgentibus fundamentis comprobat domi. And. Sicul. dictus Barba. in dicto capi. coram, colum. ij. & sequen. ubi etiam respondet argumen. quæ pro contraria adducuntur, & ostendit à sufficienti partium enumeratione, necesse esse concludere quòd talis instrumentorum traditio à domino facta operatur mandatum, & sic probando illam traditionem, satis probat mandatum. Ioan. Nicol.

6 ¶ Limitatur supradicta † conclusio, ut non procedat in cohabitante cum ipso domino, quia tunc non esset admittendus, ex quo potuit esse furatus talia instrumenta. argumen. l. unicæ. §. ille autem. C. de lat. liberta. tol. Ita Roma. in d. singula. & in consil. ccccxlvj. Primus propositæ consultationis.

¶ ADDITIO. ¶ Facit quod not. Barto. in l. fullo. §. qui tabulas. ff. de furt. glo. Barto. & docto. in l. ij. & iij. ff. de pactis. quòd licet si reperiatur instrumentum debiti cancellatum penes debitorem præsumatur debitor soluisse, & sic uideatur liberationem probasse, hoc tamen non procedit ubi debitor esset persona domestica & cohabitans cum creditore, potuit enim esse suffuratus illa instrumenta, argu. d. §. ille autem. Ioan. Nicol.

¶ Sed de ista limitatione dubitat Felin. in dicto capi. coram. & non est de mente Docto. unde eam nō teneo: quia talis suspitio purgatur per præstationem cautionis de rato, aliàs in extraneo idem esset, quia potuit accidere quòd

quòd habuisset in depositum, prout in simili dicit Paul. *de cast. in l. meuia. ff. soluto matrimo &c.* Bene *fateor, quòd in casibus in quibus supra dixi, non requiritur cautio, si iudex suspicaretur quòd instrumentum fuisset furto sublatum, deberet eum requirere: & ita potest saluari decisio* Romani.

PRAESVMPTIO XXXIIII.

Trigesima quarta praesumptio.

TRigesimoquarto, *fornificatio inter consanguineos non praesumitur ex cohabitatione. capit. cùm in iuuentute, prima colum. l. eum qui. C. de episco. & cleri. nisi probaretur saltem ex uiolenta praesumptione: ut nota. in capi. in literis, & per* Abba. *in cap. quanto, infra eodem.* Debent *tamen sacerdotes abstinere à nimia familiaritate etiam consanguinearum propter malitias Satanae, ca. sed si forte. lxxxj. distinctio.*

PRAESVMPTIO XXXV.

1 Maritus praesumitur habitare cum vxore sicut clericus in ecclesia sua residere.
Citatio mariti sufficit vt fiat in domo in qua vxor habitat.
2 Vxor potest in causa matrimoniali facere citari virum suum vagabundum, ad domum suam.

Trigesima quinta praesumptio.

TRigesimoquinto, †*praesumitur maritus habitare cũ uxore sua, sicut clericus in ecclesia sua residere. capit. primo, infra, qui matrimo. accusa. pos. & capi. tua. de cleri.*

de cleri.non residen. Et propterea infertur, quòd sufficit citare maritũ in domo in qua habitat uxor: qa præsumi tur etiã ibi habitare. Ita tenet Guido pa.in tractatu suo de præsumptio.& dicit ita tenere docto.in ca. quoniam frequenter.§.si uero, supra ut lite non contesta.

2 ¶ Adde † quod not.Innocen. & sequuntur alij in capitu.fina.de eo qui mitti.in possessio. ubi dicit quòd mulier potest in causa matrimoniali citare maritum uagabundum ad domum suam: ex quo tenetur secum cohabitare. Et si est absens, præsumitur dolo abesse: de quo etiam per Cardina.in clementi.causam.§.j.de electio. Et facit quod notat Bald.in l.ab eo.C. quomodo & quando iudex.ubi dicit, quòd uxor debet citari ad domum mariti, quia ibi est suum domicilium: & tenetur cum eo habitare. Faciunt notata in l.exigere, de iudi.& in l.cum quædam puella.ff.de iurisdi.om.iudicum.

PRAESVMPTIO XXXVI.

1 Filios habens præsumitur ciuitatem diligere: et præfertur decurionibus non habentibus filios. & quare.

2 Pater qui duodecim liberos habuit, & consequutus est immunitatem: an si deinde aliquis moriatur, duret priuilegium. latissime.

3 Filij iam defuncti non prosunt ad excusationem patris.

4 Sententia nil noui inducit, sed quod inductum est declarat.

Trigesimasexta præsumptio.

TRigesimosexto, † habens filios præsumitmr magis diligere ciuitatem. & propterea debet præferri decurio

curionibus non habentibus filios.l.in albo.C.de decurio. libro decimo.

¶ ADDITIO. ¶ *Ideo egregie inquit* Augu*st. xix. de ciuitate* Dei. *Pertinet ad uirtutis officium,& uiuere patriæ,& propter patriam liberos procreare. & refert Lucas de penna in l.nepotes.in fine.* C. *qui nu. libero. libro decimo.* Ioan.Nicol.

¶ *Et dicit* Iaco.Rebu*ff.in dicta l.in albo,quòd istud est, quia habens filios, præsumitur remansurus in patria.argumen.l.ad subeunda,eod. titu.& l.sciendum.ff. qui satisda.cogan.* Tu *dic,quòd ratio est, quia semper lex magis fauet habenti filios,quàm non habenti: quia interest reipub.plures homines nasci.l.j.ff.soluto matrimo.* Et *facit lex prima.*C.*de infir.pœn.celi.*Et *quia ampliari imperium hominum adiectione cupimus, magis quàm pecuniarum.l.fina.§. penul.ff.de bon. damna.& l.ij. in fine,* C.*de indic.uidui.tol.*Et *ista ratio facit ad quæstionem de*
2 †*patre habente immunitatem propter xij.filios, nunquid si semel habuerit,& consequutus fuerit immunitatem,si deinde aliquis moriatur,durat priuilegium?*Et *uideretur quòd sic: quia istud priuilegium fuit semel quæsitum patri: quia fuit utilis reipubli. propter susceptionem tot filiorum:ergo priuilegium debet durare.cap.decet indultum.ubi* Ioan.Andre.*in mercuria.de regu. iur. in sexto.* Et Albe.*in l.decet.ff.de regu.iuris.* Et *idem tenuit* Martin.Lauden. *in tracta. de principibus. conclu. centesimasexagesimanona.*

¶ ADDITIO. ¶ *Imo est in tractat.de fisco conclusio.cxcviij.habens priuilegium &c.* Ioan.Nico.

¶ Ioan.

¶*Ioan.de ana.consil.ultimo,& late per Iaso.in l.sciendum.§.fina.ff.qui satisda.cogan.ubi allegat multas rationes,de quibus per eum.*

¶*Contrarium tenet* Alexan.*in l.si cum dotem.§. si maritus.ff.solu.matrimo.mouetur,quia cessante causa excusationis habente tractum successiuum, cessat etiam effectus.l.si tutor reipubli.in princi.ff.de tutel. & rationi. distrahen.l.cura §.deficientium.ff. de muneri.& honor. per* Pet. Cyn.& Bal.*in l.generaliter.C.de episco.& cle.*

¶*Tu potes respondere,quòd imò causa non habet tractum successiuum: quia non simpliciter uidetur concessum istud priuilegium contemplatione filiorum ut eos alat, sed etiam in fauorem patris,qui fuit adeò utilis reipub.* Et *ita defenditur communis opinio.*

¶ADDITIO. ¶*Et hanc sententiam* Ioan.And.*tanquam ueriorem,communem & melioribus fundamentis ac urgentioribus iuribus comprobatam,tenet* Alberi. *in l.ij.§.j.ff.de excus.tuto.qui dicit ita de facto obtinuisse. &* Fulgo.*consilio.lij. quiadm* Antonius. *colum. ij. & expresse consuluit* Imol.*in consilio.lxxvij.uisis ac ponderatis.in tertio dubio.sentit* Paul.*in dicto.§.si maritus.expresse* Decius *in regul.in omnibus causis id obseruatur. colum.fina.ff.de regul.iuris.& in auten.præterea. ad fi.* C.*unde uir & uxor.& in l.fina.ad finem principij.ff.si certum peta. & consilio xxiiij.mulier cui propter inopiam. uersicu. quinto accedat.colum.ij.& in capi.cum cessante.colum.j.de appellatio.*Hippol.*de* Marsilijs *in l. etiam.ff.de quæstio.& sic uides istam esse communem à qua propter fantasiam Alexan.non est recedendum in*

iudicando & consulendo secundùm domi. Bartho. Socy. in dicta lege sciendum. §. fina. Et *pro hac sententia faciūt no. per* Cy. Bal. Albe. Corne. Alex. Ias. Deci. & *alios in. l. si quis hæredem.* C. *de insti. & substitu. ubi sufficit conditionem semel extitisse & uerificatam esse: licet non durauerit: & ibi doctores adducunt uaria dicta, & plures quæstiones decidunt ex quibus posset huiusmodi communis opinio roborari, ad quos tamen te remitto, maxime ad* Ias. & Decium, *ne chartas occupem.* Ioan. Nicolaus.

¶ *Tamen in puncto iuris, mihi uidetur uerior opinio* Alexan. *pro qua parte moueor. Primo, quia uidetur quòd imò talis immunitas concedatur filiorum fauore tantum. Istud probatur per legem semper. §. j. ff. de iure immuni. ibi. non est irrationabile, ut cōcedamus filiorum educationi &c.* Item *probatur per legem fina.* C. *qui munere libero. se excusant, lib. x. ubi in personalibus muneribus excusatur pater: ex quo filij ea tenentur subire. facit lex. iij. §. quamuis. ff. de mune. & hono. & quod notat de platea in. l. iij.* C. *de his qui munere liber. se excusant.*

3 ¶ *Secundo moueor,* † *quia lex generaliter, dicit filios defunctos non prodesse patri ad excusationem. l. fina. ff. de uaca. mune. imò nec captos ab hostibus. l. filium.* C. *de his qui mune. libero.* Et *propterea, qui uult se excusare, debet probare se eo tempore habere debitum numerum filiorum. l. ij. §. qui ad munera. ff. de uaca. mune.* Nec *sufficeret, si iam habuisset.*

¶ Nec *obstat si dicatur quòd dicta iura loquuntur de eo qui se excusat de nouo à munere, non de eo qui iam est excusatus per sententiam, quia cùm istud sit priuilegium indultum*

indultum à iure,acquiritur ipſo iure.l.certi condictio.§. ſi numos.ff.ſi certum petatur.Bald.in lege prima. in pe=
4 nultima colum.C.per quas perſonas nob.acquir.† & ſententia nihil noui inducit,ſed quòd inductum eſt, declarat.lege pomponius. §.ſi iuſſu.ff.de acquiren. poſſeßio.l. ſicuti.§.ſi quæratur.ff.ſi ſeruit.uendi. Et licet lex uelit quòd ubi quis eſt nominatus,quòd ſe excuſet.l.ſcire oportet.§.ſcire.ff.de excuſa.tuto.Iſtud eſt, quia aliàs cenſeretur renunciare priuilegio,ſed per hoc,non ſequitur quin habeat beneficium ipſo iure à lege.

¶Tertio moueor,quia lex requirit,quòd antequam quis ſit immunis,habeat tot filios,unde, ubi aliquis mortuus eſt,ceſſant uerba legis,quia amplius non dicitur habere, ſed habuiſſe.l.ſi ſtipulatus fuerim.§. cùm ſtipulamur.ff. de uerborum obligationibus. Et paria ſunt, non fuiſſe natum,uel eſſe mortuum. §.dubitatum,in autenti. de inceſtis nuptijs.ergo filio mortuo lex amplius non loquitur,& conſequenter nec diſpoſitio.lege ſi alij.ff. de uſufruc.lega.

¶Nec obſtat ratio Iaſo.in dicta lege ſciendum.§. finali. dum dicit,quòd quamuis filius ſit mortuus, tamen remanent alij fratres.& conſequenter ſuccedit regula, quòd quamuis ceſſet cauſa finalis priuilegij, tamen ſi manent aliquæ reliquiæ,non ideo ceſſat priuilegium, lege finali.ff.de Decurionibus. lege quarta.ff. rerum amotarum. Et quòd no.Baldus in lege ſecunda.C.ſi aduer. delictum. Sed iſta ratio quæ fuit etiam Angeli in lege muneribus.C. de his quibus ut indignis. Et Ioannis de anania

in dicto consilio ulti.est satis à remotis: quia iura præallega.loquuntur in materia diuersa,ex qua nihil infertur ad casum nostrum.l.papinia.exuli.ff. de mino. Et ibi non cessabat in totum ratio finalis,prout facit in casu nostro,quia lex requirit præcise certum numerum,non pauciorem. Et decisio Baldi in dicta lege secunda, est satis dubia.Et contrarium tenuerunt alij relati per Cor.in dicta.l.minoribus.Et etiam satis colligitur ex responsione Alexan.in dicto.§.si maritus.Et ultra eum potes dicere, quòd ibi mulier excusabatur quò ad petitionem illius tutelæ tantum,non quò ad similes casus qui superuenissent de nouo,sicut etiam in lege secũda.§.non solum.ff.de excusatio.tuto.

XXXVII. PRAESVMPTIO.

1 Patriam suã ex qua est oriundus quilibet præsumitur diligere.
2 Rustico erranti in iure quasi naturali licet non succurratur, erranti tamen in iure patriæ suæ succurritur.
3 Originarij præferuntur cæteris incolis in electione decurionum.
4 Originarius præfertur extraneis in his quæ respiciunt curam ciuitatis.in alijs vero quæ respiciunt iurisdictionem,vt plurimum statuta præferunt extraneos originarijs.
5 Domicilium si quis in pluribus locis habeat, attenditur domiciliũ propriæ patriæ,vtpote principalius.
6 Nascitur quilibet patriæ suæ in specie:sed prouinciæ in genere.hodie autem inter christianos, qui libet

libet christianus nascitur christianitati vniuersæ.

TRigesimoseptimo.† Quilibet præsumitur diligere patriam suam ex qua est oriundus.l.ueluti, ubi notatur.ff.de iusti.& iure.imò quis naturaliter ad hoc tenetur, sicut etiam tenetur parere eius rectoribus, unde dicit Bar.in.l.Iulianus uerum debitorem, in octaua columna.ff.de condictio.indebi.quòd licet ex sententia non oriatur obligatio naturalis proueniens ex consensu, oritur tamen naturalis proueniens ex æquitate, dicta lege ueluti. quia tenetur quis parere patriæ, & eius Magistratibus. Trigesimaseptima præsumptio.

2 Est uerum† quòd licet regulariter rustico erranti in quasi iure naturali non succurratur.lege secunda.C.de in ius uocan.tamen succurritur erranti in isto iure.l.j.§.fina.ff.de edendo.l.ij.ff.si quis in ius uoca.non ierit. Et facit quod not.Alexand.in lege si quis id quod.ff. de iurisdictione omnium iudicum. Ex supradicta præsumptione

3 infertur,† quòd in electione Decurionum semper debent præferri originarij cæteris incolis, ut dicit Lucas de pēna in.l.quisquis, de omni agro deser.lib.xj.C. ubi ampliat etiam si incola seu ciuis nouus esset magis idoneus originario.alleg.nota.in capitu.licet.viij.quæstio.penul. Et ista est ratio statutorum disponētium quòd nemo nisi

4 originarius admittatur ad tale officiū. Et† istud optimè procedit in his quæ spectant ad curam ciuitatis, quam præsumuntur originarij ualde procurare: aliàs essent impij.lege prima.C.si curial.relic.ciui. lib.x. Facit lex qui habebat, de lega.tertio.in alijs uero quæ respiciunt iurisdictionem, ut plurimum statuta requirunt extraneos pro

pter ſuſpitionem nè quid gratioſe agant. Et quia nemo acceptus in patria, ut eſt gl.in.l.hi qui in prouincia.ff.ex quibus cau.Et quod notatur in lege in eadem.ff. de offi. aſſeſſo.per Alberi.de roſa.in.l.iij.per illum tex.C.de offi.
5 prætor.Et ex hac præſumptione†uidi in practica in ferri in habente domicilium in uarijs locis, quòd debeat attendi forum patriæ in qua habebat domicilium tanquam principalius.quod nota.ad legem exigere.ff. de iudic.Et quod not.Andre.ſic.in conſilio ultimo. in quarto uolumine conſiliorum domini Alexand.in tertia columna.Et ad ſupradicta adde Bal.in auten.ſed omnino. in pe
6 nult.col.C.nè uxor pro marito.ubi dicit,†quòd quilibet naſcitur patriæ ſuæ in ſpecie: ſed prouinciæ naſcitur in genere, unde dummodo non uadat habitatum extra prouinciam, dicitur retinere domicilium patriæ.quod poteſt eſſe uerum de iure Romanorum: ſed de iure Chriſti, quilibet Chriſtianus naſcitur uniuerſæ chriſtianitati, ut habetur in actibus apoſtolorum, quia omnes in Chriſto ſunt fratres.xj.q.iij.capi.ad menſam.

XXXVIII. PRAESVMPTIO.

1 Senſus et ratio naturalis præſumitur in quolibet homine.
Furioſum quem eſſe qualiter probetur.
2 Furioſus an dicatur qui non vult obtemperare medico.

Trigeſimaoctaua præſumptio.

TRigeſimooctauo.†Senſus & ratio naturalis præſumuntur in quolibet homine, niſi probetur contrarium

rium.l.non codicillum.C.de testamen.l.ij.C.qui testamen. facere poßint.probatur autem quis furiosus per signa ex trinseca,puta quia loquitur uerba more furiosorum. Et *fatuus dicitur,qui fatua dicit.xcv.distinct.capit.legimus. Et est text.notabi.in lege quidam.ff.de conditio.institu.*

¶ADDITIO. ¶ *Adde bonum textum in.l.ijs qui §.primo.& ibi notat* Barto*.cum concor.& remißio.in additionibus* Alexan.& Andreæ *de poma.ff.de tuto. & cura.dat.ab ijs.* Ioan.Nicolaus.

¶*Et plura signa refert* Iason *in.l.furiosum.*C. *qui testa. facere poßint.& glo.in capitulo primo.lxxxiij. distinc.*
2 *in uerbo inferas.qui dicit† quod præsumitur furiosus,qui non uult obtemperare medico.* Quod *dictum si esset ita simpliciter uerum:destruerentur multa testamenta,unde ego crederem non esse satis,si istud probaretur, nisi testes subderent,quod istud faciebat propter furorem, uel more furiosorum,ut probatur ex nota. per* Alexand. *in.l.si cum dotem.§.si maritus,in penul.col.ff.soluto matrimo.*De *quo etiam per modernio.in.d.l.furiosum.*

XXXIX. PRAESVMPTIO.

1 Religiosus versus deum quilibet præsumitur.
2 Testes in crimine hæresis admittuntur qui etiã alias non admitterentur:& quare.
3 Delictum quod clã solet fieri licet admittat probationes leuiores,si tamen sumus in casu in quo lex requirit testes omni exceptione maiores,tunc testes inhabiles producere non sat erit. & de veritate numero.5.
4 Stuprum non probatur per domesticos.

Trigesimano na præsump.

TRigesimonono.†Præsumitur quilibet uersus Deum esse religiosus.l.fina.C.ad legem iuliam repetunda. Ange.in.l.sciendum,in antepenul.col.ff.de uerb. obliga.
2 licet sit ista præsumptio. In†crimine tamen hæresis admittuntur testes,qui etiã aliàs non admitterentnr.cap. in fidei,infra de hæreti.in.vj. Quod uidetur esse contra gl.in.d.l.fina.ff.quod met.cau.qui uult, quòd ubi aliquis habet præsumptionem contra se, requirantur potiores probationes.Potes dicere,quòd istud sit speciale in fauorẽ fidei,propter atrocitatem criminis.Et quia talia crimina solent fieri clam,nec diuulgari:unde meritò admittũtur
3 etiam complices & excõmunicati. Et†ex hoc infertur ad practicam,quòd licet in his quæ solent clam fieri, sufficiunt leuiores probationes,ut per Barto.in.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de noui oper.nũcia.Et probatur in.l.non omne. §.à Barbaris.ff. de re milita.& in capi.ueniens.ij.capi.licet ex quadam.capitu.præterea,supra de testi.

¶ ADDITIO.¶Cum uarijs concor.traditis per D. Alexan.consi.cxv. uiso themate.col.iij.lib.iiij. & consi. lxiiij.uiso.lib.j.ubi traditur regula quòd in actibus clandestinis qui ut cõmuniter clam fieri solent,& ob id sunt difficilis probationis,sufficit probatio per coniecturas. idem tradit consi.xxiiij. animaduersis.colũ.ij. ubi etiam uaria loca & doctorum autoritates citat lib.ij. Et latius consi.lxix.uisa facti.eo.lib.& consi.ccxij.uisis & discussis.in fi.eo.uolumi.& consi.cxlvj.uiso.lib.vj.& consil. clxxxix.in causa.eo.uolumi.Corne.consi.cxiij. circa primum.col.ij.uersi.sic etiam patet.lib.primo. & no. Ioan. de Imol.

de Imol.consi.cxlvij.in causa.colum.iij.& .iiij.& Deci. *consi.cccccbxxvij.uiso copioso.col.ij.ubi allegat concor.* Hippol.*in lege fi.C.de sicarijs.cum infinitis concordantibus traditis per* Hippol.*in rub.de proba.nu.315.& .316. uersi.rursus dico quòd prædictæ glo.&c. ad quem sufficiat remißio ne chartas tantis allegationibus per ipsum relatis occupem.* Ioan.*Nicolaus.*

¶*Si tamen sumus in casu in quo lex requirat testes maiores omni exceptione tunc non erit satis, si producantur testes inhabiles,eo prætextu quòd delictum sit clam factum.nam in causa criminali, lex requirit testes omni exceptione maiores.l.fi.C.de probatio.Vnde in causa hæresis etiam clandestinæ,non admitterentur inhabiles,puta participes uel excommunicati: nisi esset fauor fidei, ut ibi dicitur.* Et *sic ille textus probat per locum à speciali.*

4 ¶*Comprobatur † ista opinio per text. in capitu.in literis,supra de testi.ubi licet stuprum soleat fieri clam, & ideo difficulter probetur,capitu.literis.infra eo.& .l. capite quinto.ff.ad legem iuliam de adulte.non tamen admittuntur ibi domestici.*

5 ¶In † *contrarium facit,quod consuluit* Alexand. *in consi.clvj.in.v.&* Decius *consi.clxiij.in.vj.col.quòd licet in matrimonio requirantur testes omni exceptione maiores,capitulo primo, infra de consangui.& affi. tamen non procedit in matrimonio clandestino.*

¶*Pro qua opinio.facit text.in capit.fina. supra de testi. cogend.ubi in causa conspirationis admittuntur ad probationem etiam inhabiles,quia aliter probari non potest:*

sed ego puto priorem opinionem esse ueram.

¶ *Nec ob. quia cōtraria posset procedere quò ad faciēdū iudiciū, non quò ad probationem: prout est gl. communiter approbata in l. fi. C. de accusatio. Abb. Imo. & doct. in capi. primo, de confeßis. Corne. consi. lviij. in ulti. col. in primo. Cogita tamen: quia frequenter contingit in practica dubitari.*

PRAESVMPTIO. XL.

1 Vidua vltra vndecim mēses, præsumitur ex alio quàm ex marito peperisse.

2 Doctorum plures opiniones si teneant contra testamentum, vel alium casum fauorabilem, & opinio vnius doctoris tantum sit pro testamento, vel alio casu fauorabili, quæ opinio præualeat.

Quadragesima præsumptio.

QVadragesimo. † *Præsumitur uidua ultra undecim menses ex alio quàm ex marito peperisse. §. mulier, in auten. de restitu. & ea quæ par. Aduertendum tamen est, quia Adrianus Imperator constituit, quòd imò fœmina possit etiam per undecim menses gerere uterum: ut dicit Aulus Gellius libro iij. capitu. xvj. noctium atticarum. Et eandem opinionem etiam sequutus fuit Aristoteles, prout eū refert Censorinus in lib. de die Natali. De quo etiam per Plutar. libro quinto, de placitis Philosophorum: Et tamen Iustinianus sequutus communem opinionem in casu de facto pronunciauit contrarium. ut habetur in dicto §. mulier. Et ex hoc confunditur una decisio Andreæ Sicul. in consilio sexto, incipiente, scri*

te, scriptum est, in primo uolumine, ubi dicit, quòd
1 † si sunt plures opiniones doctorum qui teneant contra testamentum, & nisi una alicuius doctoris pro testamento teneat, illa debet attendi in iudicando fauore testamentorum. l. si pars. ff. de inofficio. testamen. Et idem in alijs casibus fauorabilibus, puta matrimonio, libertate, dote: prout habetur in capi. fin. infra de re iudica. Nam in casu suprascripto militabat fauor legitimationnis & bonae famae: & aderat autoritas supremi philosophi, & etiam Adriani. Et tamen Iustinianus sequutus est etiam communem opinionem medicorum, & pronunciauit contrarium. Illam decisionem etiam reprobat alijs medijs Decius in capi. canonum statuta, supra de constitutionibus.

PRAESVMPTIO XLI.

1 Habilis ad generandum quilibet praesumitur: nisi probetur inhabilis.
2 Vxorem cognouisse praesumitur qui diu cum ea cohabitauit.

Quadragesima prima praesumptio.

Qvadragesimoprimo, † Praesumitur quilibet habilis ad generandum, nisi probetur inhabilis. c. quia, quinquagesima dist. in. Innocen. & alij in capi. 1. infra de frigid. & maleficia. Et quòd not. Barto. in l. filium. ff. de his qui sunt sui &c. Ex quo infertur alia praesum-
2 ptio, † quòd praesumitur quis cognouisse uxorem suam cum qua diu cohabitauit. in dicto capitu. primo. & xxvj.

& xxvj.quæstio.j.c.nec aliqua. Et facit quod notat Bal. in cap.at si clerici.§.j.de iudi.

PRAESVMPTIO XLII.

1 Ignorantia præsumitur in minore, ideo præsumitur de facili decipi.intellige nu.7.
Mulier præsumitur de facili decipi, maxime propter viri seductiones.
2 Minor & mulier præsumuntur ignorare beneficia sua,ideo debent certiorari de eis,alioqui non valet renunciatio.latissi.
3 Minoris ignorantia est tolerabilior quam mulieris & facilius restituitur in integrum,quam mulier velleiano iuuetur.
4 Minor contrahens mutuum cũ fœneratore præsumitur læsus,nisi probetur locupletior.
5 Minor qui non appellauit a sentẽtia, eoipso præsumitur læsus:& potest restitui
Declara vt ibi & restringe.
6 Minor præsumitur læsus ex eo quod compromisit.
7 Minores præsumuntur de facili dicere mẽdacia.
8 Minori vt competat restitutio in integrum, tria requiruntur.
9 Minori cum quo nihil est gestum, & tamen est læsus,licet non competat restitutio ex titulo de minoribus,cõpetit tamen ex clausula generali, si qua mihi causa iusta &c.
10 Minor an ex sola confessione præsumatur læsus. & quid in criminalibus maxime.late.

Quadragesimasecunda præsumptio.

QVadragesimosecundo.† *In minore præsumitur ignorantia.l.si quis patrem,uersicu. proinde, ad macedonia.*

macedonia.ff.Et propterea talis præsumitur de facili circumscribi.l.prima.ff.de minori.Et idem etiam in muliere quæ de facili præsumitur decipi.§.his consequens, in auten.de æqualita.dot. Et præsertim propter uiri seductiones.§.j.in auten.ut immob.ante nuptialis dona. Et facit quod nota.in cap.j.&ij.infra de adulte.

2 ¶ADDITIO. ¶Adde quòd † minor & mulier præsumũtur ignorare ius suũ seu iura eis cõpetentia.l.ij.in fi.ff.de iure fisci.l.j.ad fi.ff.de eden.l. cum de indebito.§.si autem is.ff.de probatio.gl.in.§.notandum.j.q.iiij.facit not.glo.in.§.primo,in uerbo,sciens.in auten. de incestis nuptijs.ubi etiam not.Ange.& Alexan.consilio cxxvj.uiso processu,colum.ultima.in septimo uolumine. Ideo minor ac mulier contrahentes & renunciantes omnibus beneficijs eis competentibus,debent expresse certiorari quæ sint illa beneficia,puta quid uelleianum,quid beneficium restitutionis in integrum, condictionis indebiti,uel sine causa,& similium,alioqui cum ipsi præsumantur ignorare(ut dixi)quæ sint illa iura,non ualet renunciatio,nisi certiorentur secundum communiter docto..in l.sciendum,maxime Roma.Alex.& Ias.ff.de uerbo.obligatio.gloß.in l.finali.§.fina.ff.ad uelleia. & in l. fina.C.illo titulo.Din.Barto.Roma.Alexan.& Ias.in l. in repudianda.per illum text.ff. de acquiren.hæreditate. Cy.Bald.& Salice.in l.secunda.C.de rescinden.uenditio. Socin.post Bald.in l.prima,in fine.ff.si quis in ius uoca.non ierit.Bald.in capi.cum in iure.colum. ultima, de officio delega.dicens quòd minores & mulieres debent de eorum iuribus certificari: alioqui præsumuntur specialia

cialia iura ignorare. & pro hoc dicit solennem glos. in dicta l. sciendum.

¶ Adde Panormi. in cap. si diligenti. colum. iiij. de foro competen. ubi etiam Felin. abunde colum. iiij. nume. 14. uersicu. nunquam tamen. & Paul. de cast. notabiliter consilio ccccxj. uiso facto & dubijs mihi traditis. in primo uolumine nouissimorum, Deci. post Bald. in l. penul. colum. vj. uersicu. postremo nota. C. de pactis. & Signorol. de homodeis consil. ccl. super dubijs, colum. sexta. Praeterea cum tractatur. ubi fortius dicit non ualere renunciationem seu contractum, nisi de eorum beneficio certificati sint, etiam si iuramentum in contractu interuenerit, & idem etiam consuluit Raphael Fulgo. consi. ccxxxvij. finus guidonis, & Alexand. consilio lxxxix. uiso puncto, colum. iiij. uersicu. nec huic responsioni obstat iuramentum, libro secundo, & consilio xxvij. uiso libello, libro primo, ubi dicit minorem & mulierem certiorari debere de eorum beneficijs, quia ignorare ea praesumuntur. dicit tamen quòd si interuenisset in renunciatione iuramentum, tunc non requireretur certioratio, (de cuius dicti ueritate, docto. ample in dicta l. sciendum.) & idem Alexan. in consilio xlij. super praemisso, colum. prima & secunda, in primo uolumine, ubi etiam dicit requiri certiorationem, nisi iuramentum interuenisset. Bologni. tamen consilio xlv. colum. secunda, notabiliter uoluit etiam si iuramentum interuenerit, requiri certiorationem beneficiorum & iurium competentium, alioqui renunciantibus non oberit renunciatio, & sic amplectitur sententiam Signorol. & sequacium. & sequitur etiam Hippo.

po.de Marsi.in repe.rub.de fideiusso.nu.37.38.latissime.
3 ¶Aduerte† tamen, nam licet in ignorantiæ præsumptione, minorem & mulierem, æquauerimus, tolerabilior tamen & uerosimilior est ignorantia in minore quã in muliere.l.regula.post princip.ff.de iuris & facti igno ran.quam ad hoc notat Ias.in l.sciendum.colum.xj.uersi. ij.pro ista parte &c. Sed da meliorem in l. quamuis in lucro.C.de iur. & facti igno. ubi inquit Imperator, quamuis in lucro nè fœminis ius ignorantibus subueniri soleat, attamen contra ætatem adhuc imperfectam, locum hoc non habere retro principum statuta declarant. Et ideo plus fauoris habet minor in restitutione in integrum ob ætatem, quam mulier ob sexum in beneficio uelleiani.l.ulti.ubi expresse Salice.ff.ad uelleia.dum dicit text.nec enim loco minoris xxv.annis circumscripti per omnia habenda est mulier.& tex.in l. si apud minorem, ff.de minoribus. Facit quod not.Baldus in capitu.cum contingat.uersicu.quæro quando mulier, de iureiuran. cum similibus. Ioan.Nico.
4 ¶Et inde infertur, quòd† minor contrahens mutuum cum fœneratore, præsumitur læsus, nisi probetur factus locupletior.l.prima.C.si aduersus credito.Et propterea, etiam uenditio quæ pupillum lædit, præsumitur commen
5 to mẽdacio facta.C.si aduer. uenditio.l.fi. Et ideo† minor qui non appellauit à sententia contra se lata, eoipso præsumitur læsus, & competit sibi restitutio in integrum secundum Bartolum in l.finali.C.de in integrum restitutio.mino. Quod puto uerum, si ea quæ pro causa sunt non dicta allegct.iuxta text.in l.minor autem magistratus,

stratus.§.si autem.ff. de mino. aliâs esset secus: ut per Barto.& Alexand.in l.nam & postea.§.si minor. ff. de iureiur. Et ita *possunt concordari opiniones.* De quo *tamen latè ibi per Alexand.*

6 ¶ADDITIO. ¶ *Adde quòd†minor censetur ac præsumitur læsus ex eo quòd cõpromisit in arbitrũ,etiã aliter nõ cõstito de læsiõe.l.si minor xxv.an.filiofa.§. minores. ff.de mino.ratio ibi aßignatur per gl. & doc,quia per tale compromissum tollitur minori beneficium appellandi.l.j.§.de arbit.C.& uide Corne.*Peruſ.*consi.clxxviij. uisa copia.col.ij.in.iij.uolu.* Ioan.Nicol.

7 ¶Et†*minores etiam præsumuntur de facili dicere mendacia.l.ex libero.§.primo.ff.de quæstio.*

8 ¶*Supradicta†tamen sanè debent intelligi:quia procedũt ex rationibus particularibus.*Nam *regulariter, ex simplici contractu, minor non præsumitur læsus, nisi probetur.*

¶ADDITIO. ¶ *Vt notabiliter per Corne. consil. clxxxj.uisis nonnullis.colum.xxv.uersi.non enim eoipso quòd est minor &c.& consilio lvij. in causa. colum.iij. libro iij.* Ioan.Nico.

¶*Et propterea,ad hoc ut sibi competat restitutio in integrum,requiruntur tria.* Primo,*quòd probet se minorem.* Secundo *quòd probet læsionem.* Tertio,*quòd probet se dolo aduersarij,uel nimia sui facilitate læsum.l. uerum.§.sciendum.ff.de mino.& dicta l.fina.C.de in integrum restitu.mino.& ita notat* Iason *post alios in dicto §.si minor.*

¶ADDITIO. ¶*Et uide Soci.consi.lvij. in causa restitu*

restitutionis.lib.iiij.& Corneum consi.cxxxv.de pluribus col.ij.lib.ij.ubi notabiliter tradit minorem non restituendum,nisi aut sui facilitate,aut dolo aduersarij se læsum ostendat,alioqui si iure communi usus, & non dolo aduersarij se deceptum reperiat,non restituetur. ut latissime per eum.habes ergo tria requisita ad hoc ut minor restituatur. Quartum addebat Anto.de but.in c. constitutus.de in integ.restitu.uidelicet quod minor probet se esse intra tempora in integrum restitutionis petendæ. sciliter intra quadriennium.de quo in l.fi.C. de temporibus in integ.restit.peten.Sed istud reprobatur cõmuniter à docto.in d.l.nam & postea §.si minor : ut ibi per Ias.nemo enim tenetur allegare illud quod timet ab aduersario opponi.secundùm eos.Adde ultra eos Corne. in d.consil.cxxxv.qui dicit qđ onus probandi quod petens restitutionem in integrum sit intra tempora petendi incumbit reo contra quẽ petitur restitutio,neganti petentem esse intra tẽpora petendi ita quod sit sibi præclusa uia ad petendum:quia petens restitutionem habet intentionem suam fundatam ex quo probauit læsionem,& minorem ætatem tempore læsionis,unde aduersarius qui excipit de lapsu tẽporis debet illud probare.l.in exceptionibus.ff.de excep. Ioan.Nicol.

¶Circa tamen istud tertium requisitum aduerte,quia si esset læsus ex uerisimili ignorantia, licet non dolo aduersarij , uel sui facilitate ,competeret adhuc restitutio in integrum , saltem ex clausula generali . Si qua mihi iusta causa uidebitur : ut consuluit Corneus consilio clxxxiiij.super hac noua. in tertio.ubi allegat multas

concordantes. Pro quo facit, quod notat Barto. in l. æmilius. ff. de mino. ubi† minori cum quo nihil est gestum, & tamen est læsus, licet non competat restitutio ex edicto de minoribus, tamen succurritur ex clausula generali. De quo per Alexand. consilio. clxiij. in prima columna. in secundo. Areti. consi. clx. ubi latè. Et ad supradicta facit quod notant Innocen. & Docto. in capitu. ad nostram infra de regula. ubi proximus pubertati, non præsumitur illectus ad intrandum religionem, sed potius sponte uenisse. Et an† ex sola confeßione præsumatur minor, læsio. dic ut per Alex. in dicto §. si minor. ubi ponit etiam alias quæstiones.

¶ADDITIO. ¶Vide etiam latißi. Alexan. in l. certum. §. in pupillo. in additioni. ad Barto. ff. de confeßis. & abunde per Hippol. de marsil. in l. prima. in princi. numero. 11. & §. fina. in fi. ff. de quæstio & in l. de minore. numero. 33. uersiculo quæro ulterius. minor. xxv. annis &c. eodem titulo. qui infinitas remißiones tradit, ex quibus locis colligere poteris an & quando minor utpote læsus ex confeßione ueniat restituẽdus, uel non: maxime in criminalibus. Vnũ tamẽ nolo omittere quod perpetua mente tenendum est, quòd minor quandoq; aduersus confeßionem restituitur, etiam aliter nõ probata læsione, quasi ex sola confeßione satis probata sit læsio. uidelicet, si minor cõfiteatur se fecisse delictum de quo aliter non constabat nisi per confeßionem suam, tunc tanquam læsus restituetur in integrum, etiam non probata læsione, quia satis læsus præsumitur ex ipsa confeßione. istud est dictum Angeli in dicta lege certum. §. in pupillo. ff. de confeßis

fessis. refert & pro singulari reputat & sequitur Hippolytus de Marsilijs notabili quadringentesimoquadragesimoquinto. minor. & illud dictum Angeli referunt & sequuntur Domi. Alexan. & Iason in dicto. §. si minor. licet de eis non faciat mentionem do. Hippolytus in dicto singulari quadringentesimoquadragesimoquinto. Ioan. Nicolaus.

XLIII. PRAESVMPTIO.

1 Senex citius præsumitur mori quã iuuenis alioqui turbatur ordo naturæ.

2 Vsufructu legato iuueni & seni, debet fieri computatio de toto, secundum ætatem illius iuuenis.

Quadragesimotertio. † præsumitur citius mori senex, quàm iuuenis, unde aliter dicitur turbari ordo naturæ. l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testamen. & l. is qui ex causa, in fine. ff. de fideicommis. liberta. Et est tex. in. l. hæreditatum. ff. ad legem falcidiam. Et per *xliij. præsumptio.*
2 *dictam legem uidi dubitari. † Legatus erat usufructus duobus, quorum alter erat senex, alter uero erat iuuenis: fuit dictum, quòd deberet fieri computatio de toto, secundùm ætatem illius iuuenis: ex quo præsumebatur, quòd senex citius moreretur: quo casu, usufructus iure accrescendi pertinebat ad illum minorem. l. prima. §. interdum. ff. de usufructu accrescendo. quod nota. Et ad supradicta facit lex. ij. ff. de termino amoto. ubi in breuius tempus debet relegari senior delinquens, quàm iuuenis.*

 Et facit

Et facit etiam glo.ubi Anchara.& alij in capi.primo infra de paroch.

XLIIII. PRAESVMPTIO.

1 Viuere centum annis an præsumatur quilibet latissi.disputatur.

2 Argumentum a communiter accidentibus est validum.& transfert onus probandi in aduersariū.

3 Acta principaliter deducta in aliquo casu, efficacius probant, quam ea quæ incidenter.

xliiij. præsumptio.

Qvadragesimoquarto.†Præsumitur quilibet uiuere Centū Annos.l.fina.C.de sacrosan.eccle.l. an usufructus.ff.de usufruc.Glo.Barto.& docto.in.l.ij.§. si dubitetur.ff.quemadmo.testa.aperian.

¶*In contrarium est tex.in.l.Spadonem.§.qui absolutus ff.de excusatio.tutor.per quem tex.dicit Barto.in.l.ij.in ultima columna.ff.iudica.solui.quòd si quis olim probauit se habere filios,non præsumitur post aliquod tempus eos uiuere:nisi probetur. Et idem etiam tenuit in.l.qui duos.§.cùm in bello.ff.de rebus dubijs.*

¶*Item,in contrarium facit:quia arguendo à communiter accidentibus,uidemus totum contrarium,& rarißime illud contingere,†quod argumentum tenet.l.neq; natales,ubi probatur.C.de probatio.*

2

¶ADDITIO.¶*Probabile enim est tale argumentū à communiter accidentibus.c.j.ubi Ioan.de imo. Panor. & alij notant extra de cleri.non residen.text.& ibi notat gl.in.l.ideo.ff.de legibus tex.in.l.quidam.§.nummularios.*

rios.ff.de eden.glo.in.l.cum dotem.C.de iure do.& in.l. prima.C.de arbitr.in glo.magna circa inceium.Bal.in.l. conuenticulam.C.de episco.& cleri.& in.c.fi. de causa possess.& proprie.Alexan.& Ias.in.l.non hoc .C. unde cognati.ubi latißime de hoc argumento,& plures limita tiones tradunt in quibus non procedit tale argumentum. & latißime per Hippo.Marsilium in singu.primo.inci piente argumentum. Vnum uolo,menti teneas quod tale argumentum à cõmuniter accidentibus in hoc est utile,quia transfert onus probandi in aduersarium. secundum gl.in dicta lege neq; natales.quam ad hoc ponderat Ludo.Roma.singula.cccxcvij.incipien.quis debet proba re hanc &c. Ioan.Nicolaus.

¶Et ideo Decius in.l.si emancipati.C.de collatio. dicit, quod licet secundum naturam,poßibile sit aliquem uiuere Centum Annos,non est tamen uerisimile,prout in simi li dicit Bal.in.l.scripturæ.C.de fide instrumen. quia non omnia poßibilia sunt uerisimilia.

¶Item in contrarium urget tex. in.d.l. hæreditatum.ff. ad legem falcidiam.quem allegat ad hoc etiam Iason in.d. l.fina.Rapha.Comen.Roman.& Areti.in.l.sed & si de sua.ff.de acquirenda hæredi.limitant prædictam regulam non procedere,quando mors uel uita alicuius deducerentur incidenter:quia tunc,non habet locum dicta præsum ptio per supradicta iura.

¶Sed istud mihi non placet,quia si ista præsumptio habet locum,ubi principaliter dubitatur,multo fortius, ubi incidenter : quia efficacius probant acta deducta in aliquo casu principaliter, quam ea quæ deducuntur inci-

denter.lege à Diuo pio.§. si super.ff. de re iudicata.per Bartol.in.l.qui Romæ.§.Duo fratres.in octaua opposi. ff.de uerborum obligationi.Domi.Alexand. in dicta lege sed & si de sua,aliter intelligit,uidelicet quòd illa glos. in dicta lege finali.procedat solum quando quis fundatur super morte:quia lapsis Centum Annis, præsumitur aliquis amplius non uiuere.quod dictum in se est uerum: sed generaliter non tollit difficultatem.

¶Tu potes dicere,quòd aut uita est fundamentum intentionis agentis,& illi incumbit onus probandi. dicto.§. qui absolutus:aut non est fundamentum intentionis, & procedit glo.in dicta.l.fina.quæ tamen non inducit præsumptionem ueram iuris, sed potius quandam suspitionem,unde tollitur per contrariam suspitionem,puta oriētem ex dicto unius testis,uel ex fama publica:iuxta notata per Bartolum in dicto.§.si dubitetur,& per Bald. in capitulo primo.§.fina.qui feu.dare possunt.in usib. feudo. Et puto quòd ista fuerit mens Rapha. & moderno. in dicta lege,sed si in sua:nec text. in dicta.l. hæreditatum.inducit præsumptionem generalem secundùm cōputationem ibi positam.sed habet locum solummodo in casu suo,ut dicit ibi Alexander post alios.

XLV. PRAESVMPTIO.

1 Antiquior præsumitur melius scire veritatem. Senioribus deferendum est.

2 Prædicatores debent præcedere fratres minores.

3 Doctorum antiquorum iudicio potius standum

dum est quā iuniorum seu modernorum. ibi de veritate, & intellectu illius dicti quanto iuniores, tanto perspicaciores.

4 Inuentis addere facile est.

5 Doctor antiquior an præferatur iuniori.

6 Argumentum ab ordine literæ est validū in honoribus & dignitatibus.

7 Licentiatus, postea effectus doctor, an præferatur illi, qui medio tempore est effectus doctor. latissime disput.

8 Licētiatus nullam habet dignitatē: sed habetur pro scholari.

9 Doctor si petierat se admitti in collegiū, & aliorum inuidia fuerit retardatus, an debeat præferri illis, qui interim dum ipse pulsat ad ostium, fuerunt admissi.

10 Aedificia antiqua præsumuntur citius corruere.

QVadragesimoquinto.† Antiquior præsumitur melius scire ueritatem. uigesima distinctio. capitu. de quibus, unde his qui sunt canicie graues, est deferendum. §. si uerò aliqui, in autenti. de quæstor. & l. semper. ff. de iure immunita. xlv. præsumptio.

¶ ADDITIO. ¶ *Vnde leuitic. xix. capitu. dicitur Coram cano capite consurge, & honora personam senis. & apostolus Seniorem nè increpaueris. secunda quæstio. vij. Paulus dicit.* ¶ *Adde antiquitati deferēdū in multis. uide licet in instrumentis custodiendis seu deponendis, ut scilicet apud seniorem hæredem reponantur. l. fina. ff. de fide instrumen. In dubijs determinandis, plus enim eis in hoc statur quàm iunioribus. capitu. de quibus. xx. distinctio.*

ubi glo.capitu.domino.ad fi.ubi etiam Archidia.quinqua gesima distinc.In dignatum collatione, eligendi quippe sunt seniores & ætate graues.capi.statuimus.lxj. distinc. In testimonijs ferendis, est si quidem ueracior eorum sermo.c.notificamus.& c.consanguineos.xxxv.q.vj.In eleemosynis largiendis,senioribus enim prius largiēda est.c. consideranda.lxxxvj.distinctio.& c.non satis.In suspitionis remotione.c.fraternitatis.xxxiiij.distin.In excusationis admißione.est enim circa onera sufficiens excusatio, senectutis grauitas & pondus.c.placuit.xviij.distinc.& toto titu.qui ætate se excusant. In pœnæ relaxatione: mitius enim senex punitur, quàm iuuenis,quia in longius tempus relegatur iuuenis quàm senex.l.ij. de termino amoto.& tex.in.c.tanta.lxxxvj.distin.& c.tempora. xxvj.quæstio.vij.quæ iura loquuntur etiam in alijs pœnis. In probitatis præsumptione,præsumitur enim in seniore maior probitas.lix.distinctione.capitu.si officia. Item in præsumptione scientiæ, & morum grauitatis. lxxxiiij.distinctione.capitu.porro.& capitulo.j.xij.q.j. In iustitiæ examinatione & discußione. capitu. si quid uero.lxxxvj.distinctione.In consessibus & sedium locatione,collocandi enim sunt seniores in eminentioribus altioribusq; locis.textus cum glo.ubi etiam scriben. in.§. aliam.institu.de bonorum possessio. Adde quòd senibus eadem penè reuerentia quæ magistratibus debetur. dicta lege semper.& secundo machab.scribitur ingenuæ nobilitatis caniciem.& paulo post subiungitur, non enim ætatem nostram dignum est fingere. possent & alia de laude senectutis hic congeri.de quibus aliqua infra subijciam.

ciam. Ioan.Nicolaus.

¶Et idem est,respectu nedum hominum, sed etiam respectu possessionis,unde dicit Guido papæ q.quingente-
2 simasecunda.†quòd prædicatores debent præcedere fratres minores:quia antiquior est eorum institutio, ut nota.in capitulo quorundam,de electione.in sexto.De quo dic,ut per Felynum in rubri. de maioritate & obe-
3 dientia. Et hoc facit † pro Doctoribus antiquis, quorum iudicio uideretur potius standum. decimasexta quæstione prima,capitulo sic uiue,& ibi nota.& in capitulo ieiunium,sexagesimasexta. distinctione. Et facit quod notat Baldus in lege finali,in penultima columna. C.de edicto diui Adriani tollendo.ubi dicit, quòd doctores antiqui magna ueneratione fuerunt præstantiores modernis,pondere,numero,uel mensura.

¶In contrarium tamen adducitur glossa in lege gallus.in principio.ff.de liberis & posthumis. quòd quantò iuniores,tanto perspicaciores. Et licet Alexander & Imolaistud ibi dicant procedere, quia uident antiquorum
4 scripta,tamen hoc non placet,†quia in eo non consistit magna perspicacia,quia facile est inuentis addere. De quo nota. in lege prima .C. de ueteri iure enucleando. & Aristoteles in Problematibus expresse dicit iuuenem esse perspicacioris ingenij senibus: & ibi aßignat rationem.

¶ADDITIO.¶Comprobatur etiam autoritate eiusdem Aristotelis lib.ij.politicorum, inquientis, Vetusta autem plerunque rudiora sunt nouis. Sed pro senioribus facit, quod scribitur Ecclesiasti.xxv. capitu. quàm

speciosum caniciei iudicium. quàm speciosa ueterantis sapientia, & intellectus & consilium. Corona senum multa sapientia, & gloria illorum timor dei. & illud Ciceronianum lib. de senectute. Non uiribus (inquit) nec uelocitatibus res magnæ gerũtur, sed consilio antiquorum & scientia, quibus non orbari, sed augeri solet senectus. Accedat notabilis tex. in c. j. de renun. ubi inquit text. quod senescente corpore, spiritus ad altiora cõscendit. & quod ibi per illum, notat Bal. Ioan. Nico.

¶ *Et istud præsertim apparuit in Papiniano qui decessit agens annum trigesimumseptimum: & per Soci. in l. cum auus, in prin. ff. de conditio. & demonstra. unde tu dicas præsumi pro senioribus: quia uerisimile est, quòd perspicaciter à se in iuuentute inuenta melius concoxerint.*

¶ ADDITIO. ¶ *Accedat qđ scribitur ecclesiastes, viij. cap.* Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis responsum. Facit et illud, Plus ualet umbra senis quàm eloquentia iuuenis. quod refert Bal. in d. c. j. de ren. Facit etiam illa Ciceronis autoritas supra allegata. Ioan. Nicol.

5 ¶ *Et ex supradictis infertur, † quòd antiquior doctor debet præferri iuniori. prout firmant omnes in c. clerici, supra de iudi. & in l. cùm quid. ff. si cer. peta.*

¶ *Quod limita, primo nisi iunior haberet meliora stipẽdia. l. ij. C. de officio magi. officio. ibi, quem meliora stipen*

6 *dia, uel labor prolixior fecerit anteire, † arguendo ab ordine literæ: quod argumentum in hac materia tenet l. fina.*

l.fina.ff.de albo scriben.notatur in l.ij.§.prius.ff.de uulga.& pupilla.

¶ADDITIO. ¶ Facit bonus textus ubi Bald. & Paul. expresse notant in l.nemo clericus.C.de summa trinita.ubi ex ordine literæ illius tex.arguunt simplicem clericum præferendum militi. Ioan.Nicol.

7 ¶Secundo limita,† quando iunior prius fuisset licentiatus.argu.l.primæ.C.de consuli.lib.xij.per quem text. ita tenet Angel.in.§.quædam.institu.de actio. colum. ix. Et idem tenent Socinus & Decius in l.cùm quid, si certum peta.& latè consuluit Soci.in consi.lxx.in iiij.uolumi.ubi allegat alias rationes, sed non multum stringentes Et dicit ita etiam tenuisse domi. Maria.patrem suum. Idem etiam tenent Decius & Felinus in dicto capitu. clerici. & Felinus in rubrica supra de maiorita. & obedien.in prima colum.Et uidetur uoluisse Alexan. in l.prima.ff.de obseq.liberto.in additio.ad Bart.licet iudicio meo non firmet.

¶Adde quòd in contrarium est decisio antiqui doctoris domini Simonis de Bersano Cardinalis Mediolanen. in procemio Decretalium, quia secundùm eum considerandus est finis perfectionis, non principium. argumento legis si quis à multis. ff. de noxali.& quod notatur in lege si pluribus.ff.de lega.secundo. Contrarium etiam in terminis decidit Iacobus rebuffi, in dicta lege prima, C.de consuli. mouetur per legem ex eo. ff. de testamen. milita. Et quia debet præferri ille qui primo consequitur id quod est nobilius, argumen.l.quoties. C. de rei uendicatio. Et idem tenet Iason in dicta l.cùm quid.Et uidetur

uidetur etiam tenere Felin. supra in procemio Gregoria.in v.col.ubi etiam allegat Romanum idem tenentem in consilio cccxxxiij.quo ad primum:& Pet. de anchar. in capitu.primo,de paroch.qui tamen iudicio meo hoc non dicit.

¶ *Mihi placet ista secunda opinio,quia censeo adhærendum regulæ,nisi exceptio bene probetur:iuxta nota. in rubri.infra de regu.iur.in sexto. Ista autem fallentia nō bene probatur:quia in dicta l.prima. ideo prior Consul præfertur posteriori consuli patritio,si ipse deinde patritiatum consequatur,quia uerum est,quòd primus consequutus est dignitatem, unde merito præfertur. Sed*
8 †*Licentiatus nullam habet dignitatem,imò habetur pro scholari,ut dicit Bal.in auten.habita.in viij.colum. C.ne fil.pro patre.Anchara.in procemio Sexti Decretalium,latè per And Sicul.in procemio Clementi.in colū. xiiij.Felin.in capi.eam te.in prima colum. de rescrip. Ias.in l.ij.C.de inofficio.testamen. Nec Bald.in l.qui indignus.ff.de senato.firmat contrarium:sed procedit simpliciter arguendo.*

¶ ADDITIO. ¶ *Imola tamen in procemio sexti inquit licentiaturam esse tertiam speciem mistam doctoratu & scholaritate.& ideo in fauorabilibus appellatiōe scholaris uel doctoris uenit licētiatus,in odiosis secus.argu.not.in l.ij.ff.de uerbo.oblig.& hanc opi.Imol. sequitur Domini.in d.procemio.* Ioan.Nicol.

¶ *Nec obstāt illa uerba,qui prior meruit dignitatem. in text.quia ut ibi expresse apparet, loquitur de eo qui prius creatur iam realiter consequutus:Tunc enim dicitur*

tur meruisse. Et ita etiam loquuntur iura allegata per Andre.de Barulo ibi. Et sic ille tex. reflectitur in contrarium: quia cùm doctor prius meruerit, & sit consequutus dignitatem, debet præferri illi, qui nondum est consequutus. Et ita etiam inducit Roma. in dicto consilio cccxxxiij.

¶ Cogita tamen si in practica possunt concordari opiniones: quia aut interim dum licentiatus esset in practica consequendi insignia, iste fuit interim doctoratus, & non debeat præferri: Aut iste licentiatus stetit contentus licentia, & omiserat tractatum seu curam sumendi insignia: & tunc præfertur doctor medij temporis: & est ratio quia isto secundo casu, non uidetur iste sumpsisse licentiam tanquam iter seu principium per quod ascenditur ad doctoratum, sed tanquam terminũ seu finem intentionis suæ. unde cessat ratio doctorum, quòd initium debeat attendi. iuxta. l. iij. §. scio. ff. de minori.

9 ¶ Et † propterea infertur, quòd si aliquis doctor petierat se admitti in collegium, & propter inuidiam aliorum fuerit retardatus quòd nihilominus debeat præferri illis, qui interim dum ipse pulsat ad ostium, fuerunt admissi: prout dicit insignis doctor dom. Paul. Picus, in d. l. cùm quid: ubi dicit, quòd doctoratus in iure ciuili, & post aliquod tempus in iure canonico, non debet præferri illi qui medio tempore utrunque gradum cõsequutus est. Quæ decisio non est uera, & contra dictam legem primam. C. de consuli. Et contrarium est de mente Ludouici Romani in d. consil. & Decij in d. l. cùm quid,

¶ Nec obstat sua responsio ad d. l. primam, dum dicit, quòd

quòd consulatus est medium necessarium ad Patritiatum sed laurea iuris ciuilis, non est medium necessarium ad lauream iuris canonici. Nam nego quòd consulatus sit medium necessarium ad patritiatum, quia istud est contra tex. in l. nemini. C. eod. titu. ubi requiritur patritiatus per alia media. Cætera dicenda sunt ut per Moder. in d. l. cùm quid. & in d. c. clerici.

¶ADDITIO. ¶ *Vbi Decius melius quàm alius quispiam de mundo ponit regulam quod antiquior doctor præfertur iuniori. cum octo notabilibus fallentijs & limitationibus ad regulam. uide omnino.* Ioan. Nico.

10 ¶ *Et adde regulam, quòd ædificia antiqua præsumuntur facilius corruere. §. si autem non sufficiant, in auten. ut nemo fabricen. orato. dom.*

PRAESVMPTIO XLVI.

Quadragesimasexta præsumptio.

QVadragesimosexto. Impubes non *præsumitur aptus ad aliquas operas, nisi sit histrio, uel nomenclator. l. fina. ff. de libera. cau. l. fina. ff. de oper. seruo.* Et *istud multò fortius in infante dicendum est. l. arboribus. §. de illo, ff. de usufruc.* Et dicitur Nomenclator *ille qui suggerit in memoriam domino, nomina salutantium, à calando, idest, appellando nominatim: licet glo. in d. l. fi. nõ intellexerit: & de hoc etiam est mentio in lege ut iurisiurandi. §. dabitur. ff. de oper. liberto.*

PRAESVMPTIO XLVII.

1 Vir præsumitur constantior muliere.

Tortura

2 Tortura incipienda a muliere, potius quam a masculo.
3 Fœmina cur citius possit testari quã masculus. Mulier cur non admittatur in testimonium in causa criminali de iure canonico. Fallit quando veritas aliter haberi non potest.
4 Veritas quando aliter haberi non potest admittuntur etiam testes inhabiles. Intellige & declara vt nume.5.

Quadragesimaseptima præsumptio.

*QVadragesimoseptimo † præsumitur uir cõstantior muliere.§.mater,ubi glo.not.in auten.de nupt.*Et *ficit quod dicit Gandi.in tracta.malefi.sub rubri.de quæ* 2 *stio.in ij.col.ubi dicit,quòd † data paritate iudiciorum, incipienda est tortura à fœmina potius quàm à masculo quia masculus tanquam maioris constantiæ,tardius confitebitur quàm fœmina,quæ habet cor momentaneum & instabile.alleg.l.filia in orbitate.C.de inofficio.testa.* Et *sequuntur* Moder.*in l.j.in fine principij,per illum tex. ff.de quæstio.*

¶ADDITIO. ¶*Vult allegare* Hip.*de* Mar.*ibi.& uide eundem* Hippo.*in sua practica criminali in.§. expedita.nume.51. uersic.quæri etiam potest.* Ioan.Nico.

¶*Nec obst. quòd maiora uulnera sustineat fœmina quã mas: secundùm glo.in l.nihil interest.ff.ad legem iul. de adulte.quia propter hoc,non sequitur quin maiori timore afficiatur,& consequenter facilius confiteatur.*

¶*Præterea,illa glo.forte non est uera, & contrarium uidetur probari in l.cũ pubere.ff.de reb.dub.de qua per Areti.consil.quinquagesimo.*

¶*Adde etiam glo.in l.qua ætate.ff.de testamen.quæ dicit,*

3 *cit,†quòd fœmina fit citius sagacior quàm uir, & propterea potest testari in duodecimo anno, & masculus ad decimumquartum, ut ibi habetur.* Et ex *ista inconstãtia muliebri, colligitur ratio, cur in causis criminalibus in foro canonico mulier non admittatur ad testimonium. cap. forus. de uerbo signi. & per docto. in cap. iij. supra de testib.* Licet *istud non seruetur de facto, quando ueritas aliter haberi non potest, secundùm* Ioan. *and. in additio. Specula. tit. de teste. §. primo. in additio. incipien. fertur.* Iacob. *de arena, quem refert & sequitur* Alex. *consil. xxiiij. in iiij. col. in ij. uolumi.*

¶ADDITIO. ¶*Quod mulier non possit in causa criminali esse testis, maxime iure canonico etiam consuluit* Alexand. *consilio* xj. *circa primum. colum. penul. in fi. lib.* j. Oldra, *consi. cxlv. quæritur si testes. cum amplißimis concordan. traditis per* Hippol. *de* Marsil. *consi. xxij. gratia. & consil. xviij. protector. col. antepenul. nu.* 34. *& consil. lix. diuino. colum. ulti. & consilio. cj. illumina. colum. j. & consil. cxxx. conditor. nume.* 34. Hoc *uerum nisi ueritas haberi aliter non poßit: tunc enim in subsidium admittuntur mulieres. ut per docto. allegatos hic per* Alciatum. *Adde ultra eum* Ias. *in l.* j. *colũ. fi. cum fine pemultimæ.* C. *de summa trinitate. & in repetitio. col. nu.* 49. *col.* xj. *uersi. confirmo, nam in criminalibus &c. &* Alex. *cõ. lxiiij. in prima colum. in primo uolumi. & consil. cij. ante finem. in vij. uolumi.* Deci. *consil. ccclxiij. in causa quæ agitatur. col. ij. ubi alleg. concordã. &* Hippol. Marsi. *in consi. v. & consi. cij. pauci. & cõsi. cxxvij. spiritussancti. colum. ij. & in pluribus alijs cõsilijs in locis infra*

cis infra allegandis.

4 ¶*Et generaliter† traditur doctrina quod quando ueritas aliter haberi non potest admittuntur testes etiam inhabiles & minus legitimi.ut uoluit* Sali.*in l.ea quidẽ. col.xxvij.uersi.ad quintam quæstionem.*C.*de accusa. &* Alexan.*dicto consilio.lxiiij. ubi multa dicta accumulat ad comprobationem huius regulæ. & per* Hippol. *de Marsil.in l.diuus.colum.ij.ff.de quæstio.& in l.de minore.colum.antepenul.nu.24.eod.tit.& in l.fi.C.ad legem corne.de sica.& ubiq; allegat concor.& plura cumulat & alij in locis supra deductis.*

5 ¶*Vnũ tamẽ† menti teneas ne decipiaris quod illud quod diximus mulierẽ et alios testes aliàs inhabiles admitti in subsidiũ quando per alios ueritas haberi nõ potest, procedit & debet intelligi quando ex natura facti delicti, seu negocij uerisimiliter habitu & actu alij interuenire non potuerunt: aliâs secus, quia licet ex accidenti cõtingat, quòd alij testes non adfuerunt, tamen in potentia uerisimiliter plures haberi potuerunt. & sic non dicitur tunc per alios haberi non posse ueritatem, imo ex natura negocij per alios potuit ueritas in potentia haberi, licet aliter acciderit. ita notabiliter intelligit prædictam doctrinam & declarat* Anto.Butri.*in c. tertio loco.de probatio.& consil. xxiiij.quæstio hæc dubia &c. refert & sequitur* Alexan. *in dicto consil.lxiiij.pro quo allegat tex.& ibi Abbatem in c.fina.de testib.cogen.& idem* Alexan.*latißime in consilio.clij.uiso processu. colum.iiij.uersic.non obstat etiam si dicatur.nume.11.libro quinto.*Iason *nota.in dicta l.j.de summa trinita.in lectu.*

col.fi.& in repet.col.xj.nume.50.uerfi.ex iftis omnibus fac regulam.& Deci.confilio.cxxxiij. uifo proceffu & fententia.colum.ulti.& confi.cccx.uifis.col.ij. & ubiq; allegat concordantes.& etiam egregiè confil.cccxlij.in caufa partus fuppofiti.col.ij.notabiliter Feli.in.c.decate ro.columna.ij.de teftibus.& Iaf.in.l.fin.C.de his qui.ut indignis.

¶ Ideo qui inhabiles teftes producit,& dicit alios reperi ri non poffe,nec aliter ueritatem haberi poffe, illud pro= bare tenetur,alioquin femper quis poffet producere inha biles dicendo quòd alios habere non poteft.Ita Alex.præ= allegato confilio.lxiiij.cum concor.per Hippol. confilio xlj.diuini.col.ij.& confi.lxxx.qui cuncta.in finali colũ. & confilio.xxxj.bonorum.col.antepe. uerficu. præterea ad hoc ut teftes.ifta nota perpetuo,quia nullibi ita com= peries copiofe. Ioan.Nicolaus.

XLVIII. PRAESVMPTIO.

1 Defcendens ex nobili genere,præfumitur quod fit nobilis & virtutis amator:ficut econuerfo.

2 Iudex qui nobilem virum in carceribus ciuiliter tractauit credens eum integræ fidei,fi deinde fugiat, non tenetur in fyndicatu.

3 Cardinali afferenti fe habere fpecialem cõmif fionem creditur.

4 Nobilitas quando habeatur in confideratione. remiffiue.

5 Nobilitatem propria virtute confequutus,nobi lior eft eo,qui de nobili genere defcendit.

6 Nobiles de iure cõmuni non funt,fed viles, oẽs

tam

tam mercatores quam artifices, tenētes apothecam, etiam si sint campsores & argentarij.

7 Cambia sicca facientes quãuis non teneant apothecam sunt viles.

8 Artes viles quæ sint. remissiue.

9 Nobilis exercēs agros suos proprijs manibus, an perdat nobilitatem.

10 Nobilis exercens per alium mercãtiã vel artem vilem an perdat nobilitatem, si ipse non assistat.

11 Statutum loquens in faciente, an habeat locum in fieri faciente.

12 Ars vilis hodie dicitur attenta communi reputatione ciuitatis.

Quadragesimooctauo.† præsumitur quis descendēs ex nobili genere, quòd sit uir nobilis, & uirtutis studiosus, sicut & econuerso l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edic. & qui habuit maiores suos alicuius artis peritos, si ipse in ea se exerceat, præsumitur quòd etiã sit ipse bene peritus. l. ij. uersi. sed Anatolium. C. de ueteri iure enucle. quod nota pro filijs Doctorum. l. iubemus. §. filios, ubi glo. C. de aduoca. diuerso. Iudic. xlviij. præsumptio.

2 ¶*Ex ista præsumptione infertur, quòd† Prætor qui nobilem uirum captum in carceribus ciuiliter habuit, credens eum integræ fidei: si deinde fugiat, nõ tenetur in syndicatu, quia meritò potuit sequi præsumptionem iuris, ut per Angelũ in. l. si à bonæ fidei. ff. de rei uendi. Feli. in capitu. cùm contingat. in. iij. colum. de rescript. Iason in. l. iubemus. in ultima columna. C. de iudic. cum similibus.* ¶ADDITIO.¶ *Idē scribit hic præceptor meus in lib. j. de uerbo. signifi. folio. 14. uersi. Sic iudicem absoluit.*

pagina.35.in paruo uolumine. Ioan.Nicolaus.

3 ¶ Vnde etiam propter magnam nobilitatem,†credi-tur Cardinali asserenti se habere specialem cōmißionem, puta ad doctorandum uel legitimandum.secundum Bal. in.l.exemplo,in ulti.quæstio.C.de probatio.Andr. Sicul. in tracta.de præstan.Cardina.in prima quæstione secundæ partis in secundo membro.& Corne. consil.ccxlviij. incipien.uidetur prima facie,ad finem,in.iij.uolumi. Et facit glo.in capitu.illud.xl.distinctio.quæ dicit pro nobilibus præsumi.De quo per Roma.singul.ccccccxliiij.no-

4 bilitas.Et†quando nobilitas habeatur in considera-tione,ponit multa Fely.in capit.cum adeò,in ulti.colum. de rescrip.& in capitu.super eo.ij.de testi.& per Anto. Corse.in repetitione capi.grandi,de supplen.negligē.prælato.lib.vj.

¶ Et ex suprascripta præsumptione,infert Cyn.in.l.pro

5 uidendum.C.de postul.quod†qui propria uirtute cō-sequutus est nobilitatem,est nobilior illo,qui de nobili genere descendit:quia ex genere non dicitur aliquis nobilis, nisi præsumptiue.d.§.qui mancipia:& plus commendandus est in eo quod à se habuit, quàm quòd à parentibus. glo.in.l.si quid in bello.ff.de captiuis.sequitur Decius in capi.clerici,supra de iudic.

¶ Sed tu melius dicas,quòd talis non est nobilior, sed est magis laudandus:quia nobilitas proprie loquendo,est separata à uirtute:ut per Barto.in.l.prima.C. de dignita. libro.xij.

6 ¶ Et dic,†quòd omnes tam mercatores quàm artifices tenentes apothecam,etiam si campsores & argētarij

de iure

de iure communi non sunt nobiles, sed uiles. l. antepenul. C. de cohortalibus. li. xij. l. prima. C. de perfectis. dignitate.
7 *Idem† in facientibus cambia ficta, quamuis non teneāt apothecam: secundùm* Bald. *in capitu. transmissa, de electio. & idem in pelliparijs secundùm eundem* Bal. *in autenti. habita, in secunda columna. C. ne filius pro patre.*
8 *Et† quæ sint artes uiles, habetur in. l. prima. C. de excusa. arti. libro. x. & in. l. ne quis. C. de dignitatibus. libro xij. & in. l. maximarum. C. de excusa. mune. per Specula. in titu. de cleri. coniuga. in. ij. col.*
9 ¶ *Sed† nunquid nobilis exercens agros suos proprijs manibus perdat nobilitatem, dic quòd non, ut per* Guido. *Papæ quæstio. cccxcij. incipiē. sed quid de nobilibus.* Et *facit text. in capi. nunquam. de consecratio. distinctio. v. & in. §. primo. §. cæterum, de uerborum significatio. in. vj. Imò istud est laudabile & approbatum ab antiquis, iuxta illud* Persij. *Quem trepida ante boues dictaturam induit uxor.* Et *tua aratra domum lictor tulit.*
10 ¶ *Item, † nunquid nobilis exercens mercantiam uel aliam artem uilem per alium, si ipse non aßistat, perdit nobilitatem? dic quòd non: ut decidit* Alberi. *de rosa. in. l. humilem. C. de incest. nupt. ubi, quamuis tabernaria dicatur persona uilis, si tamen ab aliqua facit exerceri tabernam, & ipsa non aßistat, non dicitur propter hoc uilis. l. quæ adulterij. C. de adulte.* Facit *quod no.* Domini. *de sancto Geminia. in capitulo primo, de uita & honesta. clerico. in. vj. ubi dicit, se defendisse unum clericum, qui in domibus ecclesiæ tenuerat tabernam uendendo uinum: qui, ex quo non administrauerat in propria persona, sed per*

 alium,

alium,non incidebat in prohibitionem.capi.nulli.xliiij.distinctione.

11 ¶ *Nec obstat quod† statutum loquens in personam facientis,habet locum etiam in eo,qui per alium facit, ut per Barto.in.l.iij.§.si procurator.ff.quod quisq; iur.quia dato quòd illud dictum sit uerum, non tamen procedit ubi lex considerat actum ipsius personæ exercentis: qui uidetur considerari ut dicatur quis uilis secundùm supradicta.*

12 ¶ *Hodie† tamen dicitur ars uilis uel nobilis secundùm communem reputationem ciuitatis,ut not.Barto.in dicta.l.prima.Et probatur in.l.j.ff.de mune. & honori. & per Ioan.de platea in dicta.l.maximarum.secundùm quam reputationem,debent statuta intelligi.l.labeo, ubi Barto.de supellecti.lega.Et ad supradictam præsumptionem adde tex.in capitulo primo.infra de purga. canoni. ubi facilius purgatio admittitur pro nobili,qui sit de aliquo crimine accusatus,quàm pro alio.Et facit tex. in capitu.Aphros.xcviij.distinc.& quod nota.in capi.uenerabilem,de electioni.*

XLIX. PRAESVMPTIO.

1 Decessisse prius ille [duobus simul mortuis] præsumitur,qui debilior est.de veritate traditur nu me.5.& seq.

Infans ante matrem decessisse præsumitur.

2 Vxor præsumitur prædecessisse marito de veritate traditur nu.5.& seq.

3 Pater miles filio militi prædecessisse præsumitur.

mitur.

4 Natus prius præsumitur qui robustior est:ideo masculus fœminæ prænatus præsumitur.

5 Prædecessisse aliquem vbi est fundamentum intentionis alicuius,ei incūbit onus probandi nec lex aliquid præsumit.

Fallit in casibus ibidem & seq.nu.traditis.

6 Intellectus & ratio decidendi ad.l.ex facto.paragrapho,si quis autem.ad trebel.

Fideicommissarius substitutus alicui si decesserit sine liberis,non tenetur probare grauatum decessisse sine liberis,sed illi incumbit onus probandi qui dicit grauato superuixisse liberos:& sic defectam conditionem.& quare.

7 Exceptio vbi est fundamentum intentionis alicuius licet debeat per eum probari:idem in actiōe: fallit in fideicommissario:qui non tenetur probare liberos non superuixisse grauato; quia lex præsumit pro illo.

QVadragesimonono. Præsumitur † Duobus simul mortuis,eum qui debilior est,prius decessisse.secūdùm Dynum & Oldr.in.l. si hi qui.ff.de donatio.causa mor.Et propterea, præsumitur infantem decessisse ante matrem.l.si mulier.ff.de rebus dubijs.l. inter socerum,in princi.ff.de pactis dotali. Et† uxor præsumitur decessisse ante maritum.glo.in.l.si possessor.ff.de relig. & sumpti.fune.& l.qui duos.§.si maritus.ff.de reb.dub. Et quod nota.Francis. Cremen. singula.lij. statuto cauetur. Et† pater miles præsumitur decessisse ante filium militem.d.l.qui duos.§.cùm in bello.Idē de matre quæ præsumitur perire ante filium puberem.l. cum puber.ff.e.ti. Et† econuerso,qui est robustior, præsumitur prius xlix.præsumptio.

2

3

4

natus.l.si fuerit.§.fina.eo.tit.ubi masculus in eodẽ puerperio præsumitur prius nasci quàm fœmina.

¶ *Aduerte tamen, quia ista præsumptio non est ita indistincte uera, & confunditur per tex.in.l.sed & in illo.ff. de rebus dubijs.ubi pupillus non præsumitur decedere ante fratrem maiorem sibi substitutum: & etiam confunditur per tex.in.l.ex facto.§.si quis autem.ff. ad trebellia.ubi filius etiam maior non præsumitur fuisse superstes patri, ut fideicommissarius admittatur. Ad idem lex si inter.ff.de reb.dub.ubi uxor præsumitur fuisse superstes marito: & donatio ab eo facta cõualescit. Et propter ista contraria, Barto.in.l.quòd de pariter.ff. de reb. dub. ponit quandam distinctionem, ubi etiam Socinus ualde laborat.*

5 ¶ *Sed tu† melius dicas, adhærendo tamẽ rationi Bar. & facias regulam, quòd ubi aliquem prædecessisse, est fundamentum intentionis alicuius, ad eum spectat probare: nec lex aliquid præsumit.d.l.sed & in illo, cum simili.*

¶ *Fallit primo, ubi, nisi lex præsumeret, res exitum suum non esset habitura: quia tunc cùm omninò alterum sit præsumendum, lex potius præsumit imbecilliorẽ prædecessisse per supradicta, & d.§.cùm in bello. limitando ut ibi in tex. & licet Barto.constituat differentiam inter dispositionem hominis, & dispositionem legis: tamen Barto.hoc facit propter supradictam rationem, quando res aliter non est exitum habitura, unde, casu quo ista ratio militet etiam in dispositione hominis, tunc cessat differẽtia iuxta regulam legis adigere.ff.de iure patrona. & ita intelligo dictam legem cum inter socerum.nam cum pactum*

ctum esset conceptum in casu quo filius anniculus matri superesset,ut uir totam dotem lucraretur.si uero mater filio superesset,tunc non lucraretur nisi partem,merito ut res aliquẽ habeat exitũ,fuit necessariũ in illo casu aliquid præsumere,an filius ipse mortuus esset ante uel post matrẽ:unde lex maluit interpretari infantẽ prius decessisse.
¶Nec dicatur,quòd imò res poterat aliũ habere exitum: quia potest dari casus,uidelicet si eodẽ temporis momẽto uterq; perijsset:qui casus,tanquã omissus debuisset remanere in dispositiõe iuris.l.cõmodissime.ff.de lib.& posth. Et sic,dos tota fuisset reuersa ad socerum.l. cũ auus.C. de iure do.quia rñdeo quòd talis casus est de rarissime cõtingentibus.unde,lex noluit aliquam habere consideratiõnẽ ad illam.l.antiqui,in fine.ff.si pars hæredi.peta.
¶Præterea,fuisset contra expressam mentem contrahentium,si talis casus habitus fuisset pro omisso:quia ipsi egerant,ut in omnem casum maritus aliquid lucraretur. Et ista est melior intelligentia ad.d.l.inter socerũ,quàm intellectus Bar.in.d.l.quod de pariter.Quem etiam meritò reprobat Soci.ibi:licet ipse non extricet.
6 ¶Secũdo† fallit in casu.d.§.si quis aũt,& ratio fallẽtiæ est ista.Nã quãdo testator substituit titio:si sine liberis decederet,satis ostẽdit,qualiter ipse titiũ et eius liberos saltẽ abintestato iuxta gl.i.l.lucius.ff.de hære.insti.prædiligat ipsi fideicõmissario,uñ si Titius & eius filij simul moriãtur,tex.uult fideicõmissariũ admitti, & præsumit filios prius decessisse,ut locus sit fideicõmissario:q ẽ dilectus à testatore:nec præsumit filios fuisse supstites,ex quo p talẽ præsũptionẽ fideicõmissarius excluderetur.nec pro

pter hoc filij ipsi quos testator saltem tacite prætulerat fideicõmissario, haberent aliquid scd'm intentionem testatoris, ex quo incontinenti fuissent mortui. unde ista præsumptio tanquam magis conueniens uoluntati testatoris, fuit capienda: merito ergo non requiritur quòd fideicommissarius probet, quòd non fuerint superstites, quia lex præsumit non fuisse: & ista est ratio, cur conditio si decesserit sine liberis in substitutione fideicommissaria intelligatur, scilicet superuiuẽtibus. quæ ratio cessat in casu d.l. sed & in illo: quod nota, quia doct. non declarant. Et ex hoc † infertur, quòd licet ubi exceptio est fundamentum intentionis excipientis debeat probari, idem'que sit in actione l. matrem. C. de probatio. ca. auditis, de præscript. per Barto. in l. non solum §. sed ut probari, in ij. colum. ff. de oper. no. nuncia. etiam si consistat in negatiua: ut per Innocen. & alios in cap. super his, de accusatio. docto. in lege in illa. ff. de uerborum obligatio. tamen fideicommissarius agens uel excipiens nõ tenebitur probare, quòd filij non superuixerint, quia lex præsumit pro eo per supradictam rationem. Et istud est melius, quàm dicere quòd sit speciale, ne fideicommissaria substitutio pereat: prout dicit Angelus quem refert & sequitur Alexander in consilio xxix. in secundo. & male: ut per Barto. in dicto §. cùm in bello. licet Alexan. in dicto §. si quis autem, teneat quòd imò incumbat onus probandi fideicommissario: sed prior opinio est uerior, & communior per d. §. si quis autem.

7

¶ ADDITIO. ¶ Hæc sententia Alexand. uidetur esse de mente glo. in dicto §. si quis autem. & eam tenent

Iaco.

Iac.de Are.Alberi.Raph comen.& Imol.ibi.& uidetur etiam sequi do.meus à Ripa.ibi,mouētur maxime per regulam.l.in illa.ff.de uerbo.oblig.quod negatiua est probanda ab eo qui se fundat in ea.ut per Panormi.in c. bonæ.de postula.præla. ¶ Præterea cum præsumptio sit quòd quilibet uiuat centum annis.l.fi.C.de sacrosanc.eccle.not.in l.ij.§.si dubitet.ff.quemadmo. testamen . ape. item quod filij uiuant plus quàm parentes.l . nam & si parentibus.ff. de inoffic . testamen . uidetur quòd onus probandi filios non superuixisse incumbat fideicommissario,cum prædictæ iuris præsumptiones sint pro hæredibus grauati contra eum.argu.l.ab ea.ff . de probatiō. cum uulgat.mouētur & alijs satis stringentibus.Ex quibus uidetur reddi dubia sententia do. Alcia.quod lex præsumat pro fideicommissario quòd liberi prædecesserint, ratione de qua superius per eum. & ita intelligit dictum §.si quis autem,& sic indistincte uidetur cōcludere semper pro fideicommissario,legem præsumere liberos patri prædecessisse. Sed mihi uidetur intellectus Imol.in dicto §.quem sentit Rapha.co.& sequitur Alex.& præcep. à Ripa magis amicus illi literæ.uidelicet quòd ibi constabat patrē& liberos simultaneo seu instātaneo naufragio aut simili excidio perijsse simul,ita quòd nō erat dare tractum tēporis inter mortē amborū,unde nimirum si hoc constito fideicōmissarius admittatur,aliter non probato qđ liberi prædecesserint,quia nō dabatur tractus, si autem hoc nō cōstaret,sed essemus in dubio quis prædecesserit,ut quia fuisset tractus tpis inter mortē amborū, uel aliter non appareret quod ambo simul decessissent,certè conclu

concludunt prædicti per plura fundamenta, quod onus probandi liberos non superuixisse grauato, incumbit fideicommissario, qui se fundat in illa negatiua. & qui habet præfatas iuris præsumptiones contra se, & uide ibi præcep. à Ripa notabilē distinctionem tradentem magis de mente iurium quàm dicta do. Alci. Ioan. Nicol.
7 ¶ Tertio fallit in casu legis si inter. ff. de reb. dub. ubi ad finē quod sustineatur donatio facta à marito uxori, præsumitur maritum prius decessisse: Et istud ibi probatur, ponderando dictionem maximè, prout facit Areti. consil. quinquagesimo, ubi latè disputat. Sed tamen puto opinionem Areti. non esse ueram, quæ est contra doctrinam Barto. in dicta l. quod de pariter, ubi etiam Soci. respondet eius rationibus: quia donatio illa ideo tenet, quia uerba orationis eam annullant, si prior decesserit qui donatum accepit: quæ uerba, non uerificantur, utroq; simul moriente l. cùm hic status §. si ambo. ff. de donati. inter uir. & uxorem.
¶ Nec obstat dicta lex si inter, quia ultra rationes Soci. ibi, quæ cauillant text. illa ratio quæ præsupponitur per dictionem maximè, est diuersa à suprascripta. Nam lex non permittit hæredi reuocare talem donationem. dicta l. cùm hic status. §. primo. Cum ergo mortuus sit, qui poterat condicere res donatas: merito donatio sustinetur, ex quo hæredi non datur talis reuocatio, qui non admittitur, nisi probet donantem fuisse superstitem: Et sic, illa dictio maxime, stabit propriè, & implicabit idem esse, etiam si ista ratio non esset. l. j. §. uel maxime. ff. de colla. bono. cum similibus.

Præsum

PRAESVMPTIO L.

1 Vixisse de vento nemo præsumitur.
2 Bouem vagabundum si quis in suo stabulo tenuerit, an dominus teneatur ei resarcire expensas quas asserit se fecisse: & an possit bouē retinere donec sibi soluatur pro alimentis & alijs expensis.
3 Pecus alienum etiam in agro repertum non licet domino agri retinere, nisi vt cognoscat cuius sit & debet illi restituere.

Quinquagesima præsumptio.

Qvinquagesimo.† Nemo præsumitur uixisse de uento. l. fina. C. de alimen. pupil. præst. ubi per hāc rationem præsumitur pupillus alimentatus à tutore, nisi probet se aliunde alimenta consequutum. Et *istud facit*
2 *ad quæstionem† eius, qui bouem uagabūdum retinuit in stabulo suo, ut expensas quas asserit se fecisse, teneatur ei dominus resarcire, cum præsumptio naturæ sit, quòd non uixerit de uento.* Debet *tamen iudex taxare. d. l. fi.* Et *ita tenet Guido papæ in dicto tracta. præsumptionū, in quarta charta.*
3 ¶ *Sed tu aduerte, † quia alienum pecus, etiam si reperiatur in agro damnum dare, non tamen potest dominus agri retinere, nisi ad finem, ut cognoscat cuius est: & debet illi restituere, & contra eum agere de damno dato: ut est tex. in l. quintus, & l. seq. ff. ad legem aquil.* Specul. *in titu. de actore, uersicu. sed nunquid pecudem.* Bald. *in l. ij. C. de ser. fugi.* Barto. *& docto. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infec. licet* Iacob. *de arena ibi aliter teneat.*

¶ Potes *concordare opiniones: quia si ille qui reperit bouem*

bouem alienũ in fundo suo, & eũ tenuit per aliquod tempus, & alimentauit, aut uult retinere, ut soluatur sibi damnum, & non poterit. d.l. Quintus, Aut uult retinere ut restituatur sibi pretium alimentorum, & tunc secus, secundum supradicta. Et facit, quia cùm alimenta uerterint in utilitatem ipsius rei: meritò debet posse res retineri, donec satisfiat. l. in summa, & ibi per Salice. C. de pigno. & quod not. per Barto, in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condictio. indebi.

¶ADDITIO. ¶*Infertur etiam ex hac præsumptione, quòd si creditor repetat expensas factas in alẽdo equo pignorato ei teneatur dominus restituere: præsumitur enim equum creditor suis expen. aluisse, ex quo reperitur nutritus. non enim creditur uixisse de uento. Idem dicas de bonæ fidei possessore. Ista tradunt Barto. Imo. Alexã. Ias. & communiter docto. in l. cum seruus. de uerbo. obligatio. ubi arg. d. l. fi. de ali. pupil. præ. multa solennia dicta accumulant.* Ioan. Nicol.

PRAESVMPTIO LI.

1 Eligentium vbi maior est numerus, ibi melior præsumitur zelus.
Intellige vt ibi.
2 Communis opinio in dubio præsumitũ verior: & ab ea in iudicando iudices non debent recedere.
Limitatur nu. 3. 4. 6.
Communis opinio quæ dicatur. nu. 3. & seq.
5 Confessio incidenter facta & quæ fit ad alium finem non præiudicat.
7 Autoritas doctorum tenentium contra communem

nem excusat a dolo præsumpto.
8 Doctoris solennis autoritas saltem excusat ab expensis. Intellige ut ibi.

Quinquagesimaprima præsumptio.

QVinquagesimoprimo,†ubi maior est numerus eligentium,ibi etiam præsumitur maior zelus.capi. ecclesia uestra,supra de electio.cap.si quando.eod.titu.in sexto. Quod est uerum,maxime in electione facta per uiros prudentes:quia naturaliter in eis melior opinio præualet. aliàs; in electione in qua interueniunt uulgares,uideretur secus per id quod not.Abb.in cap.secundo de electio.ubi dicit,quòd præsumitur minus pro toto populo,quàm pro aliquibus prudentibus de populo: quia in toto populo reperiuntur multi uiles non habentes certum iudicium rationis,sed corruptibiles. Et propterea præsumitur in toto populo aliquis qui non habeat syncerам fidem,ut ibi per eum.

2 ¶*Et istud facit†pro communi opinione,quæ in dubio præsumitur uerior,ex quo est à pluribus approbata. Et propterea in iudicando iudices non debent ab ea discedere,c.nouimus,infra de uerbo.significa.l.j.uersic.& sanè crebrior,de offi.quæsto.*

¶ADDITIO.¶ *Adde notabil.tex.in l.athletas.ibi & generaliter omnes opinantur.ff. de his qui notantur infa.& in l.pro hærede.§.papinia.ibi uulgo putare quosdam.ff.de acquiren.hæredi.& in l.quæsitum.§.sed si fundus.ibi quam sententiam quotidie crescere & incalescere uidemus.ff.de fun.instru.instr.leg.& in l.ita uulneratus.ibi dicitur uulgo &c.ff.ad.l.aquil.bonus tex.ubi no. Bald.in.l.j.de senato.ff. & text.in capi. in canonicis. ubi not.*

ubi notab.text xix.distinc.& in c.de quibus.xx. distinc. & iij.q.iij.c.de iudicijs.cum glo.& Bal.in c.j.§. iudices. de pace tenen.in usibus feudo.Barto.in q.incipiente iudex qui per imprudentiam. cum concordant. traditis per docto.in c.j.de constitu.ultra quos adde late Ias. in auten.nouissima.col.v.uersi.ex istis omnibus defendo. de inoffic.testa.C.& in auten.si qua mulier.col.iij.de sacro san.eccle.& in l.si quis mihi bona.§.iussum.colum.ij.ff. de acquiren.haeredi.& Corn.consil.clxxxvj.quanquam. lib.iij.& inquit Ange.in l.fina.de poena iudi. qui male iudi.quòd nimium est ignarus qui contra communem iudicat.& uide barba.latissi.in clemen.ne romani. de electionibus. Alexand.consilio xix.circa primum. colum. penulti.libro septimo. & consilio septimo. colum. penulti.in Christi nomine.in iiij. Roma. consilio.lxj.licet. in fine. Praepositus in capi.si uir,extra de cogna. spiri. Decius consilio.cccclxxx.in casu.colum.fina. Ferdinan. in l.filiusfami.§.diui.numero 443. de legatis primo. Et dicit egregie Bald quòd communis opi.habet uim consuetudinis.ita Bald.in cap.ne innitaris.de constitutio. Et iudicans secundum communem (etiam falsam) excusatur secundum Panor.in c.j.de postula.praela.& Feli. in dicto c.j.de constitu. Ioan.Nicol.

3 ¶*Quod† limita & declara,ut per docto. praesertim Moder.in c.j.supra de constitu.*

¶ADDITIO. ¶*Et inter caeteras limitationes, illud limitant,ut communis non sit tenenda, quando contraria fundatur melioribus rationibus: tu ultra allegata per eos adde text. in clemen.unica.§.fina. de summa trini.*

trinita.Barbat.in clementi.ne romani.praallegata.Deci. in consi.cccccccxix.in causa.colum.ij.allegat Ange.consi. cx.aliâs clxx.incip.sanctißima,col.vj.& Sicul.consil.ij. colum.iij.lib.j.& consil.xv.colum.vij.lib.iij.& consilio lxiij colum.v.eo lib.eundem Deci.consi.cccclxxxj.in casu,in fine,ubi subijcit quod Doctores nostri sæpenumero imitantur aues, quòd quando una uolat, omnes aliæ sequuntur.& consil.ccccclx.notißima,in fine,& consilio cccclvj.consului.col.iij.& consi.ccccclxxvj.pro resolutione.Præpositus in dicto capitulo si uir. Ioannes Nicolaus.

¶ Et intelligo communem opinionem illam esse,nõ quæ plures habeat autoritates simpliciter,sed quæ plures grauiores habeat autores.cap.in cano.xix.distinctio.l.Diui. ff.de iurepatrona.l.penulti.C.de condi.indebi.

¶ ADDITIO. ¶ Et Alexan.consi.ccij.uiso themate,ante finem,lib.vij. Ioan.Nico.

4 ¶ Item † intellige istud procedere,ubi tales autores firmant illam opinionem, disputando & arguendo circa ipsius ueritatem. Et deinde se resoluendo,iuxta l.final.§. mixta.ff.de muneri.& honori. Nam quamuis dicant aliquid incidenter, fortè ad colorem alicuius sui propositi, præsertim in consilijs:non propter hoc dicuntur talem
5 opinionem approbasse: sicut † in simili dicimus de confeßione incidenter facta,uel quæ fit ad alium finem quæ non præiudicat,ut est glos.in cap.ex pœnitentibus. quinquagesima distinctio.per Doctores in capitulo at si clerici,in principio, supra de iudicijs.dixi in l.prima §. si quis ita.in fine.ff.de uerbo.obliga.

6 ¶ Item intellige, quando † illa opinio grauiores habet autoritates, & etiam cōmuniter obseruatur in practica, ita uidetur intelligere Bartol. in l. finali. C. de pœna iudic. qui male iudi. Sed illud potest procedere quò ad effectum, quòd iudex faciat litem suam, quia tunc requiritur dolus. dicta l. finali. qui præsumitur concurrentibus duobus, & quòd iudicauerit contra opinionem communiter approbatam, & etiam communiter obseruatam in practica:
7 aliás, non putarem illam decisionem esse ueram: † quia autoritas tenentium contra illam communem, debet saltem excusare à dolo præsumpto. iuxta glos. in l. prima. ff. de abigeis. & in l. igitur. de libera. causa.

¶ ADDITIO. ¶ Quod opinio Docto. excuset à dolo, consuluit Alexan. consil. xix. circa primum. col. pen. in vij. Ioan. Nicol.

8 ¶ Et † quia solēnis Doctoris autoritas excusat ab expensis. ut per Angelum in l. terminato. C. de fructibus & litium expensis. Felinus in capitulo primo, de constitutionibus. quod etiam aduersus communem intelligo, dummodo cum tali Doctore concurrat etiam opinio aliorum: & coloratæ rationes.

¶ ADDITIO. ¶ Quod opinio Doctorum licet non sit communis excuset ab expēsis. adde ultra hic allegata per Cardinalem in clemen. secunda. de magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. Aretinum in §. hæ autem. institutionibus de pœna temere litigantium. Iason amplissime in l. properandum. §. sinautem alterutra. columna tertia. uersiculo tu in hac materia. C. de iudicijs. & dicitur habere iustam causam litigandi qui habet

habet opinio.Doctoris pro se.quæ iusta causa excusat ab expensis.ut ibi late comprobat.& per Baldum *in autentica generaliter.C.de episcopis & clericis.& melius quàm alibi de ueritate & intellectu tradit* Barbatia *in dicta clementina ne romani.de electio.&* Alexan.*consil. lxxvj.in causa & lite.in vij.Corneus in consi.clxxxj.uisa copia.colum.finali.in iij.&* Hippoly.Marsili.*in l.patre. colum.vj.* Ioan.Nicol.

¶*Et illi Doctores grauiores dicuntur,quorum frequentiores sunt lecturæ & approbatiores in scholis.argu.eorum,quæ dicit Barto.in l.prima.ff.si cert.peta.*

LII. PRAESVMPTIO.

1 Res proprias quis prius curare præsumitur, quàm alienas.
2 Promittens aliquē defendere contra quemcunque non intelligitur promisisse contra seipsum.
3 Vasallus licet dominum defendere debeat, non tamen salutē domini propriæ saluti preferre debet.
4 Pater non tenetur alere filium,quando nō habet nisi quantum pro seipso sufficiat.
5 Interfecturus alium facilius præsumitur, qui sibijpsi manum intulit.
Bona propria qui consumpsit,fortius aliena consumet.
6 Statuto stante quod mulier non contrahat sine consensu propinquorū.si mulier sit tutrix,an quando contrahit pro pupillo, interuenire debeat consensus propinquorum.
7 Statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu propinquorum, an videatur ex hoc eam prohibere acceptare tutelam.

Quinquagesimasecunda præsumptio.

QVinquagesimosecundo.† Quilibet præsumitur prius res curare proprias, quàm alienas. de pœnit. distinct. iij. c. qui uult. l. quæ seruandarum. ff. de præscrip. uerb. Vide, à natura insitum est homini, ut quælibet charitas incipiat à seipso. l. præses. C. de seruitu. Et ideo, infert
2 ibi Salice. quòd si † quis promiserit defendere aliquem contra quamcunq; personam, non intelligitur promisisse contra seipsum. Et facit quod not. Specula. in titu. de aduocato. §. primo, uersicu. sed nunquid clericus: ubi, licet clericus teneatur aduocare pro ecclesia sea, tamen non tene-
3 tur hoc contra seipsum facere. Et facit glos.† notabilis in capitu. fina. de aliena. feud. pater. & in capitu. primo, in princip. ubi Cardina. Alexan. post alios, in iij. col. quib. mod. feud. amitta. ubi licet uasallus teneatur defendere dominum: non tamen propriam salutem, domini sui saluti postponere ullo modo debet, nec tenetur: licet secus sit in seruis. l. prima. ff. ad sillania.
4 ¶ Ad idem facit: quia † nec pater tenetur alere filium, quando non habet nisi quantum pro seipso sufficit, quia prius debet seipsum alere, secundum Salice. in d. l. præses. Et facit quod not. Nicol. de Neapo. & Iason post alios in §. sed & si quis, institu. de actio. ubi dicit, quòd ista est ratio, cur filij à parentibus, & econtra parentes à filijs non conueniantur, nisi inquantum facere possunt: quia possunt prius pro se causa alimẽtorum retinere, & quod superabundat, hoc tunc dabunt filijs.
5 ¶ Pro supradicta præsumptione, † facit etiam textus in l. fina. ff. de bonis eorum. ubi præsumitur facilius alium interfecturus, qui sibijpsi manum intulit: & textus in l. cùm

cùm autem.§.malus.ff.de ædilitio edicto.ubi præsumitur prius in alium committere, qui in seipsum malum audet.

¶ *Et ista nota contra eos, qui accipiunt factores seu institores qui consumpserunt propria bona, quia facilius consument aliena: ut dicitur in primo græcorum epigrammatôn lib.* Et *pro hoc etiam facit: quia qui suis in rebus consilio indiget, multomagis præsumitur in alienis rebus indigere.l.finali.C.de legiti.tuto.l.sic eueniet.ff.ad legem Iuliam de adulte.*

6 ¶ *Et hoc infertur ad quæstionem stante statuto, quòd mulier non poßit contrahere, seu se obligare sine consensu propinquorum.* Pone. *Aliqua mulier est tutrix, secundum textum, in autentica matri & auiæ.C.quando mulier tutelæ &c. nunquid, quando contrahit pro pupillo, debet interuenire consensus propinquorum? & uidebatur quòd non: quia non ipsa, sed pupillus obligatur. lege quarta. in principio.ff.de re iudicata. unde cessat ratio statuti.*

¶ *Contrarium est uerius: quia cùm ex forma statuti, sine consensu propinquorum non sit habilis ad facta sua, ergo nec ad aliena. dicta l.fina. & § minores. institutio. de excusatione tutorum.* Et *ita concludit* Raphael *Comensis & Iacobus de* Puteo, *in l.apud Iulianum.§.primo.ff.ex quibus causis in poßeßio.eatur.* Facit *quod notant Soci. & Iason in l.prima.§.item acquirimus.ff.de acquirenda poßeßione.*

7 ¶ *Considera tamen: quia † cum regula sit iuris antiqui, quòd qui alieno regitur consilio, ipse ad tutelam*

non admittatur dicta l.finali. & dicto §.minores.uidetur quòd statutum introducens, mulierem regi consilio propinquorum, priuet eam iure acceptandi tutelam: quia talis regula habet locum etiam in correctorijs: ut per Bartolum *&* Doctores *in l.secunda.ff. de legatis primo.* Et *sic, corrigeretur dicta autentica matri & auiæ, & reduceremur ad ius antiquum l.fœminæ.ff.de regu.iuris.* Q*uæ reductio est fauorabilis.glos.in capitulo statutum, in uerbo numerandum, de præbendis, in sexto.Antonius* Butrius *in capitulo olim, per illum textum, infra de uerborum significatio.l.si unus.§.pactus ne peteret, in fine. ff.de pactis.*

¶ Potest *dici, quòd statutum non subijcit mulierem in totum alterius consilio, sed solummodo, quò ad obligationes & contractus:* Regula *uerò iuris antiqui, loquitur de eo, qui in totum alterius indiget consilio. Cogita tamen.*

QVINQVAGESIMATERTIA PRAESVMPTIO.

1 Libido præsumitur in senectute diminui.
Senex quinquagenarius examinari potest ad perpetuam rei memoriam.
2 Statutum disponens aliquid in casu infirmitatis, an habeat locum in casu senectutis.
Senectus & infirmitas an iudicentur ad paria.

Quin-

QVinquagesimotertio. ¶ Præsumitur † libido diminui in senectute:ut dicit Abbas in capit.cum in iuuentute,in secunda columna, infra eodem.Et generaliter secundum ætates,præsumuntur ea, quæ naturaliter insunt.unde,senex præsumitur de facili moriturus, ut supra tetigi. Et propterea,si sit quinquagenarius, poterit examinari ad perpetuam rei memoriam, tanquam periculum sit in mora:ut dicunt Innocentius & alij, in capitulo quoniam frequenter.§.primo, supra ut lite non contesta.Item senex præsumitur ægrotus, quia senectus ipsa,morbus est.capitu.magnæ, infra de uoto.ubi Abbas 2 in secunda columna.infert † ad statutum disponens aliquid in casu infirmitatis, ut habeat locum in casu senectutis.facit text.in l.ciuitatibus.in principio.ff.de legatis primo.ubi infirma ætas dicitur seniorum, uel puerorum. Quinquagesimatertia præsumptio.

¶ In contrarium tamen facit textus in l.prima.§.sed sciendum.ff. de ædilitio edicto.ubi definitur infirmitas esse habitus cuiuscunque corporis contra naturam. Quæ definitio,non congruit senectuti, quia talis habitus non est contra naturam eorum.Potes dicere, quòd senectus, proprie loquendo,non sit morbus: sed probata senectute, resultat præsumptio iuris,quòd sit æger.

¶ Quod intellige in his, qui prouectioris sunt ætatis. puta,qui septuagesimum annum attigerint: prout in simili dicit Abbas in dicto capitulo quoniam frequenter. Et propterea,textus in dicta l.ciuitatibus, utitur comparatiuo senioribus.

¶ Item senex non ita de facili præsumitur fugiturus, sicut iuuenis: ut est glos. in l. si ut certo. §. sed an etiam hominis. ff. commoda. Quod limitat Andre. Sicu. in cap. nullus. infra eod. nisi aliàs fugisset. per glos. in l. Cornelia. ff. ad sillania. Item pro senectute, præsumitur quòd sit in ea maior probitas. lix. distin. c. si officia. Item scientia. lxxxiiij. distinctio. capitu. porrò. Item morum grauitas. xij. q. prima, cap. primo. & sermo ueracior. xxxv. q. vj. consanguineos, & per Archidia. c. tanta. lxxxvj. distin.

¶ Econuerso uerò Iuuenes præsumuntur robustiores. l. cum mulier. ff. de reb. dub. Item præsumuntur calidiores, & de facili inclinati ad prodigalitatem. l. fina. §. filijs autem. C. de bonis quæ liberis. & dicit text. in §. optimum. in autenti. de non eligen. secundò nuben. quòd mulieres in iuuentute, aliquando non possunt resistere feruori naturali. Et circa mores Iuuenum & senum, ponit Lucas de penna in l. prima. C. de Consuli. libro duodecimo.

SEQVITVR REGVLA SECVNDA PRAESVMPTIONVM.


ECVNDA principalis regula est,quod mutatio non præsumatur. ¶ *Et ratio regulæ est,quia mutare,est quid accidens,& accidentia non præsumuntur,ut per glos.in l.si uerò. §.qui pro rei qualitate.ff.qui satisda.cogantur.& supra dixi.*

PRIMA PRAESVMPTIO.

1 Statum certum si quid habeat in sui origine,præsumitur talis status semper adesse.
2 Seruitus an præsumatur ex quasi possessione.

EX *hac regula,primo infertur,† quòd ubi aliquid in sui origine habet certum statum, præsumitur talis status semper adesse:imò quasi possessio iuris alicuius contra talem statum primitiuum non tolleret hanc præsumptionem:secundum* Barto.& Docto.*in l.si prius.in iij. oppositione tertiæ partis principalis.ff.de noui operis nunciatione.* Prima præsumptio.

2 ¶ *Et propterea,† infertur,quòd cùm à natura, quælibet res sit à principio libera,non præsumitur seruitus,*

etiam per quasi possessionem: imò quasi possidenti incumbit onus probandi, & ita tenent Docto.

¶ *Sed ista ampliatio est satis dubia, & fortè non est uera: & uidetur confundi per textum in d.l.si prius.in secunda parte, ubi secundum intellectum* Doctorum, *agens negatoria contra reum contumacem, facit, quòd transferatur onus probandi in reum, qui est in quasi possessione seruitutis.* Si *ergo in pœnam contumaciæ compellitur reus probare: sequitur, quòd si contumacia non esset, erat tutus ex illa quasi possessione seruitutis, prout loquitur ille textus.* Nec *etiam exemplum* Bartoli *est bonum, quia seruitus non repugnat actui primitiuo rei, ex quo seruitus futuro ædificio imponi potest.l.si seruitus.§.futuro.ff.de seruitutibus urbanorum prædiorum.glos.in capitulo ad dissoluendum, infra de desponsatione impuberum.ergo potuit ab origine res debere seruitutem, & ista potentia est satis ad hoc, quòd ex quasi possessione transferatur onus probandi.l.circa.ff.de probationibus.prout cum declarat* Bartolus *in dicta tertia & quarta oppositionibus.* Est *uerum, quòd etiam eius declaratio confunditur per capitulum si iudex, de sententia excommunicationis. in sexto.* Nam *si doctrina* Bartoli *esset uera, male argueret* Papa, *de eo qui est in quasi possessione ingenuitatis, ad illum qui est in quasi possessione clericatus: quia in primo casu, quia possessio non repugnat origini, in secundo sic: quasi nemo nascitur clericus. unde cùm* Papa *ibi ita arguat, ostendit istam differentiam non esse ueram.*

¶ Cogita, *si posset dici, quòd ista ampliatio ita generaliter*

liter posita per Bartolum & Doctores non sit uera. Sed quatenus uerificatur in aliquibus casibus, istud est per alias rationes particulares: quantum autem spectat ad seruitutes, potest distingui: quia aut loquimur de quasi possessione, quæ acquiritur ex interpellatione: puta, quia ego interpello aliquem, ne tollat altius ædes suas: quia intendo quòd illæ ædes debeant mihi seruitutem. Nam à tempore talis interpellationis, incipio quasi possidere & præscribere. ut declarat Barto. in dicta l. si prius. col. iij. uersicu. restat.

¶ ADDITIO. ¶ Cum amplissimis concordantibus traditis per Iasonem, in §. æquè. in glos. super uerbo altius. uersiculo circa tamen hanc partem. institutionibus de actionibus. & Florianus in l. qui luminibus. ff. de seruitutibus urbanorum prædior. & in l. sicuti §. sed si quæratur. & in l. & si forte. §. primo. si seruitus uendicetur. Ioan. Nicol.

¶ Et tunc, satis faterer, quòd talis possessio non transferret onus probandi, nisi esset longi temporis. Quo casu, plenum ius quæsitum esset per præscriptionem. Et ratio est, quia talis quasi possessio est quæsita mihi ex interpellatione: quia prætendebam mihi deberi seruitutem, debeo ergo probare istam seruitutem, & sic causam interpellationis, quæ est fundamentum intentionis meæ.

¶ Aut uerò loquimur de quasi possessione ipsius rei & seruitutis, puta, quia in muro tuo mihi contiguo, habeo fenestram seruitutem luminis mihi præstantem, & credo, quòd ista quasi possessio releuet ab onere probandi, sicut regulariter est in cæteris posses-

sionibus

sionibus.l.uti frui.uersic.quòd si forte.ff.si usufruc.peti. & probatur in l.sicuti §.si quæratur.ff.si serui.uendice. rectè eam intelligendo,facit lex prima,in prin.ff.de itine. actuq; priua.Quò uerò ad alios casus, in sequentibus referentur suæ rationes particulares.

SECVNDA PRAESVMPTIO.

1 Filius natus ex legitimo matrimonio præsumitur in potestate patris.
Fallit vt nu.seq.& nu.5.
2 Filius an præsumatur sui iuris si sit in quasi possessione illius.
3 Statuto disponente quod filius non possit se obligare sine consensu patris, si filius existens in quasi possessione sui iuris alicui promiserit.c.ex causa onerosa & nolit soluere prætextu statuti,an audiatur.
4 Filius an per vnicum actum constituatur in quasi possessione sui iuris.
5 Filius præsumitur sui iuris,quando nõ apparet natus ex matrimonio legitimo.
6 Filius an probetur legitimus, ex eo quod pater in testamento aliquid ei legauit pro legitima iure naturæ sibi debita.
7 Testes si dicant quod filius tractabatur pro filio,an ex hoc probetur quod sit legitimus.

Secunda præsumptio.

SEcundo infertur † ex supradicta regula, quòd filius ex legitimo matrimonio natus præsumitur in potestate patris.l.si filius.ff.de probatio.l.si emancipati.C.de collatio.

¶ ADDITIO. ¶ *Vide egregiè Corneum consilio cciij.*

cciiij.quanquam.col.iij.lib.iij. Ioan.Nicol.

2 ¶ Fallit.† primo si sit in quasi possessione sui iuris: ut dicit glos.in l.titia.ff.soluto matrimonio.& Bartolus in l.is potest.in quinta columna,uersiculo uideamus qualiter.ff.de acquiren.hæredita.& Alexander in dicta l.si emancipati.Pro qua opinione inducitur textus in dicta l. si filius.ubi textus quò ad modum probandi, æquiparat probationem filij & serui.Sed clarum est,quòd si seruus sit in quasi possessione libertatis,non tenetur probare.l. uis eius.C.de probatio.ergo idem in filio.

¶ Nec obstat si diceretur, quòd imò ista quasi possessio non debet hoc operari: quia repugnat status primæuus naturæ,prout dicit Alexander in dicta l.titia. quia ad hoc respondet Decius in dicta l.si emancipati.quòd imò non repugnat: quia quòd aliquis sit in patria potestate, non est de iure naturali, sed de iure ciuili.institutio.de patria potestate.in principio. Sed ista solutio nihil ualet: quia Doctores in dicta l.si prius.non considerant ius naturæ, prout credidit Decius: sed statum originalem quandò quis nascitur,facit l.fina.ff.de natali.restituen.

¶ Tu salua dictam limitationem, quando filius fuisset in illa quasi possessione per longum tempus, puta Decennium.l.prima.C.de patria potestate.Bartolus & Baldus in l.secunda.C.si aduersus rem iudicatam.& in l.post mortem.ff.de adoptionibus.Andreas Siculus consilio ultimo, in quarto uolumine cõsiliorum Alexandri.Iason in dicta l.si prius.

¶ Sed hic aduertendum est,circa rationem. Nam si istud est,prout præsupponunt Doctores, quia tanti temporis possessio

possessio est sufficiens ad praescriptionem contra patrem: certe, isto casu filius esset tutus, non solum quo ad possessionem, sed etiam quò ad ius ipsum: quia haec est natura praescriptionis.l.traditionibus.C.de pactis.

¶ *Praeterea, non est uerum indistinctè, quòd praescribatur* Decennio, *imò regulariter requiruntur uiginti anni, ut habetur in dicta l.prima.& ibi glos.&* Salice.*& in l. secunda.C.de praescriptione longi temporis quae pro liberta.nisi filius haberet aliquem titulum, saltem putatiuum, ueluti emancipationem non solenniter factam: nam in istorum iurium praescriptione, sufficit etiam titulus erroneus. ut per* Bartolum.*in l.prima.§.primo.ff.de itinere actuq; priuato.& in l.celsus.ff.de usucapionibus.* Potes *dicere, quòd alia sit ratio istius decisionis.* Nam *ex quo pater permisit filium stare in tali quasi possessione per* Decennium, *licet filius tali tempore nondum praescripserit liberationem à patria potestate, tamen acquisiuit quasi possessionem existentiae sui iuris, ex quo per negligentiam* Decennij *pater amisit quasi possessionem patriae potestatis, prout regulariter est in qualibet possessione ciuili.l.prima.in glos.magna, in fine.C.de seruis fugitiuis.ubi* Iason *&* Doctores.*Et licet glos.in seruitutibus realibus non procedat secundum* Baldum *in l.si quis diuturno.ff.si seruitus uendicetur.istud potest esse propter modicum praeiudicium inde proueniens.ut declarat* Ludoui.Roma.*in l.si aliena.§.primo.ff.de usucapio.quod non est in casu nostro.*

i ¶ *Sed uidi dubitari † stante statuto, quòd filiusfamilias non possit se obligare sine consensu patris: aliquis*

existens

existens,in quasi possessione sui iuris,promisit Titio centum ex causa onerosa,deinde nolebat soluere sub praetextu statuti annullantis obligationem,& uidebatur talem in effectu non adiuuari,quia aliàs creditor remaneret deceptus.Nam licet actio ex contractu tollatur, per statutum, tamen poterit creditor agere actione de dolo uel Stellionatus contra talem,ex quo alia actio deficit.l.prima.ff.de pignoratitia actione.Baldus consilio xiiij.in primo uolumine.statutum autem,tollit tantum actionem ex contractu, non autem eam quae oritur ex maleficio uel quasi.lege penulti.C.de dolo.l secunda.C.si minor maio. se dixerit.

¶ Nec obstat quòd debet sibi imputare creditor,qui non bene inuestigauit conditionem eius.argumen.l.qui cum alio,ff.de regulis iuris.& per Baldum.in dicto consilio decimoquarto,quia satis uidetur inuestigasse.qui sequutus est praesumptionem orientem ex quasi possessione sui iuris.l.si quis patrem.ff.ad Macedonianum. Quod tanto magis procederet si iste filius asseruisset se emãcipatum, quamuis ita contrahendo & se gerendo, satis uideatur hoc asserere.d.l.si quis patrem.

¶Subdunt tamen Moderni in dicta l.si emancipati,quòd
4 imò † filius uidetur constitui in ista quasi possessione sui iuris,nedum per longum tempus, sed etiam per unicum actum tantum:sicut dicimus in quasi possessione electionis.l.prima.§.hoc interdicto.ubi Barto.ff.de itinere actuq; priua.& Bartol.in l.prima.ff.de seruituti.Abbas & alij in c.cum ecclesia,de cau.possess.& proprieta.Sed ista opi.est contra mentem Docto.& contra supradicta, & ter-

& termini non sunt pares. Nam eligendo, fateor quòd quis acquirit quasi possessionem eligendi in illo casu: sed filiusfamilias faciendo unum actum, tanquam paterfamil. non acquirit hanc quasi possessionem, neque quò ad illum casum. Et *ratio est: quia ille actus solus non potest inducere quasi possessionem quò ad plenam liberationem, ex quo talis actus hoc necessariò non infert.* Et *in simili habetur per* Bal. *in dicta l. si quis diuturno. & nota. in cap. fina. de religio. domi. nec etiam quò ad eum tantum: quia non potest quis pro parte esse emancipatus. ut est communis conclusio, de qua per* Bartol. *&* Docto. *in l. prima. §. hoc autem. ff. ad trebellia. quae ratio cessat in electione & similibus.*

¶ *Praeterea, datò quòd per unum actum acquireretur aliqualis possessio, tamen non est magni effectus, tum quia repugnat origini seu actui primitiuo, tum quia pater retinet ciuilem possessionem, ut supra declaraui.*

5 ¶ Declaratur † *secundo praedicta regula, ut non procedat, quandò non constaret filium esse natum ex legitimo matrimonio, quia tunc praesumetur sui iuris: & ita intelligitur dicta* lex Titia. *ff. soluto matrimo. & l. si uxor, in uerbo monstretur. ubi* Fulgo. C. *de condit. inser. glos. in l. pactum quod dotale.* C. *de pactis.* Et *est ratio: quia quòd quis sit in potestate, pendet ex matrimonio. institutio. de patria potesta. in princip.* Sed *matrimonium est facti, unde non praesumitur, ut infra dicam.* Et *ita dicit* Bartolus *consil. xlij. uisa inquisitione.* Corneus *consil. lxviij. placet mihi, colum. penulti. in primo.* Iason *in l. post dotem, in prima colum. ff. solu. matrimo. & sequuntur* Moderni *in*

d.l.

d.l.si emancipati, ubi respondent ad quasdam rationes Bartholo.ueroñ.cautela cxx. incipien. his quæ in iudicio, de quo dic, ut per eos.

¶ADDITIO. ¶¶Et melius quam alibi Corn.consil.ccviij.quanquam.colum.ij. in libro. iij. & consilio cciiij.quãquam uideatur.col.iij. uers.nec obst.adducta in contrarium.eod.lib. Ioan.Nico.

6 ¶Limitaui istam opinionẽ in cõtingentia facti, † quãdo testator legasset filiæ suæ Titiæ unum florenum pro legitima iure naturæ sibi debita: Nam per ista uerba uidetur probari, quòd esset legitima & in potestate: ex quo non possent uerificari in filia simpliciter naturali, quia illi non debetur aliqua legitima iure naturæ.§.si quis autem, in autenti.quib.mod.natu.effician.sui.not.in auten. nouissima.C.de inofficio.testamen. Et illa uerba iure naturæ, posita ad exequutionem legati, declarant confessionem patris, qualiter asserebat eam legitimam, prout in simili dicit Bal.in l.eam quam.in penulti. charta. uersic. sed pone quidam.C.de fideicommiss.ubi aliquis legitimans filiam, non obstante l.qui contra.C.de incest.nupt. uidetur fateri eam esse incestuosam.

¶Et ex supradictis apparet, quòd quamuis pater asserat aliquem esse filium suum, nõ tamen propter hoc præsumitur legitimus, nisi in casu auten.si quis liberos.C. de naturali.liber.

7 ¶Et † infertur ad testes dicentes, qualiter Titius tractabatur pro filio, & ita fuisse reputabatur, quòd nõ sub audiatur pro filio legitimo, licet Decius consilio.liiij. in causa domini Antonij consuluerit contrarium, allegando

glo,in capitu.lator,in glo.penul.& ibi Iacob. de Sopis, *infra qui filij sint legi.&* Bart.*in.l.filium.ff. de his quæ in testamen.ubi formando uerba articuli tractatus filiationis,nihil dicit de legitimitate,sed ista sunt leuia.& gl. in dicto capitu,lator,probat contrarium:&* Barto.*in dicto suo præsupponit cætera habilia,unde,non est recedẽdum à prædicta opinione.*

III. PRAESVMPTIO.

1 Res quælibet præsumitur allodialis & libera, non feudalis vel emphyteotica.

2 Comes aliquis si sit sub dominio regis,in dubio præsumitur habere comitatum iure proprio, non tanquam feudalem. Intellige vt ibi & seq. vsque ad fin.

3 Fama plene probat in antiquis.

4 Feudalia bona alicuius domini si in genere constet aliquem habere,& requisitus a domino vt ostẽdat pro quibus præstat homagium, hoc non facit, omnia bona eius præsumuntur feudalia.

5 Feudalia præsumuntur bona si probetur antecessorem in feudum illa habuisse.

6 Ecclesia quæ concedit iurisdictiones vel pensiones,censetur in dubio concedere in feudũ. & quare.

iij. præsumptio.

T*Ertio† præsumitur quælibet res esse allodialis & libera,non autem feudalis,uel emphyteutica, quia ab origine sui,omne prædium censetur liberũ à qualibet seruitute.l.altius.C.de seruitu.& ecclesia non præsumitur habere aliquem patronum, præter* Episcopum *quò ad ius episcopale;ut dicunt* Innocen.*&* Bald.*in capi. uenerabilis,*

rabilis,infra de exceptio.

2 ¶Et propterea,†infertur,quòd si sit aliquis Comes sub dominio Regis,in dubio præsumetur habere Comitatum iure proprio,non autem tanquam feudalem , ut dicunt Hostien.& Ioannes and.in capi.fin.in uerbo respondeo,supra de iudic.& in capi.nimis.ubi Anto.de Butrio idem notant,infra de iureiuran.De quo per Alexan.in dicto consi.xv.in quinto uolumi.Cardina.Alexan.in rubri. feudo.colum.xli.uersi.xv.Iaso.in d.l.si prius.colum.xiiij. cum concordan.

¶ADDITIO.¶Quòd quælibet res præsumatur in dubio allodialis libera & non feudalis.Adde Alexan.consilio.cxxix.ponderatis his.in primo uolumine.ubi allegat concor.& consi.lv.prospectis his.col.x.uersic.circa aliud dubium quo quæritur.in.iiij.Deci.consilio.cccclxviij.superiori anno.col.ij.& in consi.ccccxcvij.uiso casu.col. prima,ubi dicit feudum non præsumi, nisi probetur. & allegat concor.& consi.cccccLxxviij.uiso puncto.colūna secunda.& consi.ccccxxiiij.proponitur.col.ij.egregiè Pau.de cast.in consi.clxxix.in causa quam magnificus.in primo uolu.nouissimorum. Ioan.Nicolaus.

¶Et licet talis Comes seruitia Regi præstiterit, præsumitur,ea simpliciter & tanquam suo Superiori fecisse: non tanquam domino feudi.Facit tex.in l.non dubito,uersiculo,hoc enim adijcitur.ff.de capti.& text. in clemen. pastoralis.columna penultima.uersicu.eo modo.de re iudica.nisi fecisset aliquos actus, qui propriè essent de natura feudi:prout est petitio inuestituræ.capitu.j.§.si uero,quid sit inuesti.in usib.feudo.Et istud intellige, quādò

facti fuissent plures actus:iuxta notata in.l.si certis annis C.de pact.& declarat do.Cardi.in.d.rubri.& hæc sit prima limitatio.

2 ¶ Fallit† secundò,quandò fama esset,quòd talia bona essent feudalia,& essemus in antiquis:quia tūc fama plenè probat,ut habetur in capitu.ueniens,primo,supra de testi.& in capitu.quid sit nouale,infra de uerbo.signifi. Et ita dicit Alex.in.d.consi.xv.ubi dicit,idem esse si probaretur per uerba narratiua principis, iuxta clementi. primā,de proba.ut ibi per eum.

¶ ADDITIO. ¶ Quod fama plenè probet in antiquis,ultra concordantes ample traditas per Fely.in.d.c. ueniens, vide Roma.consi.cccclxiiij. circa propositum.in fi.& consi.cix.in præposita consultatione.Alexan.consi. xvj.colum.vj.nume.17.in.v.uolumi.& consi.xij.in nomine domini.col.fi.in.iiij.& consi lxxv.uisis.colum.ij. eod. lib.& consi.iiij.uideretur inspect . columna quinta. nume.28.& consi.ccviij.uiso summario.colum.pe.in secundo uolumine.Curtium seniorem egregie cōsi.lxix. christi nomine.col.ij.ubi allegat concordantes.& consi.lxxvj.super motiuis.col.iij.Decium consi.xlij.diuino implorato præsidio,& pro facultate mea.col.antepe.& consi.ccccxxviij.uiso consilio.ubi copiam amplißimam concordantium allegat,& tandem attestatur cōmunē Ias.in.l.prætor ait.§.prætor ait,ff.de edendo,colum.pe.nu.25.& in.l. cum ea quæ.in fi.C.de transac.& plenius in.l.cum aliquis.colū.fi.ubi allegat concor.C.de iure delib.& Deci. in.l.ex his.col.iij.C.de testa.mili.Curtium iuniorem in cōsilio.xvij.licet per celeberrimos.& per Hippol. de marsilijs

filijs in.l.de minore.§.plurimum.nu.60.& seq.uer. item fama.in antiquis.ff.de quæstio.ubi multa egregie tradit.et in rub.de probat.nu.194.uersi.item pro prædictis etiam facit.& singula.ccccv. antiqua &c. & Soci. fallentia clxxxvij.fama.in fi.& sequenti.Ex quibus locis etiã colliges quantum temporis debeat ascendere illud antiquum an quadraginta ann.an uero cẽtum,aut tantum temporis quod non sit memoria in contrarium. Ioan.Nicolaus.

4 ¶ Fallit tertio,†quandò constaret in genere,quod aliquis haberet bona feudalia talis Domini, & requisitus à Domino,ut ostenderet pro quibus bonis præstaret homagium,hoc non faceret.Nam tunc, omnia præsumuntur feudalia,ut dicit Specul.in titu.de locato.§.nunc aliqua,uersi.lxij.Iaco.de belui.Cardi.& Bal. in capi. uasallus,primo,si de feudo fuerit cõtrouer.inter Do.& agna. Bal.in capitulo primo.de uasal.qui contra constitu.lotarij,& in cap.1.§.insuper,de prohibi.aliena.feu.per Fede. Alberi.de rosa.in.l.si certis annis.C.de pact.& in.l. plures apochis.de fide instrumen,Alberi.& Fulg.in.l.titius. ff.de actio.empti.Ias.in.l.ij.in.xiij.q.C.de iur. emphyteu. quod intellige & declara,ut per do. Cardina. in.d.c. uasallus,& per Bal.consi.ccxxv.in primo uolumine.

5 ¶ Fallit quarto,†quãdo probaretur quòd antecessor habuisset illa bona in feudum:quia præsumuntur eodem iure peruenisse in hæredem.secũdùm Bal.in.l.si cuius.ff. de usufruc.& Andre.Sicul.cõsi.xviij.in.xv.colum. in.ij. uolumine.

6 ¶ Fallit quinto,†in ecclesia quæ cõcedit iurisdictiones uel pẽsiones:quia in dubio censetur concedere in feu-

 dum

dum, ut est tex. in capitu ad audientiam, ubi Bal. infra de præscrip. sequitur Ias. in d. l. si prius: & potest esse ratio: quia de natura rerum ecclesiasticarum est, ut non alienentur, si facilius infeudentur. capitulo primo. qui feu. dare possunt. undè, potius præsumitur infeudatio: quod nõ est in rebus laicorum. Cogita tamen, quia ille tex. in dicto capitu. ad audientiam: non uidetur ponere aliquid speciale in ecclesia: & procedit ista limitatio, quandò constat, quòd concessio ipsius rei fuisset facta per ecclesiam, & quòd ecclesia præsens erat in possessione: alioquin, eo ipso quod soluitur aliquid ecclesiæ in signum subiectionis, non sequitur quòd sit feudum, uel emphyteusis: quia in dubio præsumetur potius simplex census, ut dicunt Alberi. & Moder. in l. ij. C. de iur. emphyteu. & potuit ille census fuisse impositus à Domino rei in fauorem ecclesiæ, non quòd res à principio fuisset ecclesiæ, quod nota.

IIII. PRAESVMPTIO.

1 Baptizatus quis nõ præsumitur, nisi probetur. Ecclesia non præsumitur consecrata, nisi probetur.
2 Fisco ecclesiæ ad consequenda bona defuncti sine hærede, an sufficiat probare quod defũctus erat indutus more clericorum, an vero requiratur plena probatio quod clericus erat.
3 Titulus semper debet probari, quando sumus in ijs in quibus requiritur titulus, nec possessio etiã longissima aliquod ius tribuit.

iiij. præsumptio. *QVarto: † præsumitur quis non esse baptizatus, nisi probetur. capitu. paruulos, de consecratio. distinctione*

ctione.iiij.Eodem modo, non præsumitur ecclesia consecrata.de consecra.distinctione.j.capitu.solennitatem.Nec præsumitur quis ordinatus.lxviij.distinctio.capi. presbyteri:& ibi glo.ponit istos tres casus.Et hoc facit ad quæ-
2 stio.†de defuncto sine hærede,cuius bona tanquam uacantia petuntur à fisco Principis: & Episcopus dicit, quòd imò pertinent ad fiscum ecclesiasticum:& probat, quia talis erat clericus,quod præsumebatur ex quasi possessione clericatus.quod præsumebat ex habitu:quia erat indutus more clericorum.Domi.de sancto Geminia.in capitu.si iudex.§.fina.infra de sententia excõmunica. in.vj. tenet quòd istud non sit satis.imò,nisi Episcopus probet ueram ordinis collationem,non obtinebit:& ratio potest esse,quia ista quasi possessio repugnat origini:unde, non releuat ab onere probandi per supradicta.

¶Sed tu aduerte:quia uidemus,quòd ista quasi possessio aliquando releuat à tali onere, ut in dicto capitulo si Iudex,ubi Iudex deprehendens aliquem in tonsura, non debet compellere,ut probet clericatum, sed debet remitte-
3 re ad ecclesiasticum.unde dic,quòd alia ratio est:†uidelicet,quia ubi in aliquibus necessarius est titulus, nec possessio etiam longißima aliquod ius tribuit: prout est in casu nostro,semper debet titulus probari.capitu. cùm adeò,de rescriptis.capitu.ex literis,de transactio.Nec possessio transfert onus probandi.argumen.capitu. ad decimas,de restitutio.spolia.in.vj.

¶Fallit,ubi ageretur de modico præiudicio: ut quia essemus in præparatorijs iudiciorum. Ita procedit tex. in dicto capitulo si Iudex:& declarat Bald.in lege non

ignoras,in secunda columna.C. qui accusa. non poss. Et est de mente Angeli in dicta.l.si prius. Et facit textus de consecra.distinc.iiij.capi.si cos.

V. PRAESVMPTIO.

1 Matrimonium non præsumitur ex cohabitatione,sed potius fornicatio.secus de iure ciuili.
2 Filij nati ex duobus simul cohabitantibus, an admittantur ad successionem parẽtum, ex eo quod ius ciuile præsumit matrimonium ex cohabitatione.
3 Filij nati ex cohabitione duorum,an iure canonum in dubio præsumantur nati ex concubinatu, an vero ex stupro.
4 Naturalis filius vt quis dicatur quæ requirantur.
Concubina vt quæ dicatur,plura requiruntur.
5 Filij nati ex seruitrice alicuius non dicuntur naturales,sed spurij.
6 Filij vt legitimentur requiritur vt sint nati ex cõcubina matrimonio digna.
7 Filij in dubio præsumuntur spurij.

Quinta præsumptio. QVinto,Matrimonium† non præsumitur ex cohabitatione,sed potius fornicatio.xxx. quæstione.v. capit.aliter.secus de iure ciuili,per legem in liberæ.ff. de ritu nuptia.glo. in lege in concubinatu.ff.de concubinis.
2 ¶ Sed difficultas est in practica:nunquid† quò ad successionem filiorum,qui indè procreati sunt,saltem attendamus dispositionem iuris ciuilis. Et Bald. singulariter in capitu.ex transmissa,de restitutione spoliato.& in.l.

& si

& si contra.C.de nup.dicit,quòd sic:licet Canonistæ non contentarentur:quia cùm ad ius cano.pertineat principale,ergo & quicquid ex eo sequitur.cap.lator,qui filij sint legiti.capi.tuam,de ordi.cognitio.Et facit tex.in capi. de prudentia,infra de dote post diuortiū.Et isti rationi Bal. non respondet:& eandem opinio. uidetur tenere Abbas in.d.capi.lator.

¶Sed tu aduerte,quia in contrarium fortiter obstat supradicta ratio posita per Bal.quam confirmo per doctrinam Abba.communiter approbatam in capitu. ecclesia sanctæ Mariæ,de constitu.ubi concludit,quòd quandò lex ciuilis procedit,præsumendo circa actum spiritualem, nō ualet,etiam si lex canonica illi nō aduersaretur,ut ibi per eum,& Moderniores.Si ergo dicta lex in liberæ,nihil ualet:certè, non debemus eam fouere,quò ad successionem filiorum.

¶Sed tamen puto primam opinionem quæ est fauorabilior,esse uerioreē:& cōsidero,quòd ratio cur lex canonica non præsumat matrimoniū est, quia cùm simus in dubio peccati,capitur præsumptio tutior pro aīa. Et sic,quòd sit peccatum.Ita dicit glo.in dicto capi.aliter,& nota.in capi,unico,de scruti.ab ordine faci.Sed ista ratio nō militat,nisi respectu ipsorum principaliū:ergo lex cano.corrigens ciuilem,ex aliqua ratione non debet extendi,nisi quatenus infert.d.ratio.l.adigere.ff. de iure patro. per Ioan. And.in.c.fina.de consue. & per Moder.in autenti. quas actiones.C.de sacrosanctis eccle. Et sic,resultat manifesta differētiæ ratio inter principale & accessoriū.Quo casu accessoriū nō imitatur naturā principalis.l.& scis.C.de

præd.mino.& d.l.in liberæ.satis uidetur approbata à iure canonico,quò ad filios:ex quo, ratio correctionis, non infert nisi quo ad principale.

3 ¶ *Sed† circa hanc præsumptionẽ,contingit pulchra dubitatio:nam,datò quòd præsumatur fornicatio,an intelligemus de concubinatu?an de stupro?& sic,nunquid filij inde nati erunt naturales,an uerò spurij? Et uidetur dicendum,quòd deberent præsumi naturales simpliciter, quia ubi concubitus est inter solutum & solutam, filij inde nati sunt naturales.cap.innotuit.supra de electioni.* Notatur in cap.tanta.infra qui filij sint legi.

¶ *Sed istud possit procedere,attento cõmuni usu loquẽdi uel etiam(ut arbitror)attento iure canonico simpliciter.*

¶ ADDITIO. ¶ *Vide Bal.post Ioan.and. in c. nisi cum pridem.de renuncia.& consilio.cxxix.factum proponitur.in ij.uolu.& Ioan.Baptist.in l.si qua illustris. colum.ij.ad orficia.C.& egregie in pulchro casu consuluit Bertrandi consilio.xxvj.ex processu,in ij.uolu . nouißimorum.* Ioan.Nicol.

4 ¶ *Sed† de iure ciuili,ad hoc quod aliquis sit naturalis,& sit capax succeßionis paternæ,requiritur quòd sit natus ex concubina. Et ad hoc quod dicatur concubina, multa requirũtur:uidelicet,quòd sit solutus cum soluta, ita quòd inter eos poßit esse matrimonium, & quòd sit retenta diu in domo in habitu concubinæ,quæ parum distat ab uxore:& quòd sit unica concubina : Et probatur in.§.si quis autem defunctus.in autenti.quibus modis natura.effici.sui.& in l.iij.ff . de concubin. Et ita dicit Specula.in titu.de succeßio. abintesta.§.j.uersicu. nunc de na*

de naturalium. Idem uoluit Ioan. an. in rubri. qui filij sint legiti. in additio. Specul. in princip. & signorol. de hom. consi. ccxxj. factum sic se habet. Abb. in dicto c. innotuit. & est de mente Bar. in l. fi. ff. de concubi. & in l. fina. in prin. ff. de his quib. ut indig. & per Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus. in xiiij. col. ff. ad trebel. Abb. in d. c. per uenerabilem, & in d. c. tanta. Ioan. baptis. de sancto Seue. in repe. l. si qua illustris, in j. charta. C. ad Orficia.

¶ADDITIO. ¶Vltra hic allegata, idem tenet Bal. in l. fi. C. de natura. lib. & consi. ccvj. casus talis est quidam A. lib. iij. Oldra. consi. cxcvj. factū tale est. De ubaldis in tracta. suc. abintest. circa prin. uersi. secunda species liberorum. & Mathesil. in tract. suc. abintest. col. ij. uer. secundum membrum. Ange. are. in §. fi. instit. de nuptijs. Marti. Laud. de Caza. in tracta. legitimat. uersi. in Christi nomine amen. priusquam &c. ubi melius quam alibi. & Præpo. in c. lator. qui filij sint legiti. Ang. consi. ccxxiij. pro decisione. & Alex. consi. lx. uisa legitimatione. col. iij. & cōsi. clxxiiij. super eo de quo quæritur. in ij. col. lib. v. & Corn. consi. nono. memini. col. ij. lib. iiij. ubi alle. concor. & Stepha. Bertran. consi. xxvj. ex processu. nu. 5. in fi. & nu. 7. lib. ij. nouissimorum. Ioan. Nicol.

5 ¶Et † propterea, filij, quos aliqui habent ex seruitricibus suis licet non coniugatis: dicuntur spurij, non naturales: ut dicit Bal. in l. eam quam, in vij. col. C. de fideicom. & Alberi. de rosa. in rubri. C. de natural. libe. in princi. ubi dicit, quòd de hoc fuit magna quæstio in prouincia: & dicit Bal. in consi. cclxij. Recordor me consuluisse. in j. lib, quòd pauci sunt uere naturales, propter multa quæ

requi

requiruntur ad concubinatum.

¶ ADDITIO. ¶ *Ideo consuluit Oldra.consi. cxcvj. factum tale est. in nobili qui cognouerat pauperculam mulierẽ quæ solebat portare aquam de fonte in domum nobilis, & conducebat operas suas ad messes, & uiuebat de laboribus manuum suarum, & illi mulieri nobilis nõ prouidebat, nisi de duobus annis in duobus de tunica, & duas uel tres salmatas bladi omni anno ad ipsius mulieris supplicationem, quòd nati ex tali muliere paupercula & illo nobili, non sunt dicendi naturales liberi, sed spurij, quia (ut supra dictum est) oportet quod sint ex muliere, in scemate concubinæ sociata, & quod concurrant illa quæ supra recitauimus.* Ioan.Nico.

¶ *Facit quod not. Angel. in.§. sed & aliud, in auten. qui-*
6 *bus mod. natura. effici legiti.* †*ubi dicit, quòd ad hoc ut filij legitimentur per modum traditum ibi, & per textum in authen si quis liberos. C. de natura. libe. requiritur quòd sint nati ex concubina matrimonio digna, secundùm supradicta: & sequitur Cardi. Alexan. in capit. per uenerabilem, in x. colum. aliâs est in v. colum. sub.§. quod autem. uersicu. secundus modus, infra qui fil. sint legiti. Est uerum quòd ad hoc quòd legitimentur per subsequẽs matrimonium, istud non procedit iure canonico. cap. tanta. qui filij sint legiti. Latè Decius Consilio. clv. & ius canonicum isto casu attenditur: ex quo, agitur de dependentijs matrimonij, quod est quid spirituale, ut ibi per eũ.*
7 ¶ *Ex supradictis* †*ergo habes, quòd filij, in dubio præsumũtur spurij, non autem naturales. Est uerum, quod cõtra supradicta obstat tex. in l. si quis ingenuam, cum glo.*

prima

prima.ff.de capti.& postlimi.reuer. ubi filij quos quis habet ex serua,dicūtur naturales.Facit l.ij.C. si mancip. ita fue.aliena.& glo.in dicta l.si quis ingenuam, intelligit illum tex.quando non fuerat retenta in concubinatū: sed ego puto dictam glo.non esse ueram:quia filij non dicerentur naturales,nisi ista ancilla fuisset habita sub nomine concubinæ.argu.l.fina.C.commu.de manumiss. Et ita tenent Areti.consil.xlviij. in primo dubio . do . Ioan. Baptis.de sancto seueri.in d.l.si qua illustris.col.ij.

PRAESVMPTIO VI.

1 Excommunicatus qui fuit, præsumitur etiam hodie excommunicatus.
Limitatur ibidem cum seq.

SExto.†Qui fuit excommunicatus,præsumitur etiam hodie excommunicatus.cap.sicut nobis.ubi Abb.infra de senten.excommunica.capit.proposuit.ubi glo. de cleri.excommunica. Rota in xj.decis.titu.de probatio.in antiquis, Sexta præsumptio.

¶ADDITIO.¶Vide Anchara.consilio.lxiiij. incipien.in christi nomine &c.motiua iudicis.Feli.in c.scribebam . colum.ij.infra eod.Boschum Codeca.in c. j .colum.xiiij.uersic.& si sit difficile.de iudicijs.& Nico.euerard.in centuria locorum legalium . loco de tempore ad tempus.fol.70.uerso. Ioan.Nicol.

¶Limitat hanc conclusionem domi.Abb.ibi, ut procedat in excommunicato simpliciter: secus,si excommunicatio fuerit conditionalis:puta,excommunico te, nisi decem

cem sempronio intra mensem dederis. Nam ex quo potuit illa decem dedisse, non præsumetur excommunicatus quò ad tertium agentem: secus quo ad ipsum Sempronium. De quo in capi. super his, per Innocen. de accusatio. Adde pro hac limitatione quod not. Lapus, allegatio. cxxvj. incipien. quidam incarceratum: ubi, si accusatur clericus tanquam excommunicatus, quia celebrauit in parochia aliena, iuxta clementi. primam, de priuileg. et hoc probetur: non tamen poterit cōdemnari, quia potuit hoc cum licentia facere. Sequuntur Anto. de Butr. & Imo. in dicto cap. super his. Et licet domi. Decius in l. nō hoc. C. unde legiti. reprobet, ex eo quia intentio actoris ui detur fundata iuxta glo. in l. ij. ff. de appellatio. recip. quā not. Mathe. nota. xix. tamen puto decisionem posse sustineri. quia, cùm simus in criminalibus, debet accusator cō cludēter probare crimen factum respectu tertij. Nec ista simplex præsumptio, quòd non habuerit licentiam, sufficiet. l. fina. C. de probatio. nisi esset præsumptio, quam lex etiā in criminalibus approbaret: puta, quia ualde efficax & uiolenta, ut per Abba. in capi. insinuatum, infra de simo. in capi. accedens. de accusatio. & not. per Modern. in capitulo, afferte, infra eod. & per Bald. in l. siue possi de. in secunda columna. C. de probationi. Et secundum istam saluationem, restringo supradictam limitationem Abbatis.

2 ¶ Secundo, † limitat ibi Abb. quando iste communiter reputaretur pro absoluto. Nam tunc, quantum ad alios secum contrahentes, non haberetur pro excommunicato ut per eum.

¶ Tertio

¶ *Tertio limitat quando allegaret absolutionem, & dice ret se perdidisse instrumentum, & lapsum esset longum tempus, & talis esset bonæ conditionis. argu. c. illud. iij. colum.* Tu, *adde text. in l. sicut. C. de fide instrumen. in l. testium. C. de testib. in capi. primo, quid sit inuestitu. in usib. feudo. ubi* Bald.

¶ *Quarto limitatur in casu notabili, quem refert* Cin. *in l. edita. in vij. col. C. de eden. ubi dicit, quòd si aliquis excipiendo, dicat electionem nullam, quia electores ante fuerant excommunicati: talis exceptio non releuabit, quia non fiet interpretatio, quòd quo tempore elegerunt, essent excommunicati.* De quo dic ur per eum. Et de *ista doctrina infra dicam uersic xij.*

PRAESVMPTIO VII.

1 Malus semel semper præsumitur malus.
Limitatur nu. 2. & sequen. vsque ad fi.
Tortura in dubio incipienda ab illo qui alias simi le delictum fecit.
Carceratus ex delicto, si alias veniret relaxandus fi deiussoribus, si tamen alias aufugit de carceribus, non erit relaxandus, sed diligenter custodiendus
3 Malus si per triennium saltem stetit probus & abstinens a delicto, non præsumitur amplius ma lus, intellige ut ibi.
4 Notarius si fecit instrumentum falsum, an præ terita cætera præsumentur falsa.

Septima præsumptio.

S*Eptimo præsumitur† qui fuit malus, etiam nunc ma lus. regula semel malus, de regu. iuris. in sexto.* De qua *per Hippo. singula. lxxiiij.* Et *ex hac regula infert Salic. in l.*

in l.fina.in ulti.col.C.de quæstio.quòd ubi plures fuerũt in rixa,& reperitur unus uulneratus.poterit iudex deuenire ad torturam contra illũ,qui aliàs simile delictum commiserit per dictam regulam,quam sequũtur Moder. in l.j.in prin.in ulti.col.ff.de quæstio.

¶ADDITIO. ¶Vult allegare Hippol.de Marsi. quem etiam uide in singul.ccxvij.incipien.ter uel quater Ex hac regula etiam inferunt Goffred. Ioan. and. Imol. Panor.& alij in c.scribam.per illum text. infra eodem. quod qui semel male & negligenter studuit in iure canonico,præsumitur quòd male studebit in iure ciuili. & uide Nico.euerardum in centuria locorum legalium in loco de tempore ad tempus. Accedat quod uoluit glo. notabilis in l.lege cornelia.ff.ad sillani.ubi Bald. & Ludo. Roma.& Bal.in l.iij.C.de episco.audien.Ange.Areti. in tracta.malefi.in uerbo,fama publica.uersic.quarto notã dum,& Hippo.mar.in l.maritus.colum.penul.ff.de quæstio.quòd licet quis aliàs ueniret relaxandus fideiussoribus ex aliquo delicto,nec ueniret incarcerandus, si tamen aliàs semel de carceribus aufugit,carcerandus est,& diligenter custodiendus.& per hoc perdit beneficium.l.j.ff. de custo.reorum.Bene faciunt quæ ample cumulat Feli. in c.ad abolendam.colum.j.extra de hæreticis. & latius in c.scribam,colum.ij.infra eod.ubi etiam subijcit, quod semel hæreticus, præsumitur semper hæreticus. & de hac regula semel malus.uide omnino Barto.& docto. in l.si prius.in quinta oppositione tertiæ partis principalis.ff.de noui operis nuncia.ibi locus ordinarius.& uide notabile consilium Ludo.Roma.in consilio.liiij.uisis cir

ca id

ca id ante finem. Ioan. Nicol.

2 ¶*Limita primo* † *hanc regulam, ut intelligatur in eodem genere mali, uel illi simuli. l. si cui. §. primo, de accusatio. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita.* Iaco. *de belui. in disputatione sua, quam posuit in l. omnimodo.* C. *de inofficio testa. & eam ad literam refert* Alberi. *de rosa. ibi: &* Anchara. *in dicta regula semel, &* Lucas *de penna in l. quemadmodum.* C. *de agrico. & censi. lib. xj.* Et *ita etiam limitat* Barto. *in l. caßius. ff. de senato.* Bald. *& Imo. in l. fina. ff. de hæredi. instituen.* Ioan. *de ana. in cap.* P. Diaconus. *de homici.* Feli. *in cap. cùm in iure. in prin. supra de offi. delega.* Alexan *consil. v. in princ. & consi. lxxvij. uersi. quintum. in princip. & consilio. cxliiij. post redditum. in secundo.*

¶ ADDITIO. ¶ *Quod uidere poteris cum uarijs concordantibus per* Hippo. Marsi. *consilio. xv. æterni numinis. colum. iiij. nu. 9. & consilio. lxxvij. dominus labia col. ij. nu. 11.* Ioan. Nicol.

¶*Adde tamen, quòd qui est malus in uno, habet contra se non modicam suspitionem quòd sit malus in alijs, propter magnam connexitatem quam habent uitia inter se & probatur à fortiori, in cap. si gens* Anglorum. *l vj. distinc. ubi ex una specie delicti paterni, præsumuntur filij laboraturi pluribus & diuersis delictis.*

3 ¶*Secundo limitatur.* † *quando aliquis stetisset probus & abstinens ab illo delicto per aliquod tempus, saltem per triennium. §. hinc autem nobis. in auten. de monachis.* Et *ibi* Ange. Salice. *in l. si §. si fideiussor. ff. qui satisdacogan. in l. si minorem. in iij. col. de in integ. resti. mi-*

no.Ludo.Roma.cōsi.ccxxv.in.ij.col.Iasō.l.si prius,in pe nul.char.ff de ope.no.nuncia.

¶ADDITIO.¶*Faciunt multa egregia dicta cumu lata per do.Iasonem in.l.in arenā.C.de inoffic. testamen. ubi multa cōgerit de eo quē pœnituit,& effectus est uitæ melioris.uide omnino.* Ioan.Nicolaus.

¶Adde,quòd ista limitatio est intelligenda, quandò talis delinquens fecisset magnam pœnitentiam:puta, quia ingressus religionem.prout lòquitur ille text. uel quandò probaretur,pluries euenisse illi occasionem similis mali faciendi,& tamen eum abstinuisse.secundùm Ia.de belui. in.d.disputatione.

¶Tertio limitatur,ut non procedat in delictis, quæ per naturam seu ætatem alterantur.licet enim iuuenis fuerit libidinosus,non præsumetur idem uitium in sene. Et ita est de mente Barto.in.d.l.caßius:& in.d.l.si cui.§.ijsdē. argumen.l.spadonem.§.qui absolutus.ff.de excusatio. tuto.& per Feli.in.d.capi.cùm in iure.

¶Quarto intellige istam regulam respectu futurorum: quia qui fecit aliàs delictum,præsumitur simile in futurū facturus.sed respectu præsentis,ista præsumptio nō facit plenam probationem,sed suspitionem tantum.prout dixi per dictum Salice.in.d.l.fina.C.de quæstio.& ita uoluit Iaco.de Belui.in dicta disputatio.

4 ¶Et hoc facit † ad quæstionem de Notario qui fuit condemnatus,quia confecit unum instrumentum falsum: nunquid cætera etiam præsumuntur falsa?Et uidetur dicendum,quòd non per istam limitationem:licet in futurū post condēnationem,non poßit alia facere.Ita tenēt Inn.

Abbas,

Abbas, Imo. Io. de ana. & ibi latè Feli. in. c. fraternitatis, infra de hæreti. Et fuit quæstio aliâs disputata: ut per Albert. de Rosa. in. l. Consiliarios. C. de assessori.

ADDITIO. ¶ *Vide Iasonem. in. l. si ex falsis. ad fi. C. de transactio. Adde fortius quòd licet notarius semel de falso condemnatus, non possit alia instrumenta conficere, poterit tamen præterita de quibus fuit rogatus perficere seu in publicam formam redigere. secundùm* Bar. in. l. ad *testamentum. §. j. ff. de testa. refert, & sequitur* Iaf. in. l. Barbarius Philippus. col. antepe. *uersicu. iuxta præsentem materiam de notario. ff. de offic. prætoris. ubi allegat concor. & in. l. prætor. §. primo. in fi. ff. de eden. &* Felt. *in dicto capitu. fraternitatis. in. vj.* Fallen. *Et quòd notarius committens falsum, & condemnatus de falso in uno, non possit in futurum alia instrumenta conficere.* Vltra *hic allegata uide amplissimas concordantes per* Hippol. *marsil. singula. cccccxciij. tu scis quòd notarius. Illud tamen menti commenda quod tradit* Bald *in. l. in fraudem §. si quis. ff de testa. milita. refert & commendat* Hippol. *marsil. singu. cccccclxix. pia causa. in fine. quòd adeo usque notarius semel de falso damnatus, prohibetur in futurum instrumenta conficere, ut etiam si pro pia causa instrumentum seu testamentum scripserit, non ualeat, nec sibi credatur. quòd no.* Ioan. Nicolaus.

¶ *Quinto. dicta regula non procedit in crimine occulto: quia non præsumitur aliquis simile facturus: imò, præsumitur facere pœnitentiam, de eo. Et est ratio, quia in occultis, semper capimus interpretationem in meliorem partem. vj. q. j. c. si omnia, & capi. ex tuarũ, infra de*

ſortile.& per Iaco.de Belui.in prædicto loco.

VIII. PRAESVMPTIO.

1 Bonus qui fuit, ſemper præſumitur bonus Limitatur quinq; modis remiſſiue.

Octaua præſumptio.

OCtauo, Præſumitur† qui fuit bonus, etiam nūc eſſe bonus.capi.mandata, infra eodem, quia ex tranſacta uita, addiſcimus quid de ſequenti conuerſatione præſumamus. Facit text.in.l.non omnes.§.à Barbaris.ff. de re militari.

¶ADDITIO.¶ *Adde Alexan.in.l.ſi quis ex argentarijs.§.prætor ait.ff.de edendo, columna ultima.* Hippol. *in.l.maritus.nume.39.de quæſtio.& conſilio.lxx.numero.12.* Ioan.Nicolaus.

¶*Limita iſtam concluſionem quinq; modis, ut per Feli. in capi.cùm in iure, in principio, de offic. delega. & in capi.fina.in.iiij.col.infra eodem.dicit ibi.& aliquid dicetur, in regula ſequenti.*

IX. PRAESVMPTIO.

1 Vidua fornicatrix idē præſumitur feciſſe viuo marito.

2 Raptoris pœna non punitur, qui rapuit mulierem, quæ alias fuerat tacta, vel laſciuiter oſculata.

3 Vidua ſtuprum cōmittens perdit dotem ſicut vxor adulterium committens, contrarium tenet.numero.5.

4 Probationes luce clariores non requiruntur in

criminibus

criminibus, quando agitur de pœna pecuniaria.

NOno. Præsumitur uidua † fornicatrix idem fecisse marito uiuente. §. fina. in autenti. de restitu. & ea quæ parit facit lex si ij qui. C. de adultc. ubi accusati de adulterio, & liberati prætextu consanguinitatis, si deinde contrahant matrimonium, præsumuntur prius adulterati. ix. præsumptio.

¶ Ad idem quod no. Pau. de castro consilio. ciij. uiso dicto
2 statuto, ubi † statutum puniens raptorem mulieris, nō habet locum in eo qui rapuit mulierem, quæ aliâs fuerit tacta, uel lasciuiter fuerit osculata: quia talis non præsumitur rapta per uim. De quo per Alberi. de rosa. in tertia parte statutorum. quæstio. xxxij. cum concordantibus per aliquos Moder. in. l. maritus, in fine. ff. de quæstio.

¶ ADDITIO. ¶ Vult allegare Hippol. marsi. & uide eundem singu. lxxiiij. tu habes. & in Rubri. de fideiusso. nu. 175. Ioan. Nicolaus.

¶ Et ex his etiam infertur, ad id quod notabiliter consuluit idem Paulus consil. cxliij. reuocatur in dubium, in. ij.
3 uolumine. ubi † dispositionē legis uolentem, quod uxor per adulterium perdat dotem, ampliat etiam in uidua stuprum cōmittente. refert & sequitur Ias. in. l. ij. in. ij. col. ff. soluto matrimo. Et ratio est, quia uidua dicitur esse in matrimonio, saltem fictè per interpretationem. lege Sororem. C. de his quib. ut indig. & ibi Pau. de castro idem tenet, & in lege fideicommissum. C. de fideicommissis.

¶ Sed tu, ultra rationes Pauli de castro ibi positas dic, quòd facit suprascripta præsumptio, quòd ex tali stupro commisso, in uiduitate, præsumitur idem fecisse in matrimonio.

trimonio dicto §. penulti.

¶ Nec obstat fundamentum Alexand. in dicta lege sororem, contrarium tenen. dum dicit, quòd iura pœnalia non debent extendi de casu uero, ad fictum. capitu. odia, de regulis iuris. in sexto. Nam respondeo, quòd non fit aliqua extensio, ex quo iura loquuntur de adulterio, de quo etiam nos loquimur, quia lex præsumit adulterium factũ uiuente uiro, per supradicta.

¶ Nec obstat, quòd in materia criminali, requiruntur apertissimæ probationes, nec sufficiunt præsumptiones.
4 lege fina. C. de probatio † quia illud procedit, ubi ageretur de pœna corporali: secus si de pœna pecuniaria, prout est in casu nostro, ubi ageretur de amissione dotis simpliciter. Et ita illam legem limitant Ludouicus Bononien. in consilio quadragesimonono. in additio. consiliorum Ioannis de ana. pro quo, facit quod notat Baldus in lege tertia. C. ad legem iuliam. maiesta. & uidetur de mente glos. prout eam declarat Imola ibi, in capitulo ueniens, primo, supra de testib. circa quod dictum Imo. uide Moderni. Perusi. in capitulo primo, in penultima columna, infra de appella. Et facit tex. in capit. testimonium, supra de testi. & sic, potest defendi prædicta decisio.
5 ¶ Ego † tamen non puto esse uerum: & in contrarium urget text. in dicto §. fina. ubi text. præsupponit, quòd si mulier fornicetur ultra tempus luctus, quòd non incidat in pœnas impositas transeuntibus ad secundas nuptias. De quibus in, l. prima. C. de secundis nuptijs. & hoc tenent glo. & Angel. ibi expresse in dicto §. fina. & nota. in autentica eisdem. C. de secundis nuptijs. Et

inter

Inter cæteras pœnas, est etiam diminutio dotis, ut habetur in dicta lege prima.

¶ *Nec obstat prædicta præsumptio, quia alio non constito, non est sufficiens ad faciendum principaliter aliquem condemnari super crimine præsumpto, ut in simili dixi supra, in septima præsumptione, in quarta fallentia.*

X. PRAESVMPTIO.

1 Periurus semel, præsumitur adhuc facturus periurium.
Periuro semel non defertur iuramentum ad probandum.
2 Testi alias periuro non creditur, sed an faciat indicium ad torturam, vel ad formandam inquisitionem.
3 Socius criminis licet faciat quandoq; indicium ad capturam, torturam, vel inquisitionem, hoc tamen non procedit in socio periuro.

Decimo. præsumitur† qui semel fuit periurus, adhuc facturus periurium. xxij quæstione quinta, capitu. paruuli, capitu. literas, in fine, infra eodem, unde qui semel fuit periurus, perdit officium probandi per iuramentum: secundùm Romanum *&* Rep. *in. l. admonendi, de iureiuran. facit quod no.* Feli. *in capitu. ex parte. ij. colum. de testi. capi. ad reprimendum, in prima colum. de offi.* Ordina. *in capi. pastoralis. in. xj. colum. uersic. secundò limita, de exceptio.* Et *faciunt multa similia, de quibus per* Bal. *in autenti. cui relictum, in. iij. col. uersicu. attende. C. de indic. uidui. tol.* Angel. *in. l. qui iudicio. ff. de accusatio. glos.* Decima præsumptio.

p 4 & ibi

& ibi Roma.*in.l.lex* Cornel.*ff.ad Sillania.*Pau.*de cast. in.l.j.C.de probatio.*Moder.*in.l.maritus.penul.colum.ff. de quæstio.*

¶ADDITIO.¶ *Vult allegare hippol.marsi.qui ibi egregia similia cumulat. & uide eundem latißime ad dotem huius præsumptionis, in rubri.de fideiusso. numero.67.usque ad numerũ.179.& in consilio.lxxviij. salus omnium.colum.antepe.& singul.lxxiiij. tu habes regulam.ubi multa cumulat.& aliqua per* Feli.*in capit. per tuas.columna fina.extra de simonia,& per* Nicolaum *euerardum præsidem, in centuria locorum legalium. in loco de tempore ad tempus.qui est locus quadragesimus secundus.* Ioan.Nicolaus.

2 ¶ *Et ex hoc infertur † quòd non creditur testi qui aliâs perhibuit falsum testimonium.*De quo,*in capi.testimonium,supra de testi.*Et *uidetur,quòd talis testis periurus non faciat indicium, nedum ad torturam, sed nec ad informandam inquisitionem.capi.sicut nobis,in fine, supra de testi.*Et *ita cõsuluit* Raphael Fulgo. *consi.clxxiij. & consilio.cvij.&* Deci.*consi.clxxxix.*

3 ¶ Et† *licet dictum socij criminis,faciat indicium ad capturam,& ad formandam inquisitionem,& in aliquibus casibus ad torturam:ut habetur per* Augu.*de* Arimi. *post alios in tracta.malefic.* Angel.*in uerbo fama publica,in quinta colum.*Tamen *istud non est in periuris, in quibus deficit fundamentum testimonium,uidelicet fides ipsa.dicto capitulo testimoniũ.& dicto capi.sicut.*Quod *singulariter nota.*

Vndeci

XI. PRAESVMPTIO.

1 Inimicus oli͂, præsumitur etiã hodie inimicus.
2 Litigans cum aliquo, an saltem lite finita possit contra eum testimonium dicere.

VNdecimò † Præsumitur etiã hodie inimicus, qui olim fuit inimicus. l. in ipsius. ubi Bal. no. C. fami. ercis. Inno. in capi. cum oporteat, de accusatio. Salice. & Alex. in l. iij. ff. de testi. Bal. in. l. ex persona. in. iij. col. C. de proba. xj. præsumptio.
2 ¶ Et propterea, infert. Areti. in. c. j. de iudi. quòd † cùm aliquis litigat contra aliũ, ex quo præsumitur inimicus, non poterit contra eum dicere testimonium, etiam lite finita, quia præsumitur inimicitia durare. De quo tamen dicendum est, ut ibi habetur: quia cõmunis opinio uidetur aliter esse per tex. in. §. si uerò odiosum. in auten. de testi. uidelicet quòd istud residcat in arbitrio Iudicis, qui ex qualitate negocij & personarum, arbitrabitur, nunquid iste adhuc seruet inimiciciã, ut per Anto. de Butrio, & Moder. ibi.

¶ ADDITIO. ¶ Et hoc residere iudicis arbitrio etiã asseuerat Deci. in. d. c. j. in prĩa lectu. licet in secũda aliud cõcludat pro cõcordia opinionũ. & præceptor meus. D. Frã. à ripa. col. vij. nu. 17. ubi etiã dicit standũ arbitrio iudicis quãta fides sit adhibẽda lite finita illi qui cõtra me litigauit. Aduerte tamẽ qd' opi. Are. ĩ. d. c. j. & clarius in. c. repellũtur. de accusat. uidelicet qd' ĩdistĩctè ille q cõtra me litigauit repellatur à testimonio cõtra me, ẽt lite finita, tenet D. An. Barb. ĩ d. c. j. col. iiij. & ibi latißime melius quã alius quispiam disputat D. Boschus Codeca. col. xij. cum

quinque sequentibus. qui tandem tenet cum Aretino Barbatia, & domino suo, et cõprobat ineuitabilibus fun damentis, & respondet fundamentis contrariæ partis, notabiliter: & ampliat multimode hanc sententiam Areti. & sequacium. ad quem sufficiat remißio, ne char tas occupem. Ioan. Nico.

¶ *Et ex hoc colligitur prima limitatio, ut regula nõ pro cedat, quando iudex arbitraretur nõ subesse inimicitiam. Secundo, non procedit, quando inimicus esset reconcilia tus. d. l. in ipsius, nisi de modico tempore reconciliatio præcesßisset. iij. quæstio. v. c. accusatores. not. in capi. per tuas, de simo.*

¶ ADDITIO. ¶ *Adde* Roma. *singula. cccxv. inci- piente* Innocentius *&c.* Alexan. *consilio. xcix. in causa inquisitionis. in primo uolumi.* Deci. *in dicto capi. j. de iudic. colum. iij. & ibi* D. Boschus *codeca allegat con- cordant. colum. xiij. & Præceptor meus domi. à* Ripa *colum. vij. nume. 17.* Hippol. *de* Marsil. *singul. clxxix. ui- get communiter. & in l. j. §. præterea. colum. ij. ff. de quæstionibus.* Ioan. Nicol.

PRAESVMPTIO XII.

1 Subditus olim, præsumit̃ etiã hodie subditus.
2 Libellus siue petitio an valeat, si peto a te decem ad quæ fuisti mihi obligatus.
3 Præsumptio faciens pro aliquo, debet ab eo alle gari, alias non releuat.

Duodecima præsumptio. D*Vodecimo*, † *Præsumitur qui olim fuit subditus, etiam hodie esse subditus, ut est text. ubi* Bald. & Abb.

Abb.in cap. præterea,ij.ſupra de tranſactio.ubi, ſi fratres confiteantur ſe olim fuiſſe ſubditos,condemnãtur, tã quam ſi de præſenti confeſſi eſſent.

¶*Et hoc facit pro opinione* Specula.*in titu.de actio. & petitio.§.ſequitur, uerſi.quid ſi dico.ubi tenet,*

2 †*quòd ſi in libello,peto à te decem ad quæ fuiſti mihi obligatus,ualet petitio, quia etiam hodie præſumeris obligatus.* Et idem tenent Butri. Ioan.*de imo. &* Andre*. ſicul.in cap.ij.de libel.oblatio.*Anchara*. in capitu. cùm uenerabilis,in* vj*.nota.infra de exceptio.*Rapha*.comen. &* Iaco*.de puteo in l.certum.§.*j*.ff.de confeſſis.* Rapha. Fulgo*.in l.*j*.ff.de edendo.*Rota *in deciſio.*cccxxv*.quidam in libello.*Feli*.in c.ſcribam, infra eod.Et pro iſta parte eſt glo.in dicta l.certum §.*j*.ubi,ſi quis confiteatur fundum fuiſſe actoris,præſumitur adhuc eſſe:niſi reus deinde probet amplius non eſſe actoris.* Et illam glo. *ita declarant* Din.Alberi*.de roſa.&* Rapha. *comen. ibi. & Bald.in d.c.præterea.*

¶*Contrarium tenuit Ci.in l.ædita,in* vij*.col.C.de eden. & idem ſequuntur* Bald.*&* Ang.*ibi.& idem tenet* Barto.*in d.l.certum.§.*j*.per illam glo. quæ, ut dixi, probat oppoſitum:&* Ange.*in l.ſi rem.ff de rei uendica.&* Rapha.*comen.conſil.* lxxj*. uiſo proceſſu.Adducunt etiam rationem:quia qui fatetur de uno tempore,cenſetur negare de alio.l.*j*.ff de his qui ſunt ſui uel alie.iur.l. fina. cum glo.ff.de teſti.*

¶*Poſſent cõcordari opiniones,firmando opinionẽ* Spe. *& ſequacium,pro regula,quam limita primo, ſecundum intentionem* Bar.*quando fuiſſet facta mentio de tempore præte*

præterito,ut excluderetur tempus præsens. iuxta capi. nonne, infra eod.& quæ dixi in cap.quod sedem, in primo notab.supra de offi.ordina.Nam isto casu, reus ipse non censeretur confiteri de præsenti,nec posset cōdēnari tanquam confessus:licet eo non probante mutationem, actor obtineret ex præsumptione legis.secūdū gl. in d.l. certum.& in actore in dubio non præsumetur facta mentio de tempore præterito ad exclusionem præsentis. Ex quo,per talem interpretationem,petitio esset inepta,argu.l.quoties.ff.de reb.dub.

3 ¶ *Secundo† limitatur quando ille qui fundat se ex tali præsumptione eam non allegaret:ex quo, præsumptio non allegata non releuat.l.si adulterium cum incestu.§. idem pollioni. ff.de adulte.Barto.in l. cùm quid.ff.si certum peta.*

¶ ADDITIO. ¶ *Notabilis est regula, quòd quoties præsumptio iuris est pro aliquo,illa debet allegari ab illo,alioqui non iuuat nec releuat.pro qua uide Barto.in l. rem alienam.ff.de pigno.act.Bal.& Ange.in l.super longi.C.de præscrip.longi temporis.& in l. si certis annis. C.de pactis.Salice.in l.certi.C.locati.& Alexan.consilio xciiij.in causa & lite uertente &c.colum.ij.libro ij. & consilio.lxxvj.in causa & lite.colum.fina. eod. lib. & consilio.lxix.in causa &c.col.iij.uersic.item posito&c. libro iij.ubi alleg.concor.& latißime consilio.xcij. uiso & opportune.libro v.cum similibus traditis ample per d.Ias.in dicta.l.cum quid.in secunda lectu.col.antepe.& ibi latius accumulat ad huius regulæ dotem. d. Francis. purpuratus nu.139.usque ad nume.151. & egregie per*

Deci.

Deci.in l.non hoc.C.unde legiti. Adde ultra illos Corne. consi.xxix.incipiente consilio supra.colū.penul.lib. iiij. Hippo.*in rub.C.de proba.nu.202.fol.12. & uide quæ traduntur infra præsumptione xxj.* Ioan.Nico.

¶*Et est ratio,quia cum præsumptio fundetur in dubio debet ille in cuius fauorem introducitur, eam adiuuare quantum potest,& allegare ut ostendat, se uelle uti tali beneficio.* De *quo etiam dicemus infra loco suo.* Et *istā limitationem sequitur* Paul.*de cast.in l. si minorem, in prima colum.*C.*de in integ.restitu.mino.& est de mente* Alexand.*in dicto.§.1.in apostilla ad* Barto.*licet* Rota *in dicta decis.uelit contrarium:de quo etiam per* And.*sicu. in d.c.ij.&* Feli.*in d.c.scribam.*

¶*Tertio limitatur,ut procedat illa opinio in libello, secus in confeßione partis:quia confeßio est stricti iuris: nec debet ulterius extendi,quàm uerba importent: secundum* Rotam *in prædicta decisio.*Butri.*&* Imol.*in dicto capitulo secundo.*

¶*Sed ista differentia mihi non placet.quia sicut libellus interpretatur in dubio,pro libellante.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.*Ita *etiam confeßio in dubio interpretatur in fauorem confitentis:ut dicit* Barto*. in l. is qui reus,colum penul .ff.de publi.iudi.*Deci.*consil. clxxxix. in vij.colum,*Et *ista limitatio, est contra d.c. præterea, quod loquitur in confeßione:& glo.in d l. certum, quæ secundum uerum intellectum probat contra* Bar.*ut dixi.*

PRAESVMPTIO XIII.

1 Confinium mutatio non præsumitur.

Termini

Termini quomodo probentur, remissiue.

1 Arbitramenta emologata per aliquos tanquam syndicos alicuius communis, in quibus statueban tur certi termini seu lapides finales, an probent, dato ꝙ non constet ꝙ essent syndici.

Decimatertia præsumptio.

DEcimotertio.† *Non præsumitur mutatio confinium: imò, ubi olim fuere termini, ibi etiam nunc esse præsumuntur.l.in finalibus.ubi* Bal.*&* Floria.*ff.fini.regundo.&* Feli.*in cap.cum causam.de probatio. & dicit ibi* Bald *quòd termini appositi ab homine, sunt mutabiles: termini uero à natura appositi, ut flumina, & montes sunt æterni: & in eis quod olim fuit uerum, idem etiam hodie est uerum.l.qui bona.§.si quis stipulaturus. ff. de dam.infect.*

¶ ADDITIO. ¶ *Vide supradicta cum concordan. traditis per* Nicolaum *præsidem in centu.locorum legalium.loco de tempore ad tempus.fol.71.uerso.*Ideo *inquit notabiliter* Alexan.*consi.lvij.in causa & lite.in fine lib. vij.quod quales hodie reperiuntur confines tales præsumuntur olim fuisse, quia mutatio confinium non præsumitur, nisi probetur.*Et *uide eundem* Alexan.*consil.xxv. consideratis.eo.lib.& per* Curtium *senio consilio.lvj.& notabiliter* Calcaneum *consilio.xc.quia ista quæstio.* Ioan.Nicol.

¶ Et *quomodo probentur termini, habes ibi late per* Feli.*& per* Moder.*in.l.cùm aliquis.C.de iure delibe.*

¶ ADDITIO. ¶ *Vltra quos uide* Soci.*consi.lxxxix. colum.ij in primo.*Alexan.*consil.xij.uiso processu.colũ. fina.lib.iiij.& consil.lvij.lib.vij.& consil.lxxxviij.quoniam*

niam omne datum.colum.ij.& consi.sequenti.col.ij.lib. v.Areti.notabiliter consil. xlij. uiso consilio. Calcane.d. consilio xc.ubi egregie per totum consilium.& Corneū consil.clxxj.uidetur in hac.lib.j.per totum consilium.et dominum Ludoui.Bologni.consi.iiij.uiso igitur.col.ij. et melius quàm alibi decium consil.xlij . quasi per totum consilium.maxime in quarto & quinto dubio. Aliquid per Hippol.in rubrica de probatio.nume.152.& in l.de minore.§.plurimum.nume.78. de quæstio . cum concordan.traditis per Corsct.in suo repertorio,in uerbo,fines, Ioan.Nico.

2 ¶ Et uidi dubitari,†nunquid arbitramenta emologata per aliquos tanquam syndicos alicuius communis , in quibus,statuebantur certi termini,seu lapides finales,probent,dato,quòd non constet,quòd tales essent syndici: & uidebatur quòd non,quia mãdatum non præsumebatur, ut per Baldum in l.prima.C.de reb . alien . non alienan, & Alexan.in lege sciendum.ff.de uerbo.obligatio . cum concordan.

¶ Contrarium fuit dictum quia ex quo isti termini reperiebantur ita positi,prout in illis arbitramentis fuerat ordinatum, & ita steterant per longum tempus, uidebantur arbitramenta emologata etiam ab uniuersitate,quæ tandiu permiserat illos terminos,& tacuerat : ex quo paria sunt ratificare uel facto,uel uerbis.l.paulus respondet. ff.rem ra.habe.Bal.in l.nõ ignoras . in j. col.C. qui accusa.non poss.Nec est uerisimile,quòd communitas permisisset illos terminos apponi,nisi illi qui ratificauerant,fuissent uiri syndici.Facit quod nota.in l . cùm

seruus.ff.de uerbo.obligatio.Et sic,habes unam ampliationem ad prædictam præsumptionem.

PRAESVMPTIO XIIII.

1 Temporis cursu quæ mutantur,non præsumũtur in eodem statu.
2 Aetas quando est fundamentm intentionis alicuius debet per illum probari.Fallit nu.4.6.&.8.
3 Matrem pupilli si quis dicat repelli a successiõe ob non petitum tutorem,debet probare quod ille filius esset pupillus.
5 Clericus cui facta est concessio præbendæ, si est legitimæ ætatis,debet hoc probare, non aduersarius contradicens.
6 Aetas vbi requiritur ad habilitatem personæ & validitatem actus,& non agitur de præiudicio alicuius,tunc ætas habilis præsumitur,& alleganti contrarium incumbit onus probandi.
7 Substitutus pupillariter habet intentionem suã fundatam quod pupillus sit mortuus in pupillari ætate,nisi hæres institutus a pupillo,probet maioritatem ætatis.
8 Minor præsumitur cui datus est curator tanquã minori.Intellige vt ibi.& nu.11.
9 Probationes per coniecturas sufficiunt in probatione minoris ætatis.
10 Aetas filij an probetur per librum patris.

Decimaquarta præsumptio.

DEcimoquarto.† *Quæ ex cursu temporis mutantur, non præsumuntur in eodem statu.l.spadonem.§. qui absolutus.ff.de excusa.tuto.& ibi glo.& docto.* Et *hæc est una limitatio ad prædictam regulam.*

¶ ADDITIO. ¶ *Vide amplißime per Petrum de ancha.*

Anchara.in regula semel malus.colum.antepenul.penul. & finali.de regu.iuris.in vj.cuius dicta fere de uerbo ad uerbum transportauit Nicol præses in centuria loco.leg. in loco de tempore ad tempus.& idem Pet.de Anchara. consi.quinto.pro parte.& Florianum in l.non est necesse.ff.de probatio.cum alijs concordan.traditis per Felin. in capitu.in præsentia.col.xij.uersi.Glossa in uersic.sol. tamen &c.Et Franciscus de Aretio ibidem col.iiij.Soci. consilio lxxxix. in causa.columna quinta. libro primo. Ioan.Nicol.

¶ Ex qua infertur, quòd quamuis aliquis fuerit minoris ætatis,non tamen sequitur, quòd etiam hodiè sit minor: 2 imò regula est,† quòd ubi ætas est fundamentum intentionis alicuius,siue sit actor,siue reus,ille debet eam probare.l.cùm te.C.de probatio.l.si minorem.C.de in integ. restitu.mino. Barto.consi.xc.

3 ¶ Et propterea,† si quis dicat matrem pupilli repelli à successione,quia non petijt illi tutorem, debet probare,quòd ille filius esset pupillus,secundum Bald.consilio xix.factum tale,in v.Et si quis uult repellere procuratorem à iudicio tanquam minorem,debet probare eum esse minorem.Idemq; tam in actore,quàm in reo: secundum Petrum Iaco.Cyn.& Salice.in dicta l.cùm te.& ubi aliquis simpliciter consequutus est beneficium; qui uult eum dicere inhabilem per ætatem, debet probare, ut per Ioan.Andre.in regula infamibus,de regu.iuris,in sexto. in mercuriali. Quod intellige,nisi in concessione,conditionaliter requireretur habilitas ætatis: quia tunc, ipse deberet uerificare ætatem,de quo infra dicam.

4 ¶ Fallit † primo supradicta regula, ubi aspectus corporis manifestè ostenderet aliter: quia tunc, iudex transferret probationem in illum, qui contradicit aspectui. l. minor xxv. annis adito præside. ff de mino. & per Barto. in l. de ætate. in iij. q. & ibi scribentes, eodem.

¶ Fallit secundo, quando aliquis non admittitur, nisi in certa ætate conditionaliter: nam ipse debet probare conditionem euenisse.

5 ¶ Et † propterea, clericus cui facta est concessio præbendæ, si est legitimæ ætatis, debet ipse hoc probare: non autem eius aduersarius contradicens. ut dicunt Ioan. Andre. in dicta regula in finibus, Bald. & Salice. in d. l. cum te. Floria. in l. cum de ætate. ff. de probationi. in ij. colum. Et hoc procedit, etiam quando fundamentum intentionis aduersarij esset ætas, ut dixi: & est ratio, quia cum tali casu fundamentum utriusq; sit in ætate, stamus regulæ, ut qui dicit conditionem euenisse: hoc probet in l. in fideicommissi. §. pollidius. ff. de usuris. l. ex his. C. quando dies lega. Et hoc modo intelligenda est glos. lxviij. distinctio. cap. presbyter.

¶ ADDITIO. ¶ Hanc etiam limitationem tradit And. Barba. in capi. in præsentia. col. lix. de probatio. Ioan. Nicol.

6 ¶ Fallit † tertio, ubi ætas requiritur ad habilitatem personæ, & ualiditatem actus, & non agitur de præiudicio alicuius, quia tunc, præsumitur ætas habilis: & quilibet præsumitur idoneus ætate & moribus, secundum Petrum Cyn. Bal. & Salice. in d. l. cum te.

¶ ADDITIO. ¶ Hanc limitationem tradit Andr. Bar=

Barba.in dicto capi.in præsentia,colum.lix.de probatio. Ioan.Nicol.

¶ Vnde,si quis sit officialis,præsumitur habere ætatem, quæ requiritur in tali officiali:& contrarium dicens,debet probare: & si quis fecit testamentum, præsumitur fuisse in ætate,habili:eodem modo,qui fecit professionem, præsumitur fecisse in legitima ætate.capit.in præsentia, ubi omnes notant,de probatio.

¶ Et hoc procedit, quando huiusmodi actus de directo non tendunt in præiudicium alicuius: licet incidenter tenderent:prout in dicto cap.in præsentia.aliás, si de directo præiudicarent,esset secus, & staremus regulæ: ut est de mente Baldi & Salice.in d.l.cum te.

¶ Et propterea,si pater grauauit filium fideicommisso, concessa tamen sibi libera testandi facultate,cum ad uigesimum annum peruenisset,& ipse fuerit testatus: fideicommissarij non grauabuntur onere probandi,quod esset infra illam ætatem,sed hæredes instituti ab illo,& est ratio,quia iste actus testandi de directo tendit in præiudicium fideicommissariorum:unde,tali casu,stamus regulæ. Et ita uidi obtineri in facto per supradicta.

¶ Et facit,quod singulariter uoluit Bal.in quodam cōsi. incipien.ex parte contingente: quem refert & sequitur do.Decius,in cap.in præsentia, col.xxiij.uersicu.prædi-
7 ctis.ubi dicit, † quòd substitutus pupillariter, habet fundatam intentionem,quòd pupillus sit mortuus in pupillari ætate:nisi hæres institutus ab isto pupillo, probet maioritatem ætatis.argu.l.ex facto.§.penul.ff.ad Trebel. Et potest esse ratio,quia tale testamentū tendit de directo

in præiudicium substituti.unde,non præsumitur pro habilitate actus.Et ista decisio mihi placet: licet in contingentia facti,uiderim eam ualdè replicari in dubium.
¶ ADDITIO. ¶ Hanc Baldi decisionem sequitur Soci.consil.lxxxix.in causa agitata.col.iiij.lib.primo.& Ioan.Baptista de sancto Seueri.in l.precibus.fol.penulti. colum.iiij.C.de impube.& ibi etiam dominus Franciscus Curtius iunior,colum.ij.qui omnes sequuntur illam Baldi decis.& dicunt mirabilem & notandam. Ioannes Nicolaus.
8 ¶ Fallit quarto,† quando alicui esset datus curator, tanquam minori:nam præsumeretur minor,nec incumberet sibi onus aliter probandi ætatem,ut per Baldum & Angelum in dicta l.cum te,& Alexan.consi.lxxxv.in ij. colum.in ij.uolumi.
¶ Quod tamen dictum intellige & declara,ut per eundem Alexan.consi.xxi.in primo uolumi.uidelicet,ut procedat quò ad eum,cum quo contraxit ut minor,non autem generaliter quò ad omnes,per regulam, quòd res inter alios acta &c.Sequitur Decius consilio cxlix.in iiij. col.Et mihi placet,nisi concurrerent aliæ coniecturæ mi-
9 noritatis,† quia in probatione ætatis, sufficit probatio per coniecturas:ut habetur in d.l.de minore. & in d. l.cùm te,cum simili.
10 Vnde † liber patris,probaret ætatem filij:secundum Salice.in d.l.si minorem,allegat tex.in l.etiam.ff.de probatio.Quæ lex,parum facit:quia legis professio,nō significat attestationem seu testimonium,sed denunciationem, quæ fit publicè in actis apud prætorem uel iudicem.l.ij. ff.de

ff.de censib.l.interdum.ff.de publica.l.prima.C.si minor maio.se dixe.l.finali.ff.de probatio.nam tenebatur pater, profiteri nomina filiorum, quando nascebantur, de quo apud Iuuenalem,Tollis enim,& libris actorum spargere gaudes,Argumenta uiri.& facit quod not.idem Salice.in dicta l.etiam.

¶ Aduerte tamen: quia posset generaliter teneri, quòd imò etiam quò ad alios, probaretur minoritas ex datione curatoris:per illud quod notabiliter uoluit Abb.in capi. cùm inter,secundo,in ulti.col.de electione.ubi, si quis sit reiectus ab electione propter morbum,talis eiectio operatur,etiam quò ad alias electiones,nisi probaretur sanitas. Et est ratio,quia non potest negari, quin illa reiectio faciat præsumptionem morbi:quæ præsumptio sufficit ad hoc quòd aliquis repellatur ab electione:secundum Abba. ibi:certè istud est in casu nostro:ex quo,ad probationem ætatis,sufficit probatio per præsumptiones & coniecturas:ut supra dixi.ergo,satis est,si probetur per rem inter alios actam.

¶ ADDITIO. ¶ Vide notabiliter Corneum consi. lxix.uisis.col.pen.lib.j.ubi allegat concordantes pro hac quarta limitatione.& notabiliter do.Stepha.Bertrandi consil.xlviij.ex processu.col.vj.nu.14.in primo uolumi. nouißimo. Ioan.Nico.

11 ¶ Puto † esse distinguendum,ut,si tutor uel curator sit datus cum causæ cognitione,& in contradictorio iudicio:procedat opinio Baldi & Angeli in d.l.cùm te.aliter,non.Et illud satis probatur per notata per Sali.in d.l. si minorem.dum & ipse firmat,quòd ex actis simul factis

etiam contra alios probatur ætas.

¶ ADDITIO. ¶ Ex his quæ à principio huius xiiij. præsumptionis hucusq; habuisti, colligere potes à quo debeat probari ætas allegata uel negata & quomodo probetur, tu (ultra loca hic citata per discursum totius præsumptionis) uide Archidia. Ancha. do. Philip. Franc. in c. si eo tempore. de rescrip. in vj. Barba. Feli. & Deci. in dicto c. in præsentia. Paul. Castren. consi. cxxiiij. in causa quæ uertitur coram domino. & consi. ccccxxxvij. in q. quæ uertitur inter rectorē. lib. j. in nouißimis. Lucam de penna, in l. j. col. iiij. C. de fide instrumen. & iure. libro x. Anchara. in regula semel malus. Calderi. consilio quinto, titulo de probatio. Imolam consil. xxiij. in casu præmisso. Alexan. consilio cxlix. uiso processu. nu. 12. lib. quinto, & consil. xxix. clarißime. lib. septimo, & Calcaneum consi. lxxx. licet dubia. col. penul. & fina. ex quibus locis resolutus eris à quo & quomodo ætas allegata, uel negata probari debeat. Ioan. Nicol.

XV. PRAESVMPTIO.

1 Præsumitur quis esse de ea ciuitate vbi reperitur, nisi probetur alienigena. de veritate. 2.
3 Contrahens si factat se scribi in instrumento Titium de Papia, deinde repertus Papiæ, velit declinare forum quasi non sit Papiensis, cogitur probare.

Decimaquinta præsump. DEcimoquinto. ¶ Præsumitur quis esse de ea ciuitate in qua reperitur, nisi probetur alienigena: quia non præsumi

præsumitur quis mutare locum, sed habitare in patria sua, secundum Barto. in l. is potest. in vj. col. uersi. aliquando ille qui dixit. ff. de acqui. hæredi. Per quod infert notanter Guido papæ, in suo tracta. præsumptionum, in quinta charta, uersi. reperitur aliquid: quòd si reperiatur instrumentum Decani & capituli certæ ecclesiæ, licet in eo nõ sit specificatus locus, iuxta nota. in l. generaliter. C. de tabula. libro x. in l. optimam. C. de contrahen. stipula. tamen ualebit, quia præsumitur factum in illa ecclesia: ex quo, Canonici ibi solent residere, nec talis locus præsumitur mutatus. facit in simili lex si locus. ff. de iudicijs. & quod not. Bartol. in l. si ut proponas. ij. C. quomodo & quando iudex.

2 ¶ Aduerte † tamen: quia non uidetur bene probari, quòd quis præsumatur esse de ea ciuitate, in qua reperitur: imò, uidemus quotidie plures alienigenas uersari in ciuitatibus. l. ij. §. deinde cum post aliquod. ff. de orig. iur. & Barto. in d. l. is potest. nõ uidetur firmasse istam præsumptionem: sed simpliciter uult, quòd absentia ciuis de patria sua, non præsumatur, nisi probetur. Et sic, ei qui dicit absentem, incumbit onus probãdi. Et dato quod præsumptio ipsa procederet, limitari debet per illud quod notabiliter uoluit Baldus in lege finali. C. si à non competenti iudice. ubi, si aliquis contrahens faciat se inscribi in instrumento Titium de Papia, deinde Papiæ repertus, uelit declinare forum, quasi non sit Papiensis: cogitur istud probare; quia præsumptio est contra eum. sequitur Felinus in capitulo cum causam, in tertia columna, de probationibus. Facit quod nota. per Bartolum

& alios, in rubri. ff. solu. matrimo. &c.

XVI. PRAESVMPTIO.

1 Voluntate in qua quis fuit, in ea durare præsumitur.
Ampliatur & limitatur multimode. 3.
2 Possidere etiam nunc præsumitur, qui olim possedit.
4 Voluntatis mutatio præsumitur propter mutationem morum.
Mandatum an reuocetur si aliqua de nouo emergant in personam procuratoris.
5 Voluntas non intelligitur mutata rebus sic stantibus, rebus autem non sic stantibus, si res deueniat in casum in quem uerisimile sit disponentem aliàs dispositurum, tunc censetur mutata volũtas, in actu dependente ex voluntate vnius.
Clausula rebus sic stantibus quando attendatur et quando non. & nu. 6. vsque ad finem.
7 Scholaris iuramentum de non doctorando se alibi quàm Bononiæ, intelligitur rebus sic stantibus.

Decimasexta præsumptio.

DEcimosexto. ¶ Præsumitur † quis durare in ea uoluntate, in qua fuit. l. eum qui uoluntatem. ff. de probationi. l. cùm hic status, in sui princi. ff. de donatio. inter uirum & uxo. cap. maiores. de baptis.

¶ Quod amplia, etiam si lapsum sit longum tempus, ut per Iasonem *in l. sancimus. per illum textum, in tertio notabili. C. de testamen.* De quo *per glos. &* Docto. *in l. j. C. de seruis fugiti.*

¶ Secundo amplia, etiam si uariarentur personæ: dummodo

modo sit eadem ratio uoluntatis in una, quæ in alia, ut probatur ex doctrina Bartoli in l. Gaio. in princip. ff. de alimen. lega.

¶ Tertio amplia, ut istud procedat, etiam si statutum requireret probationem uoluntatis per certum tempus, puta per Triennium: quia tunc, sufficeret probatio uoluntatis à principio: ex quo lex deinde præsumit perseuerantiam in futurum, ut dicit Areti. consi. l j. in prima colum. allegat Innocen. & Anto. de Butrio in cap. proposuit, per illum tex. de cleri. excommu. mini. sequitur Iason in l. non hoc. C. unde legiti.

2 *¶ Et † ex hac præsumptione infertur, quòd cùm possessio ciuilis retineatur animo, si quis semel possedit, præsumitur etiam nunc poßidere, ne censeatur animus mutatus: secundum Bartol. & Docto. in l. siue poßidetis. C. de probatio. de quo infra dicam.*

3 *¶ Limitatur † ista cõclusio, ut procedat rebus sic stantibus, aliter ex causa, quandoq; censetur mutata opinio, secundum do. Decium in c. j. in ij. notabi. supra de iudic.*

¶ Adde pro hac limitatione, quod not. Barto. in l. in con-
4 *firmando. ff. de confir. tuto. ubi notat, † quòd propter mutationem morum, præsumitur mutatio uoluntatis. Et hoc inducit ad quæstionem, an, si aliqua de nouo emergerent in persona procuratoris, reuocetur mandatum: de quo, est text. in l. cùm quis. in princi. & in l. si cùm Cornelius. ff. de solutio.*

¶ Facit quod notat Aretinus consilio xxij. in tertia columna. & quod nota. in autenti. ex causa. C. de libe. præte. Ad idem text. lxxxj. distinct. cap. ualet, ibi, plerunq; dum

ex natura contractus:quia illa subintelligeretur per talem clausulam.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.

¶ Fallit tertio,quando lex ex aliqua causa interpretaretur uoluntatem contrahentis:& concederet rescißionem seu reuocationem.ueluti est in donatione, quæ reuocatur per superuenientiam liberorum.l.si unquam.C.de reuocan.donationi.Socinus consilio xxij.in ultima columna, in quarto.

¶ Fallit quarto, quando superueniret aliqua causa inconsiderata:de qua, à partibus nihil uerisimiliter esset agitatum.glos.xxij.quæstio.ij.capitu.ne quis.l.finali. ubi Bald.Salice.& Docto.C.de non numerata pecunia.capi. cum inter P.de renunciationi.& ibi Butrius & Imola

7 dicunt,† quòd iuramentum scholaris de non se doctorando alibi,quàm Bononiæ,intelligitur, rebus sic stantibus.capitulo quemadmodum, infra de iureiurando. Ad idem doctrina Bartoli in l.aut facta.§.primo.ff.de pœnis. & quod nota.in l.cum proponas.secunda.per illum textum.C.de pactis. Et circa istam clausulam, uide etiam Iasonem in dicta l.quod seruius.ff.de condi.ob cau.& per Ioan.Firmi.in tractatu gabellarum,in secunda parte,in quinta quæstione.

XVII. PRAESVMPTIO.

1 Conduxit si quis fundũ ad certum tp̃s finito tp̃e si perseueret,censetur reconduxisse.& quare.

2 Dispositio l.item quæritur.paragrapho fin.cum l.seq.ff.locati.non procedit quando agitur vt contractus fiat in scriptus.

Dispo-

3 Dispositio l.item quæritur.paragrapho fi.ff.loc. procedit in precario,& deposito.sed an procedat in emphyteosi.
4 Sed an procedat in socio conducente partem domus communis ab altero socio.
5 Relocatio quæ censetur facta tacite ex perseuerantia finito tempore,cēsetur facta cum omnibus qualitatibus quæ erant in priori locatione.
6 Reconductio quæ fit vigore l.item quæritur.paragrapho fina.ff.loca.censetur facta etiam si locator decesserit relictis hæredibus.
Idem conductore mortuo,si hæredes perseuerent.
7 Locator si vigore statuti teneatur ante tres menses denunciare inquilino,alias censeatur facta recōductio,an si locator litiget contra inquilinum:quia non soluebat,vt eum ejceret, per aliquot annos, an censeatur facta reconductio pro illo anno.

Decimaseptima præsumptio.

*DEcimoseptimo.¶ † Qui conduxit fundum per certum tempus,finito tempore,si perseueret, præsumitur reconduxisse.l.item quæritur.§.fina.& l.sequenti.ff. loca. Et ratio dependet ex præcedentibus:quia non præsumitur mutata uoluntas.unde,si essemus in actibus,qui fiunt ex neceßitate, non procederet dicta præsumptio. prout est in tutoribus,*Decurionibus,*& similibus,ut ibi per* Barto.Bald.*& alios.*

2 ¶ E*t ideo,† illa lex non habet locum, quando agitur, ut contractus fiat in scriptis, secundum legem contractus.C.de fide instrumento.quoniam uidetur fuisse mens contrahentium,ut non aliter contrahatur,quàm scriptura facta & perfecta sit,quæ mens mutata non creditur per supradicta:& facilius assumitur præsumptio semel*

placiti

placiti contractus, quàm eius, qui non placuit. argumen. l. uel uniuersorum. ff. de pignorati. actione. Et ita declarat Fulgo. in dicto §. fina. penul. col. & bene.

3 ¶ Et ista præsumptio † procedit nedum in locatione, sed etiam in precario. l. in rebus. §. finali. ff. de precar. & etiam procedit in deposito, secundum Raphaelem Com. consil. viij. in fine. & etiam in emphyteusi, dato quòd de consuetudine requiratur scriptura, secundum Ludo. Roma. consi. ciij. uiso propositæ quæstionis. licet Alexan. con silio lxxvj. uisis dubitationibus in v. dicat contrarium: quia dicta lex loquens de simplici locatione, nō debet trahi ad emphyteusim, in qua agitur de translatione utilis dominij: & sic agitur de grauiori præiudicio, secundum Bald. in dicto §. fina. in secunda lectu. quæ ratio si esset uera semper tolleretur argumentum de locatione ad emphyteusim: quod tamen est ualidum. §. adeo, in institu. loca. unde mihi placet opinio Roma. ex quo, ratio dicti §. fina. æqualiter militat in utroq; casu.

4 ¶ Et procedit † dicta præsumptio etiam in socio conducente partem domus communis ab altero socio, secundum Petrum de Vbaldis, in tractatu societatis, in prima parte, q. x. licet Soci. in l. serui electione. §. primo. ff. de lega. primo. innuat contrarium: quia ideo censetur conductor reconduxisse, propterea quòd non posset aliter licitè retinere rem. l. merito. ff. pro socio. Et ista uidetur ratio dicti §. fina. ut ibi per Barto. & per Alexan. consil. primo, in penulti. colum. in ij. uolu. Quæ ratio cessat in isto socio, qui potuit licitè habitare totam rem communem. l. duo fratres. ff. de acquiren. hæredi.

Sed

¶ *Sed prior opinio mihi placet per dictum §.fin.qui indistinctè loquitur.*Et *quia ratio uerior & uniformis tam ad locatorem quàm ad conductorem est,quia præsumitur uterq; approbare eandem uoluntatem in hoc tacito contractu,quam priori tempore in expresso approbauerant per supradicta.*Et *ratio quæ colligitur ex d.l.merito.non respicit nisi conductorem tantum.*

5 ¶ Et *ex † dicta ratione infertur, quòd talis relocatio censeatur facta cum repetitione omnium qualitatum quæ erant in priori,de quo per* Bart.& Doct.*in l.si mihi &* Titio.*in fi.ff.de uerbo.obli.*Bal.*in l.legē.in prin.C.loca.* And.Sicu.*consi.xij.in ix.colum.cum seq.in ij.uolu.*Ioan. Firmi.*in tracta. gabella.in ij.parte,in v.q.in fine.*

6 ¶ Item *infertur, quòd talis reconductio censeatur facta etiam si locator decesserit relictis hæredibus.*Nam & *ipsi uidebuntur consensisse,si patiantur conductorem remanere in re conducta.argu.l.si id quod.§.fi.ff.pro socio. secundum* Paul.*de Cast.in dicto §.fina.*Et *idem est, etiam mortuo conductore, si eius hæredes perseuerent: secundum* Ange.*in l.cum satis.§.caueant.C.de agric.& censi. lib.xj.quem refert & sequitur* Ioan.*de* Anania,*in cap.ij. infra de* Iudæis.*quod dicit ualde esse notandum.unde dato quòd isti hæredes ignorarent locationem factam,nō procederet dicta præsumptio,quia cessat ratio.*

¶ Idem *si locatore mortuo adita non sit hæreditas:& ita potest intelligi tex.in d.l.qui ad certū.in fi.& quod not.* Pau.*de cast.ibi,& aliquas limitationes ad d.§.fi.uide per* Alexan.*in dicto consi.lxxvj.*

7 ¶ Et *uidi † dubitari stante statuto,quòd teneatur dominus*

minus denunciare inquilino ante tres menses, aliâs censeatur facta reconductio: dominus litigauerat cum inquilino, quia non soluebat pensionem, ut eum eijceret per multos annos, tandem obtinuerat: dicebatur quòd pro illo anno censebatur facta reconductio, quia non denunciauerat, & sic non seruauerat formam statuti: dixi contrarium, quia ista reconductio fit ex præsumpta uoluntate partium. d. l. qui ad certum. quæ præsumptio satis tollitur per cōtrariam uoluntatem, ex eo quòd dominus litigabat, ut eum expelleret: unde, apparebat quod lapso termino, nō intendebat relocare, unde cessabat ratio & forma statuti, ut per Bal. *in l. unica. in iiij. opposi. C. ut quæ desunt aduoca. par. iud. sup. Areti. consi. lj. in prima col.*

XVIII. PRAESVMPTIO.

1 Furiosus qui olim fuit, & hodie furiosus præsumitur.
Limitatur ibidem & nu. 2.

DEcimooctauo. ¶ † *Præsumitur olim q̄ fuit furiosus, & hodie esse furiosus. c. fi. & ibi gl. &* Abb. *in ulti. col. j. de success. ab intest. gl. in c. iudicas, iij. q. viij. per* Moder. *in l. furiosum. C. qui testa. fiace. pos.* Alexan. *consi. cxlj. in primo uolu. consil. lxxxv. & sequen. in ij. & xcij. in v.* *Decimaocta ua præsumptio.*
¶ ADDITIO. ¶ *Et dicto consi.* Alexan. *cxlj. repetitur, lib. sexto consil. decimo, & consil. lxxxv. hic allegatum repetitur, consil. cxlvij. in vij. uolu. & uide pro hac præsumptione ultra hic allegata* Nicol. *præsidem in locis legali. in loco de tempore ad tēpus. &* Pet. de Ancha. *consilio*

consil,quinto.pro parte.colum.secunda.Corneus consil. lxix.uisis nonnullis. colum.penulti. lib.j.& consil.xxj. uisa.lib.secundo,ubi allegat concordan.& egregie domi. Stephanus Bertrandi in consilio xlviij. ex processu. columna octaua.numero 24.& sequentibus,multum amplissime,lib.ij.in nouissimis.& do.Franciscum Curtium iuniorem consil.clj.sacratissimæ trinitatis &c.col.ij.& per totum consilium. Ioan.Nicol.

¶ Quod limita primo procedere, quando probaretur quòd per aliquod tempus continuatum fuit furiosus:aliâs si probaretur de aliquibus actibus particularibus stultitiæ olim factis,non præsumeretur hodie furiosus : secundum Bartolum in l.ij.in fine.ff.de bono.posses.furio.infan.Soci.consi.xlij.in primo.

¶ ADDITIO. ¶ Et Alexan.in dicto consilio cxlj. & lxxxv.& pro hoc facit text.in l.penulti.§.finali.de ædilitio edicto.uide Iason.in dicta l.furiosum.col.iij.uersicu.quid autem si non apparet. Ioan.Nico.

2 ¶ Secundo † limita,quando iste furiosus etiam aliquo tempore fuisset sapiens, ut quia haberet aliqua dilucida interualla.Nam tunc in dubio,iudicamus eum sapientem uel stultum,secundum naturam actus ab eo gesti.ut per Baldum in cap.primo,per quos fiat inuestitura.per Ancharanum in clementi.si furiosus.de homicid.Imolam & alios in l.qui testamento.§.nec furiosus.ff.de testamentis. Andreas Siculus in consilio quinquagesimonono, in secundo,Socinus consilio quadragesimosecundo.& consi. lxj.in sexta columna.

¶ ADDITIO. ¶ Ambæ istæ limitationes colliguntur

guntur etiam ex dictis Barbat.*in dicto c.fi.de succeß. ab intesta.colũ.antepenul.&* Alexan.*in dicto consi.* lxxxv. *cum sequenti cõsi.lxxxvj.&* Ias.*in d.l.furiosum.col.iij. uersic.quid autem si non apparet &c.* Ioan.Nico.

¶*Et ad hanc præsumptionem faciunt quæ infra proxime dicam.*

PRAESVMPTIO XIX.

1 Aegritudine aliqua si quis olim laborauit, etiã hodie morbosus præsumitur.

Quod qualiter & in qua ægritudine procedat traditur nume.2.

Electus ab electione repulsus propter infirmitatẽ si ex tractu temporis ad aliã ecclesiam eligatur præsumitur adhuc eodem morbo laborare.

D*Ecimonono* † *præsumitur, quòd qui olim aliqua ægritudine laborauit, etiam hodie sit morbosus.* Ita *est glo.quam ibi sequuntur docto.in capi.cum inter, supra de electio.* Decimanona præsumptio.

¶*Et propterea inferũt, quòd si quis repulsus fuerit ab electione, quia esset inhabilis propter infirmitatem, si ex tractu temporis, ad aliam ecclesiam eligatur, præsumitur adhuc eodem morbo laborare, nisi probet conualescentiam.*

¶ADDITIO. ¶*Pro hac præsumptione adde* Barbatiam *in d.c.fi.col.penul.de succes. abintesta.&* Alex. *in d.consi.x.colum.ij.& seq.lib.*vj.D.*Stephanum* Bertran.*consi.xlviij.ex processu.colum.ix.nume.24.& nume.25.* Ioan.Nicol.

¶ Sed in hoc est difficultas, nunquid istud procedat in qualibet infirmitate. Et Innocen.& Compostel.Bal.& Cardina.ibi tenent,quòd non procedit nisi in morbo naturaliter durabili.pro quibus facit lex spadonem.§.qui ab solutus.ff.de excusatio.tuto.& idem tenet Anchara.post antiquos, vij.q.ij.capitulo primo.

¶ Contrarium,quòd imò dicta præsumptio generaliter procedat,est de mente glo.ibi,quã sequuntur Ioan. Andr. Butri.Abbas,& Imo.per illum tex.in fine,in uersi.solũmodo:ubi uidetur probari,quòd ille contra quem obijcitur in infirmitate,debet probare se ĩmunẽ à tali morbo.

¶ Sed potest responderi,quòd ille textus loquitur in morbo epileptico,id est Comitiali seu caduco,qui morbus naturaliter est durabilis,ut dicũt medici,& Celsus libro tertio,capi.xxij.& facit tex.in.d.capi.j.vij.q.ij.Et ista opinio mihi satis placet,& est magis communis.

XX. PRAESVMPTIO.

1 Dominus olim, præsumitur etiam hodie dominus.

Intellige & declara vt nu.2.& nu.4.

2 Dominus hodie,non præsumitur retro fuisse dominus.

3 Villa quælibet existẽs intra terminos diœcesis ciuitatis,præsumitur subdita ciuitati.

4 Negans se dominum,& possessorem, censetur rem pro derelicta habere.

Dominium non potest solo animo amitti.

5 Dominium de præterito si plene nõ fuerit probatum,non præsumitur hodie esse penes allegãtem nisi

nisi plene probetur.

6 Dominus olim nõ præsumitur hodie dominus, nisi hoc alleget.

Vigesimò. Præsumitur qui fuit dominus, etiam de præsenti esse dominus. l. siue poßide. ubi notatur. C. de probatio. capi. præterea. ij. ubi Abb. supra de transactio. & quod not. Soci. consilio. clxxxvij. in. iij. columna. in. ij. xx. præsumptio.

¶ADDITIO. ¶*Et Corneum consilo. ix. uidetur. libro. iij. & consi. xxiiij. licet. col. ij. lib. iiij. Alex. Iaf. Deci. & alios in locis infra in tertia & quarta limitatiõe per me allegandis.* Ioan. Nicolaus.

¶*Et est ratio, quia dominium sine facto nostro non amittitur. l. id quod. ff. de regu. iur. ergo qui uult dicere factum nostrum interuenisse, debet probare.* Facit quod not. Bal. *in. l.* j. *in antepenul. col. C. de confeßis. ubi ampliat, istud nedum procedere in eadem persona, sed etiam in eius successores.* Et probatur optimè *in. d. l. siue poßidetis, et per notata per* Barto. *in . l. pomponius. §. fina. ff. de acquiren. posses.* Butr. & Abb. *in cap. cùm ad sedem, de resti. spolia.*

2 ¶*Intellige† istam præsumptionem, ut de præterito præsumatur in præsens: non econtra: quia qui hodie est dominus, non præsumitur retrò fuisse dñs, secũdùm eũdẽ Bal. in. l. si hi qui. C. de adulte. quia tali casu, nõ est aliqua caussa sufficiens, unde oriatur talis præsumptio. l. et quæ. §. cũ dicitur. ff. de pig.* Declarant idẽ Bal. & Sali. *in. l. ex persona. C. de proba. &* Alex. *consi. xvj. in. j. col. in. v. uol.*

¶ADDITIO. ¶*Et notabiliter consuluit idem Alexander consilio. lxxxj. in causa & lite uertente inter*

gasparem.col.ij.lib.vij. Ioan.Nicolaus.

¶Secus si sit aliqua caussa sufficiens,ut ibi per Alexan. Est uerũ,quòd in casu Alexã.uidebatur caussa sufficiens, quia ibi Ciuitas prætendebat de præsenti iurisdictionem in quadam uilla:& ex tali iurisdictione,de præsenti,uidetur quòd etiam præsumatur de præterito. Ex quo in isto casu Ciuitas uidetur habere iustam & sufficientem caus-
3 sam præsumptam per regulam,quòd † quælibet uilla existẽs intra terminos diœcesis Ciuitatis,præsumitur subdita Ciuitati.l.nulli.C.de episco.& cleri.ubi Bald. in.iij. col.capi.ad decimas,de restitu.spoliato.lib.vj.& quod no. idem Bal.in capi.cùm olim,de præscrip.ubi dicit, quòd præsumitur in dubio subdita Ciuitati cui magis adiacet.sequitur Alexan.in.l.si conuenerit.§.si nuda.ff.de pignora. actio.unde,cùm aliæ ciuitati concordaret cum origine rei uidebatur attendenda,iuxta nota.in dicta.l.si prius,& supra dixi.

4 ¶Secundo,†intellige dictam præsumptionem non procedere,quando ipse Dominus negaret se dominum & possessorem simul,quia censeretur habere rem pro derelicta:secus si negaret se dominum,sed retineret possessionem;quia solo animo non potest perdere dominium.l.si quis ui.§.differentia.ff.de acquiren.possessio. & not. per Abba.in capi.cùm ad sedem.supra allegato,in.vj. notab. de quo dic ut ibi.& adde tex.in.l.sicut,§. superuacuum. ff.quibus mod.pig.uel hypo.sol. ubi non creditur asserenti se alienasse ea,in quorum possessione reperitur:imò alienatio præsumitur simulata,de quo dic ut ibi.

5 ¶ADDITIO.¶Limita†tertio hanc conclusionem

seu

ſeu præſumptionem ut procedat, quando plene conſtaret & probatum eſſet de antiquo & præterito dominio, tūc enim de præterito bene infertetur ad præſens, ita quòd qui plene probauit ſe olim fuiſſe dominum, nunc præſumetur dominus. ſecus ſi nō plene probauit de antiquo dominio, ſed minus plene: puta per teſtimoniū de auditu, per famam, uel per alias minus plenas probationes: quæ licet ſufficiant ad probationem antiqui dominij, ut per Doctó. *in l. cum aliquis. C. de iure delib. & in c. cum cauſam. de proba. &* Bal. *in anten. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle.* Innocen. *& alios in capi. ueniens. de uerbo. ſigni. cum ſimilibus. tamē ex tali dominio per tales inidoneas & mācas probationes probato, non infertur ad præſens dominium, ideo qui ſe olim fuiſſe dominum illis probationis modis docuerit, nō præſumitur hodie dominus. Iſtam egregiam limitationem tradit* Corneus Peruſi. *conſil. xxiiij. licet in Themate. col. ij. lib. iiij. & multis comprobat, maxime, nam ſi illud diceremus, concurrerent duæ ſpecialitates ad finem unius probationis habendæ contra. l. j. cum ſimilibus, C. de dotis promiſſio. prima ſpecialitas eſſet, quòd propter antiquitatem ad probandum dominium admitterentur probationes aliàs inhabiles & inſufficientes. ſecūda ſpecialitas eſſet, quòd admitteretur probatio præſumptiua de præterito ad præſens, quæ non eſt regularis & propria probatio. l. Lucius. cum uulgatis. ff. de cōditio. & demonſtra. concludit ergo* Corne. *ubi ſupra quòd licet ad probandum dominium antiquū, propter ſe tolleretur defectus probationis, quia propter antiquitatem non poteſt probari directa & plena probatione, non tamē debet tolerari*

lerari defectus dictæ probationis ad finem ut resultet probatio sufficiens dominij hodierni.

6 ¶ *Quarto* † *intellige hanc præsumptionem procedere dummodo hoc à parte allegetur, alioqui, qui olim dominium habuit, non præsumitur hodie habere, nisi dominiũ de præsenti alleget secundùm* Docto. *maxime Ias. in l. cũ quid. in secunda lectu. nu. 30. ff. si certum petatur. ubi* D. *Purpur. nu. 143. Ias. &* Deci. *in. l. non hoc.* C. *unde legiti.* Cor. *d. cõsi. ix. & faciunt quæ dixi supra in xij. præsum. & dicetur in sequenti præsumptione.* Ioan. Nicolaus.

XXI. PRAESVMPTIO.

1 Possidere hodie præsumitur, qui olim possedit. Limitatur multimode. 2. 5. 6. 9. 10. 11. 15. & 16.
2 Præsumptio debet allegari ab eo pro quo ius præsumit, alioqui non iuuatur, præsumptione. & nume. 3.
Possidere an præsumatur, qui olim possedit, si ipse non alleget possessionem.
4 Præsumptionem iuris pro se facientem quando quis tenetur allegare, an sufficiat in iuris allegationibus vel post cõclusionem in causa illam allegare.
5 Successor vniuersalis vel particularis an præsumatur possidere, si antecessor olim possedit.
Defunctus an præsumatur tẽpore mortis possedisse, quod alias viuens possedit.
6 Possidere rem mobilem an hodie præsumatur qui olim possedit. late.
7 Hæres an præsumatur possidere rem mobilem quam possidebat defunctus.
8 Hæredis iuramento, negantis se talem rem non reperisse in hæreditate, creditur.

Possessionis

11 Possessionis continuationem allegans, si de præsenti non possideat naturaliter, an licet olim possederit, præsumatur hodie possidere.
12 Possessio ciuilis perditur spatio decem annorũ.
13 Possessor antiquior retinet in interdicto retinendæ possessionis.
Possessio præsumitur continuata, etiam si per conductores non sit soluta pensio.
14 Agenti interdicto recuperandæ sufficit probare quod aliquando possedit: quia præsumitur etiam tunc possedisse quando fuit deiectus.
15 Possidens hodie, nõ præsumitur olim possedisse. intellige & restringe.
16 Possidens olim non præsumitur hodie possidere quando esset præsumptio efficacior quod hodie non possideret.

Vigesimoprimo. † Præsumitur qui olim possedit, & hodie poßidere, ut notant gl. Bar. & scribentes in l. siue poßidetis. C. de proba. & in. l non ignorauit. C. ad exhiben. Do. Anto. Abb. *& alij in capi. cùm ad sedem, de restitu. spolia. &* Rota *decisio. cxx. in nouis.* Roma. *consilio cccxxix. in fine,* Alexan. *consi. cxxxiij. uiso processu, in secunda col. in prĩo, et consi. lxxx. col. iij. & consi. cij. in. ij. uolu. & consi. cviij. in penul. col. in. v.* Areti. *consi. lxvij. col. iij. & cõsi. ciij col. iij. siue. ij. & cõsi. cxx.* Andre. *sicu. consi. xij. col. v. in tertio.* Soci. *consi. clxiij. colũ. iij.* Feli. *in capi. in præsentia, de probatio. col. xij.* xxj. præsumptio.

¶ADDITIO. ¶ *Et* Ioan. *fabrum in. §. j. col. j. insti. de usucap. & do.* Lauren. *calcan. consi. centesimo. incip. quòd ueniat. col. vj.* Ioan. Nicolaus.

2 ¶ *Primò limita † hoc procedere, si ipse hoc alleget,*

aliàs si possessio non sit allegata,nō habet locum ista præsumptio,ut tenent Barto.& Docto.in.d.l.siue poßidetis & Barto.in.l.Celsus.col.penul.de usucapio. Pau.de cast. & Alexander in.l.certum.§.j.ff.de confeßis. in apostil. Areti.in.l.pomponius.§.fina.ff.de acqui.posses.& est cōmunis conclusio.

¶Contrarium consuluit do.Alexan.in dicto cōsi.cxxxiij. col.ij.quia cùm possessio acquisita non perdatur nisi mutata uolūtate,ista mutatio uoluntatis non debet præsumi, quamuis non allegaretur perseuerantia.

¶Sed ista ratio non uidetur concludens ex quo regula
3 est,†quòd præsumptiones descendentes ex facto proprio,ad hoc ut iuuent,debent allegari.Bar.in.l.cùm quid ff.si certum petatur.Alexan.in.l.qui in aliena.in.iiij.col. ff.de acquiren.hæredi.Abb.& alij in capit.afferte, infra eodem.Feli.in capi.cùm ordinem,de rescrip. & dixi supra uersic.xij.& habetur latè per moder.in repeti. legis Celsus.in tertia parte principali.ff.de usucapio.
4 ¶Et†licet non fiat talis allegatio in actis, tamē sufficit ea in allegationibus iuris fieri:& postquā sit in caussa cōclusum,secundùm Butri.in cap.peruenit,de emptio. & uendi.Alexand.in.l.prima.in.ij.colum.C. ut quæ des. Aduoca.secundùm Moder.in dicta.l. Celsus. Est uerum, quòd istud dictū indiget altiori indagine,quia uidetur cōtra nota.per Barto.in dicta.l.cùm quid,& eundem Alexand.consi.xciiij.in secunda colum. in secundo. De quo etiam per Ias.in.l.si certis annis.C.de pactis.Dicemus aliquid,expeditis istis regulis.
5 ¶Limitatur secundò † non procedere in successore uniuer

*uniuersali,uel particulari,secundùm Areti.in.l.pomponius.§.fi.ff.de acqui.pos.*Et *consequenter, quãuis constet antecessorem tantum possedisse,non tamen credetur tibi alleganti quòd tempore mortis possederit:quia ex quo cõtinuatio possessionis consistit in aĩo qui olim possedit, si asserat se hodie poßidere.sibi creditur:quia ĩ his quæ dependent ab aĩo,statur dicto asserentis:iuxta glo.in.§.aliæ, institu.de actio.*Bart.*in.l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.*
¶ADDITIO.¶*Et glo.ubi* Hippol *allegat concor. in.l.j.C.ad.l.cor.de sicarijs.* Ioan.*Nicolaus.*
¶*Sed successor non potest attestari de aĩo primi possessoris.l.idem pomponius scribit si mihi.§.fi.ff.de rei uend. per* Bar.*in.l.inter stipulantem.§.j.ff.de uerbo.obli ergo cessante rõne,debet cessare dispositio.l.adigere,cũ uulga.*
¶*Ad idem ponderat doctrinam* Bar.*in.l.fi.in ulti.col.*C.*de edic.diui* Adri.*tol.ubi* Bar.*dicit,quòd quãdo dubitatur, an defunctus possederit tpe mortis,non debet fieri mißio in possessionẽ ex beneficio illius legis:quia hæres nõ probat id,quod est caussa intentionis suæ,scilicet defunctum possedisse tpe mortis.*Ecce *ergo,quòd quãuis defunctus semel possederit,non præsumitur idẽ fecisse tẽpore mortis.*
¶*Tu aduerte,quia ista limitatio non est uera:& contrarium tenet* Bartol *quem sequuntur alij communiter in dicta.l.pomponius.§.fina.de acqui.possess.*Anto.*de butri. &* Abb.*in dicto capi.cùm ad sedem,& domini de* Rota, *decisio.cxxiiij.nec fundamẽtũ* Aret.*est bonũ:quia nõ præsumitur q olim possedit,& hodie poßidere,quia creditur suæ assertiõi,ut dicit* Are.*sed q̃ꝛ præsũptio iuris est,quòd mutatio non præsumatur,& illa assertio requiritur non*

r s in uim

in uim atteſtationis,ut dicit Areti.ſed allegationis, quia factum allegari debet,ad hoc ut præſumptio iuris inde reſultet:per doctrinā Bar.in d.l.cùm quid.& quod no. Cy.in l.edita,in vj.colum.C.de eden.per legem omnes.§. lucius.ff.de his quæ in fraud.credi.& etiam ratio Areti. non procederet,niſi reſpectu ciuilis poſſeßionis,non autē naturalis:quæ ultra animi apprehenſionem,requirit & factum.l.j.in prin.ff.de acqui.poſſeſ.

¶ Nec obſtat doctrina Bar.quia Barto. debet intelligi, quando dubitatur an defunctus poſſederit tempore mortis,quia alius nunc ſit in poſſeßione,uel aliter offuſcata ſit præſumptio legis:aliàs hæres, probato quòd author ſuus ſemel poſſediſſet,haberet intentionē fundatam: quia quāuis lex requirat probationem pro forma per certum tempus,tamē ſuſtineretur iſta probatio per præſumptionem:ſecundum Areti.conſi.lj.col.ij.Iaſ.in l.non hoc.C. unde legiti.& ſupra diximus.

6 ¶ Limitatur † tertio,ut regula procedat in rebus immobilibus:ſed in rebus mobilibus,uidetur ſecus:quia rerum mobiliū poſſeßio de facili perditur.l.ſi rē mobilem. ff.de acqui.poſſeſ.Ita uidetur tenere glo. in l.inciuile.C. de furt.Et firmat Specu.poſt huber.de Bobio,in titu. de actio.ſeu petitio.§.primo,uerſic.quid ſi ago.Idem tenet Paul.de caſt.in l.ſi minorem,in prima col.C.de in integ. reſtitu.mino.Areti.conſi.cxx.procedendo breuiter.Mod. in l.celſus.ff.de uſucap.

¶ ADDITIO.¶ Vult allegare Balb.de auilhana.idē etiam tenet Claudius de ſaicello.col.ix. Ioan.Nicol.

¶ Contrariū tenet Abb.in c.cùm ad ſedem,col. vj. quia aliàs

alias resultaret magnum præiudicium actori, qui fortè nõ habet aliam actionẽ personalem si negetur res stare.

¶Sed tu sequẽdo ratiocinia, fac tres casus. ¶Primus est qñ quis olim possedit, & asserit etiam hodie se possidere, & isto casu procedit dicta præsumptio, prout firmat Butri. in d.c. cùm ad sedem. & Salic. in d.l. siue possidetis & quod not. Bal. in l. ex persona, col. fi. uersicu. sequitur de prædicamento. C. de probatio.

¶Secundus casus est, qñ negat se hodie possidere. & uera est opi. Spec. ut nõ præsumatur hodie possidere quicquid dicat Abb. in d.c. cũ ad sedẽ. cõtra quẽ est cõis opi.

¶Fallit quando tempore litis contestatæ. quis possideret l. non ignorabit. C. ad exhibendum. l. cùm quidam. C. de fide instrumen.

¶Fallit secundo, si negans habuerit causam ab actore. l. si creditor. C. de pigno. actio. Nam tũc fingitur quòd possideat, ex quo dolo desijt possidere: ut per Bar. in d.l. siue possidetis. Et nõ attenditur præiudicium actoris: ex quo extra istos casus reus nõ tenebatur ad aliquã custodiã rei mobilis, uersus ipsum actorẽ: & sic tollitur æquitas considerata per Abb. Et facit quod no. Alex. consi. cxcvij. circa primum, in ulti. col. in ij. uolu. & per Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden.

¶ADDITIO. ¶Potes & tertio hũc secũdũ casum limitare, ut procedat, qñ illud tempus anterius quo probatur possedisse, nõ est de recenti nec de proximo: secus si probetur qđ de proximo & recẽti possidebat: quia præsumeretur etiã nũc possidere. d.l. nõ ignorabit. secũdũ unã lectu. fa. l. si rem. ff. de excep. rei iud. nisi de alio possessore

docceat

doceat quo casu,si ipse dolo desijt poßidere,pro possesso re habetur.l.si is qui dolo.ff.de rei uendi. Et facit pro hac declaratione generalis regula quam tradit Barto.& docto.in d.l.si quis ex argento.§.fi.ff.de eden.quod si pro batum sit rem fuisse penes aliquem,tenetur ille probare amißionem.& licet secundum Ias.& cõmuniter alios illud procedat in obligato actione personali uel habente causam à me,tamen idem credo isto casu dici posse propter uicinam & recentem possessionem:arg.no. per glo. Bar.& doct.in l.si uentri.in fi.ff.de priuil.credi.ubi etiã domi.meus à Ripa.& Roma.consi.lxviij.uisis.& Curt. consil.liiij.super duobus.col.iij.Deci.cõsi.clxxxij.in casu occurrenti.in fi.& hãc etiam declarationem colligere potes ex distinctione tradita per Nicol.præsi.in loco de tempore ad tempus. Ioan.Nicol.

¶ Tertius casus est,quando quis nec negat nec affirmat se poßidere:& tunc non præsumitur possesio perseuerasse,ut est de mente doct.in d.l.siue poßidetis: & quod not.Ancha.consil.ccxcvij.efficacius,colum.penul.& infra dicam.Et sic non est differentia quò ad hoc,siue res sit mobilis,siue immobilis.

7 ¶ Sed nunquid † quod dicitur de principali,habeat locum in hærede?& uidetur quòd sic,per ea quæ prædixi in præcedenti limitatione.Et ad hoc est glo.xvj.q.vj.c.si episcopum,in glo.fi.circa medium.ubi uult,quòd quælibet res quæ erat penes defunctum,præsumatur peruenisse ad eius hæredem,ex quo succedit in uniuersum.arg.c. tua. infra de usur.Facit tex.in l.cum ita.§.species.ff.de leg.ij.& quod no.Bal.in l.de his.C.de fur.

8 ¶Est uerum,†quòd si hæres negaret se repperisse talem rem in hæreditate,staretur eius iuramento: argu.l. prætor.§.sed & si seruus.ff.de edendo.per Bar.& doct. in l.si quis ex argentarijs.§.an uerò hæredi,eod.titu. Facit lex fi.C.de fide instru.& ita consuluit Areti.in dicto consi.cxx.sic declarans tex.in l.si creditor.C.de pignora. actio.quod non esset in principali:ut est glo.in d.§.species,& per Alex.consil.cl viij.in ij.col.in secundo.

9 ¶Limitatur†quarto, ut procedat regula in eo qui se fundat in possessione propria: secus si se fundaret in possessione aliena:secundum Anchara. in dicto consilio . ccxcvij . Nam cùm possessio tertij possit extingui pluribus modis,non debet hic præsumi quòd duret: quia probatio non esset concludens.cap.in præsentia,supra de probatio.Tu dic,quòd melior ratio est,quia ita demum ista præsumptio habet locum,si ipse possidens asserat se possidere,quia tunc præsumetur,quòd animus eius duret. Sed in tertio hoc non potest procedere,quia ignorat uoluntatem ipsius,unde non admittitur tertius allegans de tali uoluntate:ut per Barto.in l.fi.ff. si ager uecti.uel emphy.Ias.in l.posthumo,in viij.col.C. de bono. possess.contra tab. Et ista limitatio est de mente glo . in d.l.siue possidetis,dum dicit ita demum admitti hanc præsumptionẽ,si agatur de cõmodo possessoris:& sic non attenditur commodum tertij,& uoluit Bar.in d.l. Celsus.

10 ¶Limitatur†quinto,quando non constaret de possessione de præterito,nisi per confessionem partis:quia tũc non infertur ad præsens,ex quo confessio non debet recipere extensionem,præsertim contra confitentem, argumen.l.si

men.l.ſi quis intentione.ff.de iudi.Sed iſta ratio nõ eſt bona,quia ipſa confeßio non extenditur, ſed lex ex probatione reſultante per confeßionem inducit præſumptionem ad tempus præſens: & talis præſumptio dicitur actus legis,non ipſius confitentis.unde dic de iſta limitatione ut ſupra dixi in præſumptione xij . huius regulæ.

11 ¶Limitatur ſexto,†quando allegans continuationem poſſeßionis,non poßideret de præſenti naturaliter: quia tunc licet olim poßederit,non præſumitur hodie poßidere:per doctrinam Bar.in l.fi.col.fi.C.de edic.diui Adria.tol.& per id quod not.Matth.in nota.cxvj. incip . nota mirabilem doctrinam.

¶ADDITIO. ¶Et expreſſe do.Alex.in additio.ad Bart.in d.l.celſus.in uerbo,extremitates.& ibi etiam Balbus. Ioan.Nicol.

¶Sed tu aduerte:quia iſtud procederet,quando iſte allegans poſſeßionem,iamdiu eſſet quòd non poßideret natu
12 raliter.puta quia lapſum eſſet decennium.† nam tali tempore,amittitur ciuilis poſſeßio iuxta glo.in l. prima. C.de ſeruis fugi.cum ibi notatis.Barto.in d.l.celſus . col. iij.Curt.conſi.xxiiij.ſuper eo.colum.ij.Idem ſi de modico tempore non poßideret,ſed ſuſpicatus eſſet ſe poſſe repelli:nam & tunc perditur ciuilis poſſeßio.l.clam poßidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren.poſſeßio. & quod not.Fulgo.conſi.cxciij.proponitur.col.ij.alioquin extra iſtos caſus,regula ſtat firma,quia ciuilis poſſeßio quæ fundatur in animo,cenſetur durare,quia nõ præſumitur mutatio uoluntatis:ſecundum ſupradicta.unde in tali caſu, poſſeßio alterius quæ eſt recentior,cenſetur clandeſtina.

Et†pro

13 ¶ Et † propterea, in interdicto retinendæ, iste antiqor retinet, ut nota. in c. licet causam, de probatio. per Barto. in l. si duo. ff. uti poßidetis: & etiam si per conductores nõ sit soluta pensio: adhuc præsumitur possessio cõtinuata, ut per Bald. in l. pomponius. ff. quib. mod. ususfru. amit ta. Soci. consi. cvj. in iij.

14 ¶ Et † ex eadem ratione infertur, quòd agenti interdicto recuperandæ, sufficit probare quòd aliquando possedit, quia præsumetur etiam tunc possedisse quando fuit deiectus, ut est text. in cap. olim. iij. supra de restitut. spolia. ibi uel prius etiam habuisset: & est communis conclusio in d. cap. cùm ad sedem. Nec obstat doctrina Bart. in d. l. fi. quia responde ut supra dixi.

15 ¶ Limitatur † septimo, ut non procedat regula econuerso: quia qui hodie poßidet, non præsumitur olim possedisse, ut dicit Bald. in l. ex persona. C. de probatio. & in consilio. xij. quidam dominus Matthæus, in primo uolu. Anchara. in regula semel malus, de regu. iuris. in sexto. Floria. in l. non est necesse. ff. de probatio. Soci. consilio, lxxxix. in penul. colum. in primo. ubi dicit istud non procedere, quando ex possessione de præsenti procederet aliqua legitima ratio, per quam possemus arguere quòd etiam olim possederit: per doctri. Salice. in dicta l. ex persona, per illum tex. quod mihi placet. unde probato de dominio ab antiquo tempore, & de possessione de præsenti uideretur quòd retro debeat præsumi etiã possessio: quia uidetur legitima ratio & caussa, quòd qui fuit dominus, etiam possederit. argumen. l. procuratorem. C. de acquir. posseß. Et licet per se ista non sufficerent, tamen iuncta simul

ſimul debent operari.l.ſi hi qui adulte. & quod ibi not. Bald.C.ad legem iul.de adulte. & iſtud uidetur uoluiſſe Bal.in l.unica.in v.colum.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt,quod eſt ualde notabile.Cogita tamen.Et pro iſta limitatione facit,quia nec hodie dominus præſumitur retro fuiſſe dominus,ut dixi in præcedenti præſumptione.

¶ ADDITIO. ¶ *Quod ex præſenti poſſeßione non præſumatur quis retro poſſediſſe,conſuluit Alexan. conſil.lxxxj.in cauſa & lite uertente inter gaſparē &c. col.ij.ubi alleg.concor.lib.vij.* Ioan.Nicol.

16 ¶ *Limitatur † octauo, ut non procedat iſta regula, quando alia præſumptio efficacior eſſet, quòd imo talis hodie non poßideret,puta præſumptio oriens ex ſententia,quæ eſt efficacior iſta præſumptione,ſecundum imo. in c.inter monaſterium,& ibi Feli.in xv.limitatione. infra de re iudica.& eſt ratio,quia una præſumptio aliam tollit.l.diuus.ff.de in integ.reſtitu.*

¶ *Sed nunquid præſumptio per quam delictum euitetur de qua in l merito.ff.pro ſocio,ſit efficacior iſta, & eā tollat:& dicendum eſt,quòd non,ut probatur in dicto.c. olim,ubi præſumitur quis ſpoliatus,qui probat ſe aliquā do poſſediſſe,& eſt communis.*

¶ *Nec obſtat quòd ſpoliare ſit delictum, & ad conuincendum aliquem de delicto, non ſufficiat præſumptiua probatio.l.fi.C.de proba.quia illa lex loquitur, quando agitur principaliter ad pœnam,& criminaliter,ut ſupra uidimus:& etiam non excludit præſumptiones à lege approbatas,ut ibi per Bal.& not.in cap.afferte,infra eod. & tollitur iſtud argumentum per cap.ſuper eo.ſupra de renun-*

renuncia.ubi præsumitur renunciatio facta per uim uel metum,& sic præsumitur delictũ,& efficacior est præsumptio,quòd aliquis res suas nõ iactet:de qua,in l. cum de indebito.ff.de probatio.Quæ præsumptio coadiuuat eam,de qua nos hic loquimur,ut per Abba.in dicto cap. cùm ad sedem.

PRAESVMPTIO XXII.

1 Media præsumuntur,extremis probatis.

2 Possidere se hodie si quis doceat,& ante decennium possederit præsumitur medio tempore continuo possedisse,& quid in præscriptione triginta anno.

3 Media an præsumantur probatis extremis, tantum in his in quibus de præterito præsumitur ad præsens,an vero etiam in alijs casibus.

4 Forensis si probetur a decem annis vltra fuisse in hac ciuitate non sequitur quod medio tempore fuerit.

Vigesimosecundo.Probatis extremis,præsumũtur media.cap.inter dilectos,ubi Butri.Abb.& Felin.de fide instrumen cap.accedens,ubi glo.de conuers. coniuga. glo.in cap per tuas,infra de condi.apposi.& in cap. ex parte,in glo.penul.ubi Imola supra de rescrip.Bald. & Moder.in l.talis scriptura,per illum textum.ff. de lega. primo. *Vigesimasecunda præsumptio.*

2 ¶*Et propterea,†probato quòd hodie quis poßideat, & ante decennium possederit,præsumitur medio tempore possedisse,& possessionem continuasse.Barto in l. si=*

cut,quibus mod.pign. uel hypo.soluitur, & in.l. celsus, columna penulti.ubi moder.ff.de usucapio. cum concordan.per Sicu.consi.xij.in primo,& Soci. consi.clxxxvij. in.v.columna.

¶ ADDITIO. ¶ *Adde Anchara.consi.v. pro parte .col.ij. Alexan.consi.lxxxix.excellentißimi.colum.fina. libro.v. & consil.xxxix.uisis.colum.iij.lib ij. Curt. seni. consi.xxiiij.super eo.colum.ij. Calcan. consil.centesimo. quod ueniat.colum.v.uersic.quinimo non solum.ubi allegat concor.Barba.consi.xxxv.sapienter.colum.iij. & cõsilio.xxxvij.scribitur.col.x.lib.ij.Soci.consilio.xvj.in causa quæ uertitur.col.ij.lib.iij.* Ioan.Nicol.

¶ *Quod intellige,quo ad probandã præscriptionem decem Annorum:sed ad probandam præscriptionem uiginti uel triginta Annorum,debet probari initium & extremitas cuiuslibet decennij,ut dicit mathesi.notabili suo ex.incipien. nota mirabilem,& moder.in dicta.l. celsus, & Feli.in dicto capitu.inter dilectos. Et ita intelligitur glo.xvj.q.iiij.capi.uolumus.*

¶ ADDITIO. ¶ *Ita etiam tenet Alexan. in additionibus Barto.in dicta.l.celsus.super uerbo probentur extremitates.* Ioan.Nicolaus.

¶ *Sed mihi uidetur indistinctè uerior alia opinio, quòd imò in qualibet præsumptione.sufficiat simpliciter probare extremitates totius temporis;prout fuit de mente omnium antiquorum,De quo per Salice.in.l.super longi. C,de longi tempo.præscrip.Barto.in dicta.l.celsus,Gemi nia.in dicto cap.sicut.liij.distinctio.& Abb.post alios in capitu.accedens,de priuileg.Anchara.in capitu. penulti. de præ*

de præſcriptio. in.vj. Et confirmatur ex prædicta regula.

¶ADDITIO.¶Et ita tenet Calcaneus in dicto con ſilio cēteſimo,qui loquitur de poſſeßione.lxx.lx.l xl.xxx. xx.x.v.& unius annorum. Ioan.Nicolaus.

¶Non obſtat ratio matheſil.dum dicit,quòd poſſeßio ciuilis,ex qua cauſſatur præſcriptio,non præſumitur continuata per decem annos,ſiue ultra decem annos,niſi conſtet de poſſeßione naturali.l. peregrè.ff.de acquirenda poſſeßione.quia dico,quòd imò conſtat de poſſeßione naturali,ſaltem præſumptiuè,quod ſufficit, ut per Aretin. in dicto conſilio quinquageſimoprimo.ex quo, qui ſemel poſſederit naturaliter, præſumitur eandem naturalem continuaſſe,ut ſupra uidimus,unde,poſſeßio ciuilis præſumitur ſemper durauiſſe eodem modo, quia cùm dependeat ab animo, præſumitur durare animus, etiam lapſo termino. lege ſancimus.C. de teſtamen. facit textus in dicto capitu.accedēs,in uerbo proceſſu temporis,generaliter accipiendo,& quod notat Soci.conſi.cxcv. in ſecundo,in fine.

5 ¶Sed circa† hanc præſumptionem contingit dubitari an habeat locum in his tantum,in quibus à tempore præterito præſumitur in præſens,puta in poſſeßione & in conſenſu.d.l.ſiue poßidetis,& l.eum qui,de probatio. Et uidetur,quòd non ſit ita reſtringenda,quia aliàs eſſet modici effectus:ex quo,abſq; eo quòd probetur ultimum extremum, idem eſſet dicere, modò allegaretur & non probaretur.

¶Contrarium facit,quia ſequeretur abſurdum, quod in

his quæ sunt accidentalia, nec natura sui durabilia, per ista extrema præsumitur medium:& istam partem uidetur tenuisse do.Cardina.in dicto capi.sicut.lx. distinctio: ubi dicit,quòd ista præsumptio nõ habet locum,nisi quãdo medium habet coniunctionem cum extremis, quæ inferunt consequentia necessaria uel uerisimilia.

4 ¶ *Facit† quod no.* Imola *consi.ix.quòd quamuis probaretur,quòd aliquis forensis à decem annis ultra esset in ista ciuitate in qua est etiam hodie:non sequeretur,quòd debeat præsumi,quòd medio tempore,semper ĩ ea fuerit.* Et *istud uidetur uerius.Cætera uide per* Feli.*in dicto capitu.inter dilectos.*

XXIII. PRAESVMPTIO.

1 Possidere quis præsumitur ex titulo præambulo.

2 Legata si fuerit res titio,& reperiatur in possessione,præsumitur titulo legati possidere.

Hæreditas si fuerit alicui delata,& reperiatur rem hæreditariam possidere,præsumitur titulo hæreditario possidere.

3 Possidens aliquo titulo non potest sibi causam possessionis variare.

Procurator si emat rem nomine domini,& est sibi res tradita, ita quod quęsiuit possessionem domino,licet possederit triginta annis tanquam propriã, non propterea præscribit.

4 Consanguineus vel amicus.si in re cuius possessionem & titulum habeo,faciat aliquos actus, videtur hoc facere iure familiaritatis.

5 Vxor sicut viuente marito præsumitur collegisse *fructus*

se fructus rerum mariti iure familiaritatis, ita in dubio debet præsumi post mortem mariti.

Vigesimotertio. Præsumitur quis possidere ex titulo præambulo. l. prima. §. 1. ff. de exceptio. rei uendi. l. ij. C. de acquiren. possessio. not. in. l. quædam mulier. ff. de rei uendicatione. xxiij. præsumptio.

¶ ADDITIO. ¶ Vide egregie de materia huius præsumptionis Soci. consi. xv. insignis doctor. columna fina. libro. iiij. Ioan. Nicolaus.

¶ Et istud etiam procedit in iuribus. l. si à te, ubi Bal. ff. si serui. uendi.

2 ¶ Et † propterea, si legata fuerit res Titio, & reperiatur in eius possessione, præsumitur possidere titulo legati. l. penul. ff. pro lega. Et idem est in hæreditate, nam si alicui sit delata hæreditas, & reperiatur aliquam rem hæreditariam possidere, præsumitur istud facere titulo hæreditario. argumen. l. iij. uersi. & quod de subeunda. C. de naturali. liber. Quod tamen intelligendum est, ut nota. in. l. prima. C. de repud. hæredi. & per Bar. in. l. gerit, de acquirenda hæredi.

3 ¶ Et facit, † quia ubi quis semel possidet aliquo titulo, non potest sibi uariare caussam possessionis. l. non solum. §. quod uulgò, de usucapio.

¶ Et dicit Ioan. Andre. in additio. Spec. in tit. de emptio. uersicu. si pars: quòd si procurator emit rem nomine domini, & est sibi tradita res, ita quòd quæsiuit possessionẽ domino, licet possederit triginta annos tanquam propriã, nec restituat domino, nõ tamẽ præscribit, quia non potuit

 sibi

sibi mutare caussam possessionis, sequitur & declarat Areti.in.l.iij.§.illud.ff.*de acquirenda possessione.*

4 ¶ *Facit† & ad aliam quaestionem, quando quis habet titulum & possessionem, si eius cōsanguineus uel amicus faciat aliquos actus possessorios, uidetur hoc facere iure familiaritatis, & sic ex titulo praecedenti adiuncti sui.l. qui iure:ubi* Barto.& *alij.ff.de acquiren.possessione.*

¶ Et *quod no.Pau.de cast.in consi.clxxix.in caussa quā magnificus, in primo uolumine. ubi frater minor ponens officiales in castro, praesumitur posuisse iure familiaritatis fratris maioris, ad quem iurisdictio castri spectabat.*

¶ Et *propterea dicit* Soci.*consi.cxxx.in primo uolumi.*

5 *quod† sicut uxor uiuēte marito praesumitur collegisse fructus rerum mariti, iure familiaritatis.l.ob maritorū, ubi nota.C.ne uxor pro mari.*Ita & *in dubio debet praesumi post mortem mariti, nè uideatur sibi mutasse titulum possessionis.dicto.§.illud.* Et *ista procedunt etiam si titulus non esset uerus, sed putatiuus: secundùm* Soci.*consi. xiij in quarta colum.in quarto uolu.* Et *est ratio, quia titulus licet erroneus declarat intentionem possidentium. argu.l.fina.ff.de rebus eorum.*

¶ ADDITIO.¶ *Adde.l in testamēto.ff.de fideicom. liber.&* Barto.*in.l. fideicommissa.§.quoties.de lega.iij.* Deci.*consi.cccc*vij.*uisis & diligenter.in fi.* Io.Nico.

XXIIII. PRAESVMPTIO.

1 Actus sequens pręsumitur factus in executionem pręcedentis tractatus. Limitatur nu.5.9.11.13. 14.& 15.

14.&.15.
Procurator constitutus ad aliquid faciendum, si illud faciat, licet non exprimat se ꝓcuratorio nomine illud facere, præsumitur tamen.
Intellige vt nu.5.9.11.13.14.15.
2 Emptio præsumitur communi nomine facta, si erat actum inter titium & meuiũ, quod titius emeret fundum nomine communi, licet titius simpliciter emerit.
3 Tutor præsumitur in re spectante ad pupillũ facere actum tutorio nomine.
4 Mandati præcedẽtis occasiõe præsumitur quis occisus ab interfectore, quando fuerat mandatum interfectori vt talem occideret.
Amplia etiam si ex interuallo occidatur. ibi & nume.12.
5 Contrahens cum procuratore alicuius, quem ignorabat habere mandatum, & esse procuratorẽ, potest contra ipsum procuratorem [qui simpliciter contraxit] agere tanquam sibi nomine proprio obligatum.
Fallit si sciret mandatum, vt quia in contractu apposita esset aliqua qualitas vtputa nomen officij vel similis.
6 Hæredem si quis se asserat in instrumento, præsumitur cum eo cõtractum, tanquam cum hærede.
7 Patremfamil. si quis litigando se asseruerat, censetur tãquam cum patrefa. litigatum, ita vt postea contrarium asserere non possit.
8 Si quis vendat domum titij, intelligitur vendere tanquam procurator.
Procurator si dicat ego vendo domum titij vel nũcio tibi ne ædifices in fundo titij, censetur vẽdere vel nunciare nomine procuratorio.
9 Procurator habens generale mandatum, præsumitur simpliciter contrahendo, potius proprio ꝙ

procuratorio nomine contrahere.
Limita & declara vt nu. 10.
Actus quando potest fieri nomine proprio & alieno, præsumitur factus nomine proprio.
11 Procurator [si longo interuallo post mandatum simpliciter cõtraxerit] an censeatur proprio, an vero procuratorio nomine contrahere.

xxiiij. præsumptio.

Vigesimoquarto † Præsumitur actus sequens factus in exequutionem tractatus præcedentis. l. iij. §. uerum quæri poterit. ff. de manumiss. l. qui in aliena. §. si is qui pu tabat. ff. de acquirenda hæreditate. & nota. ibi per Doctores.

¶ Et propterea si quis sit constitutus procurator ad certum aliquid faciendum, si illud faciat, licet non exprimat se facere procuratorio nomine, tamen præsumitur. l. pignori. §. fina. ff. de usucapio. Imo Comen. Alexan. & Iason in lege post dotem, in lectu. Dyni. ff. soluto matrimo. & in. l. prima. §. nunciatio. ff de ope. no. nuncia.

2 Et facit † quod notat Bal. in. l. si patruus, in secunda col. C. commu. utriusq; iudi. ubi si erat actum inter Titiũ & Seium, quod Titius emeret fundum nomine communi, si eum emat simpliciter, præsumitur emptio communi nomine facta. Ad idem quod no. Barto. in. l. triticum. ff. de uerbo. obliga. ubi stipulatio de restituendo Decem, præsumitur facta propter mutuum præcedens.

¶ ADDITIO. ¶ Hæc duo nouissima dicta refert do. Hippol. marsilius in. l. statuliber. nu. 8. ff. de quæstio. ubi multa congerit de materia huius præsumptionis. Ioannes Nicolaus.

Et per

¶ Et per Alexan.consi.xxv.in ultima colum. in secundo uolumi.ubi fideiussor praesumitur fideiußisse in caussa de qua tractatum est in actu praecedenti, & praesumitur de ea praecise actum, quando incontinenti contractus est inde sequutus, ut ibi per eum, & in consil.cxcvij. in prima col.in primo uolumine.imò in secundo.

3 ¶ Facit,† quia idem etiam uidemus in tutore, qui in re spectãti ad pupillum, praesumitur tutorio nomine agere, etiam quòd non expresserit.l.post mortem.§.1.ff.quando ex facto.tuto.

¶ ADDITIO. ¶ Et per Corne.consi.xxvij.In hac cõsultatione.lib.ij. Ioan.Nicolaus.

4 ¶ Amplia † istam praesumptionem procedere etiam in delictis, unde si quis mãdauerit Seium interfici praesumitur interfector id fecisse occasione praecedẽtis mandati: ut dicit Innocen.in capi.ad audientiam, de homicid. sequitur Bar.in.l.non solum.§.si mandato.ff.de iniurijs.

¶ ADDITIO. ¶ Etiam si post longum interuallum mandatarius seium interfecerit, nisi expresse uel tacite reuocatum fuerit mandatũ secundùm praedictos. Adde Frã. Curt.in.l.pacta nouißima.C.de pactis.col.ij. & Ioan.de Imol.in cle.1.col.ij.de poenis.cum concor.traditis per do. Hippol.marsi.in repeti.l.unicae.C.de rap. uirg. nu.246. & infra dicam in fine tertiae limitationis.Ioã.Nicolaus.

5 ¶ Limitatur † istud, primò, ut procedat quò ad mandantem & mandatarium, non autem quò ad tertium, quia cùm ipse procurator simpliciter contraxerit, poterit tertius contra illum agere, tanquã sibi obligatum noĩe proprio.argumen.l.sed Iulianus.§.1.ff. ad macedonia. & ita

s s tenet

tenet Bar.in d.l.is qui putabat,Comen.Alex.& Ias.in dicta l.post dotem.& in d.§.mutatio.

¶ADDITIO. ¶*Facit quod consuluit Soci. consil. lxix.in causa.col.pe.lib.iij.* Ioan.Nico.

¶*Et ista limitatio est uera & aequa, ex quo iste tertius est in praesumpta ignorantia mandati praecedentis, merito non debet compelli agere contra dominum: cum quo forte non fuisset contracturus.*

¶ADDITIO.¶*Et uide Corne.consilio.vj. uidetur in praesenti.colum.secunda.uersic.& in dubio &c. lib. secundo.* Ioan.Nicol.

¶*Sed si sciret mandatum,tunc uidetur secus,ex quo nemo praesumitur ignorare leges. l. leges. C. de legibus. Et facit dicta lex post mortem,uersicu. nisi forte creditor,& non posset allegare hanc ignorantiam,quando in contractu fuisset apposita certa qualitas, quòd procurator uel tutor,uel similis:quia tale nomen officij ostendit, quòd contractus sit cum ea qualitate.l.fina.ff.de instito. Ange.de Aret.in tractatu maleficio.in uerbo,necnon ad querelam, uersi.tertio non admittitur.*

¶*Facit quod not.Ange.in l.si proponas.§.primo,per il*
6 *lum tex.ff.de inoffi.testamẽ.ubi†si quis in instrumento asserit se haeredem,praesumitur cum eo contractum, tanquam cum haerede.Pro quo uide Barto. in l. gerit. in iij.col.ff.de acqui.haeredi.*

¶*Ad idem quod dicit imo.in l.sed & si.ff.de acqui. hae-*
7 *redita.†de eo qui litigauerat,& asseruerat se patrem familias,ut censeatur tanquam cũ tali litigatum,ut deinde non poßit asserere contrarium:argu.eorum quae habẽ*

tur

tur in l.pomponius.§.rati.ff.de procu.

¶ *Et facit textus in l.si pater.§. qui duos.ff.de adoptio. ubi* Baldus *notat,quòd considerãda est qualitas deducta in contractu,& quo nomine fiat, ut secundum eum cõtractus teneat per legem in familiæ. C. famil. erciscun.*
8 *& l.si ab uno.C.de nego.gest.et ibi* Bar.† *ubi si quis uendat domum* Titij,*intelligitur uendere tanquam procurator* Titij. *de quo etiam per* Alex.*in d.§.nũciatio.*

¶ ADDITIO. ¶ *Idem notat* Barto. *in l. si fundum per fideicommissum.ff.de lega.primo.ubi* Imol. *commendat.&* Feli.*in c.cũ* M.*ferra.col.*1.*de cõstitu. ubi allegat concordantes, quòd si procurator dicat, ego Titius nuncio tibi ne ædifices in fundo Sempronij,uel uendo tibi talem rem Sempronij,semper censetur nunciare nomine procuratorio, non autem proprio.ex quo enim ex uerbis apparet super re Sempronij actum geri, & non super re Titij procuratoris,non potest is cum quo actus geritur ignorantiam mandati prætendere seu allegare.* Ioan.Nicol.

¶ *Et adde quod notat do.*Decius *consilio cclxxxiij.in antepenul.col.ubi in contractu asserens se ciuẽ talis loci, uidetur contrahere tanquam ciuis.* Facit *quod not.* Bal. *in l.si.C.si à non compe.iudi.*

9 ¶ *Limitatur*† *secundo,quando mandatum præcedens fuisset ualde generale,quia tũc licet talis cõtractus potuerit cõprehendi in eo mãdato,tamen ex quo potest etiam esse,quòd de eo non fuit actũ,ex quo procurator simpliciter cõtraxit,præsumitur potius fecisse nomine proprio.l.iij.§.sed qđ de tutore,uer.& siquidẽ.ff.iudi.sol.quem ita*

intelli

intelligunt Alexan.& Ias.in dicta l.post dotem,& mihi placet hæc limitatio, per illud quod notabiliter uoluit Bart.in d.l.gerit.in vj.col.ubi quando idem actus potest fieri,& nomine proprio & alieno,semper præsumimus quòd fuit nomine proprio,arg.l.& magis.ff.de solu.

¶ ADDITIO. ¶ Et per Corneum consi.cccx. principaliter lib.iij.& Soci.consil. cxiij. in causa Vbertini lib.iiij. Ioan.Nicol.

¶ Et quia in actu persona extrinsecus non intelligitur l.si ita stipulatus.§.Chrisogonus.ff.de uer.oblig.sequitur Bal.in l.potuit,in x.q.C.de iure delibe.

10 ¶ ADDITIO. ¶ Sublimita† & declara istam limitationem secundùm Ludoui.Roma.in d.l. post dotem colum vj.ut non procedat si procurator habens generale mandatum contraheret super re domini, uel super re communi,uel sub commemoratione officij,tunc enim uidetur propter istas qualitates,nomine procuratorio domini contraxisse quantumcunq; generaliter fuerit procurator constitutus,& istud comprobat Roma.ut per eum. ibi uideto. Ioan.Nicol.

11 ¶ Limitatur tertio,quando magnum interuallum interuenisset inter mandatum,& contractum celebratum: secundum Ludo.Roma.in d §.si is qui putabat. argumē. glo.in §.ope.institu.de obliga.quæ ex delicto. Ad quam glo.respondet & bene domi.Alexand.in dicto.§. nunciatio.Melius facit doctrina Barto.in l.qui mihi donatum. ff.de donatio.ubi dicit,quòd si contractus fuit celebratus procuratorio nomine domini, & traditio fuit facta procuratori simpliciter, si incontinenti post contra-

ctum,

ctum, censetur repetita qualitas procuratorio nomine, aliter non. l. multum, in fi. C. si quis alteri uel sibi.

¶ Sed responde, quòd doctrina Bartoli non est uera, quia imo siue incontinenti, siue post longum tempus fiat traditio, uenit in consequentiam contractus, & censetur repetita qualitas de qua in contractu. l. quædam mulier. ff. de rei uendica. Et ita tenent Ioan. de imo. Comen. Roma. ibi, & Roma. in d. l. post dotem. & bene.

¶ Non obstat dicta lex multum, quia ibi præcedens contractus non tenebat: merito ergo traditio facta non refertur ad illum contractum, nec ibi distinguitur, an incontinenti an ex interuallo fiat. Est uerum quòd Alexan. in dicto consi. xxv. uidetur sequi istam limitationem: sed potest responderi, quòd loquitur in casu fortiori: quia si contractus præsumitur fieri in exequutionem tractatus ex interuallo præcedentis, multomagis si incontinenti.

¶ ADDITIO. ¶ Et contra istam limitationem Roma. facit de directo quod uoluit Innocen. in dicto. c. ad audientiam. de homi. & sequitur Barto. in dicta l. non solum. §. si mandato. colum. iij. Roma. & Ias. in dicta l. post
12 dotem. Alex. & Ias. in dicto. §. nũciatio. uidelicet † quod si ego mandaui tibi quòd tu occideres Gaium, & etiam post longum interuallum occideris: certe præsumitur quòd occideris occasione præcedentis mandati. & sic uides quòd limitatio Rom. non uidetur uera: & communis uidetur contra eum ut per doct. in d. l. post dotem. & in dicto §. nunciatio. & in dicto §. si is qui putabat. Ioan. Nicol.

13 ¶ Limitatur † quarto, ut supradicta procedant, quando su

*do sumus in re,quæ potest ad dominũ & ad procuratorem pertinere:secus si ad procuratorẽ tantum:quia non attenditur tunc,an sit facta mentio mandati uel non, sed quæritur illi cui potest acquiri.l.proinde.§.fin.cum l. sequen.ff.de stipu.seruo.& ita loquitur gl.in d.l.post mortem.§.primo.*De quo per Iaso.*in dicta l.post dotem. & in dicto.§.nunciatio,post* Bart.*ibi.*

14 ¶*Limitatur quinto,†quando si procurator censeretur contraxisse tanquam procurator, resultaret aliquod delictum:ueluti si lex prohibeat forensem acquirere aliqua immobilia in territorio.*Nam *licet forensis mandauerit* Titio,*non tamen si simpliciter* Titius *emit,uidetur fecisse nomine forensis.* Istud *probatur ex notatis per* Bald.*in l.fœlicissima.C.de his qui à non domi. &* Areti. *in dicto.§.si is qui putabat.ubi ideo censetur procurator contrahens simpliciter,contrahere nomine domini, quia aliàs delinqueret, & teneretur crimine stellionatus.l. titio,ubi nota.ff.ad municipa.* Q*uæ ratio totum contrarium inducit in isto casu.*

15 ¶*Sexto†limitatur,quando procurator non acceptauisset mandatum,uel repudiauisset,ut per* Bal.*in l.qui literas.C.manda.&* Alex.*in d.§.nunciatio, & si faceret actum qui nõ posset pertinere nisi ad dominum,ex ipso facto uideretur acceptauisse,ex quo tale negociũ ad eum aliàs nõ pertinuisset.*Istud *probatur in dicta.l.qui seruũ. §.idem in eo.ff.de interroga.actio.*

PRAESVMPTIO XXV.

1 Præsumitur quod olim fuit,hodie esse.

Res

Res quæ olim fuit præsumitur extare, nisi probetur amissio.
Amissio quomodo probetur: remissiue.
2 Quando necessitas naturæ repugnat, quod olim fuit, non presumitur hodie esse.
Idem si uerisimilitudo naturalis.
3 Idem in qualitate agendi.
4 Idem in loco particulari.

Vigesimoquinto, † Præsumitur generaliter quod olim fuit, idem & hodie esse. unde præsumitur rem quæ olim extitit etiam hodie extare, nisi probetur amissa. l. testamentum. in fine. C. de testa. l. si quis ex argentarijs. §. fina. ff. de edendo. & ibi Barto. *& docto. ponunt doctrinam quomodo probetur amißio: de quo etiam per* Alex. *in l. domos. col. penul. ff. de lega. primo.* Felin. *in cap. fina. de prbatio.* Præsumptio. xxv.

¶ADDITIO. ¶*Quod allegantirem non extare, incumbat onus probandi amißionem, uide* Bald. Angel. *& late* Alexan. *in l. publicati. ubi etiam* Corne. *C. de testamen.* Feli. *in c. sicut. per totum, maxime colum. vj. uersic. quinta declaratio, & uersicu. sequen. de re iudica.* Socin. *egregie consilio. xxiiij. incipiente omnipotens deus adsit. libro primo, in quibus locis etiam traditur qualiter probetur amißio.* Ioan. Nico.

¶*Et dicta præsumptio procedit in omnibus decem prædicamentis discurrendo, ut late per* Bald *in l. ex persona.* C. *de probatio.* Pet. *de* Anchara. *in regula semel malus, in sexto.* Feli. *in c. scribam. infra eod.*

¶ADDITIO. ¶*Et per Nicolaum præsidem in centu. locorum leg. in loco de tempore ad tẽpus.* Ioan. Nic.

Fallit

cut,quibus mod.pign. uel hypo.soluitur, & in.l. celsus, columna penulti.ubi moder.ff.de usucapio. cum concordan.per Sicu.consi.xij.in primo,& Soci. consi.clxxxvij. in.v.columna.

¶ ADDITIO. ¶ Adde Anchara.consi.v.pro parte.col.ij.Alexan.consi.lxxxix.excellentißimi.colum.fina. libro.v. & consil.xxxix.uisis.colum.iij.lib ij. Curt. seni. consi.xxiiij.super eo.colum.ij. Calcan. consil.centesimo. quod ueniat.colum.v.uersic.quinimo non solum.ubi allegat concor.Barba.consi.xxxv.sapienter.colum.iij. & cōsilio.xxxvij.scribitur.col.x.lib.ij.Soci.consilio.xvj.in causa quæ uertitur.col.ij.lib.iij. Ioan.Nicol.

¶ Quod intellige,quo ad probandā præscriptionem decem Annorum:sed ad probandam præscriptionem uiginti uel triginta Annorum,debet probari initium & extremitas cuiuslibet decennij,ut dicit mathesi.notabili suo ex.incipien. nota mirabilem,& moder.in dicta.l. celsus, & Feli.in dicto capitu.inter dilectos. Et ita intelligitur glo.xvj.q.iiij.capi.uolumus.

¶ ADDITIO. ¶ Ita etiam tenet Alexan. in additionibus Barto.in dicta.l.celsus.super uerbo probentur extremitates. Ioan.Nicolaus.

¶ Sed mihi uidetur indistinctè uerior alia opinio, quòd imò in qualibet præsumptione.sufficiat simpliciter probare extremitates totius temporis;prout fuit de mente omnium antiquorum,De quo per Salice.in.l.super longi. C,de longi tempo.præscrip.Barto.in dicta.l.celsus,Geminia.in dicto cap.sicut.liij.distinctio.& Abb.post alios in capitu.accedens,de priuileg.Anchara.in capitu. penulti. de præ

de præscriptio. in.vj. Et confirmatur ex prædicta regula.

¶ADDITIO.¶Et ita tenet Calcaneus in dicto consilio cẽtesimo, qui loquitur de possessione.lxx.lx.l xl.xxx. xx.x.v.& unius annorum. Ioan.Nicolaus.

¶Non obstat ratio mathesil.dum dicit, quod possessio ciuilis, ex qua caussatur præscriptio, non præsumitur continuata per decem annos, siue ultra decem annos, nisi constet de possessione naturali.l. peregrè.ff. de acquirenda possessione. quia dico, quod imò constat de possessione naturali, saltem præsumptiuè, quod sufficit, ut per Aretin. in dicto consilio quinquagesimoprimo. ex quo, qui semel possederit naturaliter, præsumitur eandem naturalem continuasse, ut supra uidimus, unde, possessio ciuilis præsumitur semper durauisse eodem modo, quia cùm dependeat ab animo, præsumitur durare animus, etiam lapso termino. lege sancimus.C. de testamen. facit textus in dicto capitu. accedẽs, in uerbo processu temporis, generaliter accipiendo, & quod notat Soci. consi.cxcv. in secundo, in fine.

5 ¶Sed circa† hanc præsumptionem contingit dubitari an habeat locum in his tantum, in quibus à tempore præterito præsumitur in præsens, puta in possessione & in consensu.d.l. siue poßidetis, & l. eum qui, de probatio. Et uidetur, quod non sit ita restringenda, quia aliàs esset modici effectus: ex quo, absq; eo quod probetur ultimum extremum, idem esset dicere, modò allegaretur & non probaretur.

¶Contrarium facit, quia sequeretur absurdum, quod in

his quæ sunt accidentalia, nec natura sui durabilia, per ista extrema præsumitur medium: & istam partem uidetur tenuisse do. Cardina. in dicto capi. sicut. lx. distinctio. ubi dicit, quòd ista præsumptio nō habet locum, nisi quādo medium habet coniunctionem cum extremis, quæ inferunt consequentia necessaria uel uerisimilia.

4 ¶ *Facit† quod no. Imola consi. ix. quòd quamuis probaretur, quòd aliquis forensis à decem annis ultra esset in ista ciuitate in qua est etiam hodie: non sequeretur, quòd debeat præsumi, quòd medio tempore, semper ĩ ea fuerit. Et istud uidetur uerius. Cætera uide per Feli. in dicto capitu. inter dilectos.*

XXIII. PRAESVMPTIO.

1 Possidere quis præsumitur ex titulo præambulo.

2 Legata si fuerit res titio, & reperiatur in possessione, præsumitur titulo legati possidere.

Hæreditas si fuerit alicui delata, & reperiatur rem hæreditariam possidere, præsumitur titulo hæreditario possidere.

3 Possidens aliquo titulo non potest sibi causam possessionis variare.

Procurator si emat rem nomine domini, & est sibi res tradita, ita quod quæsiuit possessionem domino, licet possederit triginta annis tanquam propriã, non propterea præscribit.

4 Consanguineus vel amicus, si in re cuius possessionem & titulum habeo, faciat aliquos actus, videtur hoc facere iure familiaritatis.

5 Vxor sicut viuente marito præsumitur collegisse fructus

se fructus rerum mariti iure familiaritatis, ita in dubio debet præsumi post mortem mariti.

Vigesimotertio. Præsumitur quis poßidere ex titulo præambulo. l. prima. §. 1. ff. de exceptio. rei uendi. l. ij. C. de acquiren. poßeßio. not. in. l. quædam mulier. ff. de rei uendicatione. xxiij. *præsumptio.*

¶ ADDITIO. ¶ *Vide egregie de materia huius præsumptionis Soci. consi. xv. insignis doctor. columna fina. libro. iiij.* Ioan. Nicolaus.

¶ *Et istud etiam procedit in iuribus. l. si à te, ubi* Bal. *ff. si serui. uendi.*

2 ¶ *Et † propterea, si legata fuerit res* Titio, *& reperiatur in eius poßeßione, præsumitur poßidere titulo legati. l. penul. ff. pro lega.* Et *idem est in hæreditate, nam si alicui sit delata hæreditas, & reperiatur aliquam rem hæreditariam poßidere, præsumitur istud facere titulo hæreditario. argumen. l. iij. uersi. & quod de subeunda. C. de naturali. liber. Quod tamen intelligendum est, ut nota. in. l. prima. C. de repud. heredi. & per* Bar. *in. l. gerit, de acquirenda hæredi.*

3 ¶ *Et facit, † quia ubi quis semel poßidet aliquo titulo, non potest sibi uariare caussam poßeßionis. l. non solum. §. quod uulgò, de usucapio.*

¶ *Et dicit* Ioan. Andre. *in additio. Spec. in tit. de emptio. uersicu. si pars: quòd si procurator emit rem nomine domini, & est sibi tradita res, ita quòd quæsiuit poßeßionē domino, licet poßederit triginta annos tanquam propriā, nec restituat domino, nō tamē præscribit, quia non potuit*

s 3 *sibi*

sibi mutare caussam possessionis, sequitur & declarat Areti.*in.l.iij.§.illud.ff.de acquirenda possessione.*

4 ¶ Facit† & *ad aliam quæstionem, quando quis habet titulum & possessionem, si eius cõsanguineus uel amicus faciat aliquos actus possessorios, uidetur hoc facere iure familiaritatis, & sic ex titulo præcedenti adiuncti sui.l. qui iure: ubi* Barto. & *alij.ff.de acquiren. possessione.*

¶ Et *quod no.* Pau.*de cast.in consi.clxxix.in caussa quã magnificus, in primo uolumine. ubi frater minor ponens officiales in castro, præsumitur posuisse iure familiaritatis fratris maioris, ad quem iurisdictio castri spectabat.*

¶ Et *propterea dicit* Soci.*consi.cxxx.in primo uolumi.*

5 *quòd† sicut uxor uiuẽte marito præsumitur collegisse fructus rerum mariti, iure familiaritatis.l.ob maritorũ, ubi nota.*C.*ne uxor pro mari.*Ita & *in dubio debet præsumi post mortem mariti, nè uideatur sibi mutasse titulum possessionis.dicto.§.illud.* Et *ista procedunt etiam si titulus non esset uerus, sed putatiuus: secundùm* Soci.*consi. xiij in quarta colum.in quarto uolu.* Et *est ratio, quia titulus licet erroneus declarat intentionem posidentium. argu.l.fina.ff.de rebus eorum.*

¶ ADDITIO. ¶ *Adde.l in testamẽto.ff.de fideicom. liber.* & Barto.*in.l. fideicommissa.§.quoties.de lega.iij.* Deci.*consi.ccccvij.uisis & diligenter.in fi.* Io.Nico.

XXIIII. PRAESVMPTIO.

1 Actus sequens pręsumitur factus in executionem pręcedentis tractatus. Limitatur nu.5.9.11.13. 14.& 15.

14.&.15.

Procurator constitutus ad aliquid faciendum, si illud faciat,licet non exprimat se pcuratorio nomine illud facere, præsumitur tamen.

Intellige vt nu.5.9.11.13.14.15.

2 Emptio præsumitur communi nomine facta, si erat actum inter titium & meuiū,quod titius emeret fundum nomine communi,licet titius simpliciter emerit.

3 Tutor præsumitur in re spectante ad pupillū facere actum tutorio nomine.

4 Mandati præcedētis occasiōe præsumitur quis occisus ab interfectore, quando fuerat mandatum interfectori vt talem occideret.

Amplia etiam si ex interuallo occidatur. ibi & nume.12.

5 Contrahens cum procuratore alicuius, quem ignorabat habere mandatum,& esse procuratorē, potest contra ipsum procuratorem[qui simpliciter contraxit]agere tanquam sibi nomine proprio obligatum.

Fallit si sciret mandatum,vt quia in contractu apposita esset aliqua qualitas vtputa nomen officij vel similis.

6 Hæredem si quis se asserat in instrumento, præsumitur cum eo cōtractum, tanquam cum hærede.

7 Patremfamil.si quis litigando se asseruerat,censetur tāquam cum patrefa.litigatum, ita vt postea contrarium asserere non possit.

8 Si quis vendat domum titij,intelligitur vendere tanquam procurator.

Procurator si dicat ego vendo domum titij vel nūcio tibi ne ædifices in fundo titij,censetur vēdere vel nunciare nomine procuratorio.

9 Procurator habens generale mandatum, præsumitur simpliciter contrahendo,potius proprio q̄

¶ Et per Alexan.consi.xxv.in ultima colum. in secundo uolumi.ubi fideiussor praesumitur fideiußisse in causa de qua tractatum est in actu praecedenti,& praesumitur de ea praecise actum,quando incontinenti contractus est inde sequutus,ut ibi per eum, & in consil.cxcvij. in prima col.in primo uolumine.imò in secundo.

3 ¶ Facit,† quia idem etiam uidemus in tutore, qui in re spectāti ad pupillum,praesumitur tutorio nomine agere,etiam quòd non expresserit.l.post mortem.§.j.ff.quando ex facto.tuto.

¶ ADDITIO. ¶ Et per Corne.consi.xxvij.In hac cōsultatione.lib.ij. Ioan.Nicolaus.

4 ¶ Amplia † istam praesumptionem procedere etiam in delictis, unde si quis mādauerit Seium interfici praesumitur interfector id fecisse occasione praecedētis mandati:ut dicit Innocen.in capi.ad audientiam, de homicid. sequitur Bar.in.l.non solum.§.si mandato.ff.de iniurijs.

¶ ADDITIO. ¶ Etiam si post longum interuallum mandatarius seium interfecerit,nisi expresse uel tacite reuocatum fuerit mandatū secundùm praedictos.Adde Frā. Curt.in.l.pacta nouißima.C.de pactis.col.iij. & Ioan.de Imol.in cle.j.col.ij.de poenis.cum concor.traditis per do. Hippol.marsi.in repeti.l.unicae.C.de rap. uirg. nu.246. & infra dicam in fine tertiae limitationis.Ioā.Nicolaus.

5 ¶ Limitatur † istud,primò,ut procedat quò ad mandantem & mandatarium,non autem quò ad tertium,quia cùm ipse procurator simpliciter contraxerit,poterit tertius contra illum agere,tanquā sibi obligatum noīe proprio.argumen.l.sed Iulianus.§.j ff. ad macedonia. & ita

tur in l.pomponius.§.rati.ff.de procu.

¶Et facit textus in l.si pater.§. qui duos.ff.de adoptio. ubi Baldus notat,quòd considerandaest qualitas deducta in contractu,& quo nomine fiat , ut secundum cum cō= tractus teneat per legem in familiæ . C . famil. erciscun.
8 & l. si ab uno.C.de nego.gest.et ibi Bar.†ubi si quis uendat domum Titij,intelligitur uendere tanquam pro= curator Titij . de quo etiam per Alex.in d.§.nūciatio.

¶ADDITIO.¶ Idem notat Barto. in l . si fundum per fideicommissum.ff.de lega.primo.ubi Imol. commen dat.& Feli.in c.cū M.ferra.col.j.de cōstitu. ubi allegat concordantes , quòd si procurator dicat , ego Titius nuncio tibi ne ædifices in fundo Sempronij,uel uendo ti bi talem rem Sempronij,semper censetur nunciare no= mine procuratorio, non autem proprio.ex quo enim ex uerbis apparet super re Sempronij actum geri , & non super re Titij procuratoris,non potest is cum quo actus geritur ignorantiam mandati prætendere seu al= legare. Ioan.Nicol.

¶Et adde quod notat do.Decius consilio cclxxxiij.in an tepenul.col.ubi in contractu asserens se ciuē talis loci, ui detur contrahere tanquam ciuis. Facit quod not. Bal. in l.fi.C.si à non compe.iudi.

9 ¶Limitatur†secundo,quando mandatum præcedens fuisset ualde generale,quia tūc licet talis cōtractus potue rit cōprehendi in eo mādato,tamen ex quo potest etiam esse,quòd de eo non fuit actū,ex quo procurator simplici ter cōtraxit,præsumitur potius fecisse nomine proprio.l. iij.§.sed qd' de tutore,uer.& siquidē.ff.iudi. sol.quem ita intelli

intelligunt Alexan.*&* Iaſ.*in dicta l.poſt dotem,& mihi placet hæc limitatio, per illud quod notabiliter uoluit* Bart.*in d.l.gerit.in* vj.*col.ubi quando idem actus poteſt fieri,& nomine proprio & alieno,ſemper præſumimus quòd fuit nomine proprio,arg.l.& magis.ff.de ſolu.*

¶ ADDITIO. ¶ Et *per* Corneum *conſi.cccx. principaliter lib.iij.&* Soci.*conſil. cxiij. in cauſa* Vbertini *lib.iiij.* Ioan.Nicol.

¶ Et *quia in actu perſona extrinſecus non intelligitur l.ſi ita ſtipulatus.§.*Chriſogonus.*ff.de uer.oblig.ſequitur* Bal.*in l.potuit,in* x.*q.*C.*de iure delibe.*

10 ¶ ADDITIO. ¶ *Sublimita† & declara iſtam limitationem ſecundùm* Ludoui.Roma.*in d.l. poſt dotem colum* vj.*ut non procedat ſi procurator habens generale mandatum contraheret ſuper re domini, uel ſuper re communi,uel ſub commemoratione officij,tunc enim uidetur propter iſtas qualitates,nomine procuratorio domini contraxiſſe quantumcunq; generaliter fuerit procurator conſtitutus,& iſtud comprobat* Roma.*ut per eum. ibi uideto.* Ioan.Nicol.

11 ¶ *Limitatur tertio,quando magnum interuallum interueniſſet inter mandatum,& contractum celebratum: ſecundum* Ludo.Roma.*in d §.ſi is qui putabat. argumẽ. glo.in §.ope.inſtitu.de obliga.quæ ex delicto.* Ad quam *glo.reſpondet & bene domi.*Alexand.*in dicto.§. nunciatio.*Melius *facit doctrina* Barto.*in l.qui mihi donatum. ff.de donatio.ubi dicit,quòd ſi contractus fuit celebratus procuratorio nomine domini, & traditio fuit facta procuratori ſimpliciter, ſi incontinenti poſt contractum,*

ctum,censetur repetita qualitas procuratorio nomine, aliter non.l.multum,in fi.C.si quis alteri uel sibi.

¶ *Sed responde,quòd doctrina Bartoli non est uera,quia imo siue incontinenti,siue post longum tempus fiat traditio,uenit in consequentiam contractus,& censetur repetita qualitas de qua in contractu.l.quædam mulier.ff. de rei uendica.Et ita tenent* Ioan.de imo.Comen. Roma. *ibi,&* Roma.*in d.l.post dotem.& bene.*

¶ Non *obstat dicta lex multum,quia ibi præcedens contractus non tenebat:merito ergo traditio facta non refertur ad illum contractum,nec ibi distinguitur,an incontinenti an ex interuallo fiat.Est uerum quòd* Alexan.*in dicto consi.xxv.uidetur sequi istam limitationem:sed potest responderi,quòd loquitur in casu fortiori:quia si contractus præsumitur fieri in exequutionem tractatus ex interuallo præcedentis,multomagis si incontinenti.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et contra istam limitationem* Roma.*facit de directo quod uoluit* Innocen.*in dicto.c.ad audientiam.de homi.& sequitur* Barto.*in dicta l. non solum.§.si mandato.colum.iij.*Roma.*&* Ias.*in dicta l.post*
12 *dotem.*Alex.*&* Ias.*in dicto.§.nũciatio.uidelicet† quod si ego mandaui tibi quòd tu occideres Gaium, & etiam post longum interuallum occideris: certe præsumitur quòd occideris occasione præcedentis mandati.& sic uides quòd limitatio* Rom.*non uidetur uera:& communis uidetur contra eum ut per doct.in d.l.post dotem. & in dicto §. nunciatio. & in dicto §. si is qui putabat,* Ioan.Nicol.

13 ¶ *Limitatur† quarto,ut supradicta procedant, quando su*

do sumus in re, quæ potest ad dominũ & ad procuratorem pertinere: secus si ad procuratorẽ tantum: quia non attenditur tunc, an sit facta mentio mandati uel non, sed quæritur illi cui potest acquiri. l. proinde. §. fin. cum l. sequen. ff. de stipu. seruo. & ita loquitur gl. in d. l. post mortem. §. primo. De quo per Iaso. in dicta l. post dotem. & in dicto. §. nunciatio, post Bart. ibi.

14 ¶ *Limitatur quinto, † quando si procurator censeretur contraxisse tanquam procurator, resultaret aliquod delictum: ueluti si lex prohibeat forensem acquirere aliqua immobilia in territorio. Nam licet forensis mandauerit Titio, non tamen si simpliciter Titius emit, uidetur fecisse nomine forensis. Istud probatur ex notatis per Bald. in l. fœlicißima. C. de his qui à non domi. & Areti. in dicto. §. si is qui putabat. ubi ideo censetur procurator contrahens simpliciter, contrahere nomine domini, quia aliàs delinqueret, & teneretur crimine stellionatus. l. titio, ubi nota. ff. ad municipa. Quæ ratio totum contrarium inducit in isto casu.*

15 ¶ *Sexto † limitatur, quando procurator non acceptauisset mandatum, uel repudiauisset, ut per Bal. in l. qui literas. C. manda. & Alex. in d. §. nunciatio, & si faceret actum qui nõ posset pertinere nisi ad dominum, ex ipso facto uideretur acceptauisse, ex quo tale negociũ ad eum aliàs nõ pertinuisset. Istud probatur in dicta. l. qui seruũ. §. idem in eo. ff. de interroga. actio.*

PRAESVMPTIO XXV.

1 Præsumitur quod olim fuit, hodie esse.

Res

Res quæ olim fuit præsumitur extare, nisi probetur amissio.
Amissio quomodo probetur: remissiue.
1 Quando necessitas naturæ repugnat, quod olim fuit, non præsumitur hodie esse.
Idem si uerisimilitudo naturalis.
3 Idem in qualitate agendi.
4 Idem in loco particulari.

Vigesimoquinto, † Præsumitur generaliter quod olim fuit, idem & hodie esse. unde præsumitur rem quæ olim extitit etiam hodie extare, nisi probetur amissa. l. testamentum. in fine. C. de testa. l. si quis ex argentarijs. §. fina. ff. de edendo. & ibi Barto. & docto. ponunt doctrinam quomodo probetur amissio: de quo etiam per Alex. in l. domos. col. penul. ff. de lega. primo. Felin. in cap. fina. de prbatio. Præsumptio. xxv.

¶ADDITIO. *¶Quod alleganti rem non extare, incumbat onus probandi amissionem, uide Bald. Angel. & late Alexan. in l. publicati. ubi etiam Corne. C. de testamen. Feli. in c. sicut. per totum, maxime colum. vj. uersic. quinta declaratio, & uersicu. sequen. de re iudica. Socin. egregie consilio. xxiiij. incipiente omnipotens deus adsit. libro primo, in quibus locis etiam traditur qualiter probetur amissio.* Ioan. Nico.

¶Et dicta præsumptio procedit in omnibus decem prædicamentis discurrendo, ut late per Bald in l. ex persona. C. de probatio. Pet. de Anchara. in regula semel malus, in sexto. Feli. in c. scribam. infra eod.

¶ADDITIO. *¶Et per Nicolaum præsidem in centu. locorum leg. in loco de tempore ad tēpus.* Ioan. Nic.

Fallit

2 ¶ *Fallit,†ubi necessitas naturæ repugnaret:ueluti in ætate:non enim qui olim fuit infans, præsumitur etiam hodie esse infans.l.cum te,ubi nota.C.de probatio.& supra dixi.*

¶ *Idẽ si necessitas hoc nõ suaderet,sed uerisimilitudo naturalis:non enim sequitur, iste in pueritia nesciuit literas,ergo etiam adultus nescit.l.stichus.ff.de lega.iij. not. in cap.si eo tempore.de rescrip.in sexto.*

3 ¶ *Idem†in qualitate agendi:non enim naturaliter potest quis semper & sine intermißione agere.l.seruitutes. in princ.ff.de seruit.l.foramen.ff.de seruitu.urbano. prædio.sicut nec pati.unde nõ sequitur,olim fuit percussus, ergo etiam hodie percutitur.l.maritus.ff.loca.*

4 ¶ *Idem†in loco particulari: quia non sequitur fui in tali conclaui,uel sedi in tali scamno,ergo etiam hodie sum uel sedeo.*

¶ *Idem in naui uel seruo fugitiuo. Ista enim naturaliter sunt uariabilia.l.Cæsar.ff.de publica.l.quis sit fugitiuus. ff.de ædilit.edict.Et hæc sunt breuiter,quæ sentit Bal.in d.l.ex persona.*

PRAESVMPTIO XXVI.

1 Præsumitur de præsenti ad præteritum.
2 De præsenti ad præteritum non præsumitur. Fallit.4.5.7.8.9.10.
3 Vsurarius vel hæreticus hodie,non præsumitur olim fuisse vsurarius.
5 Pauper hodie præsumitur retro fuisse pauper, & quare.

Possessus

6 Possessus hodie vt seruus, præsumitur retro possessus vt seruus.
7 Tempus præsens quãdo aliquid infert de necessitate in præteritum, tunc de præsenti præsumitur in præteritum.
8 Tempus præsens quando habet se ad præteritum, sicut finis ad initium, tunc de præsenti ad præteritum præsumitur per modum declarationis.
9 Soluisse retro præsumitur, qui tribus vltimis annis se soluisse ostenderit.
11 Equus venditus, si intra triduum mortuus sit, et ei reperiatur cor macilentum, & putredine corrosum, præsumitur tempore venditionis infirmus.

Vigesimasexta præsumptio.

VIgesimosexto.¶ † Præsumitur de præsenti ad præteritum, ut quod est in præsenti, credamus etiã fuisse tempore præterito. l. ex persona. C. de probatio. l. j. §. si magistratus. ff. de magistratibus conuenien. l. si hi qui adulterij. C. de adulte.

¶ Sed ista præsumptio indiget altiori declaratione. & Oldra. de Laude in d. §. si magistratus, dedit unam doctrinam in ista materia, quam ibi sequuntur Rayn. de Forliuio, & Bal. & Anchara. in regula semel malus, de regu. iur. in vj. Aliam doctrinam dedit Bald. in d. l. ex persona. & in d. l. si hi qui, aliam posuit domi. Floria. in l. non est necesse. ff. de probatio.

¶ Sed tu pro ueriori declaratione, fac conclusionem,
2 *quod † regula sit, ut de præsenti, non præsumamus in præteritum: unde, si quis est de præsenti Doctor, non præsumitur, quòd olim esset. capit. si eo tempore, ubi notatur infra de rescrip. in vj. & in clemen. literas, eo. titu.*
3 *¶ Et istud maxime † procedit, quando præsens status*

est difformis à statu, qui necessario aliquo tempore aliter fuit in præteritum. unde, si quis hodie est usurarius uel hæreticus, non præsumitur etiam olim ita fuisse, quia saltem in pueritia aliter fuit. argumen. l. iiij. ff. de probatio. & tenet Iason in d. l. si prius.

¶ ADDITIO. ¶ *Ista egregie tradit domi. Stephanus* Bertrandi, *consil. septimo, ex themate, col. ij. lib. j. in nouißimis.* Ioan. Nicol.

4 ¶ *Fallit primo, † quando aliter actus qui de præsenti est licitus, redderetur illicitus & nullius effectus: secundum* Bald. *in dicta l. ex persona. unde, si quis est in quasi possessione seruitutis alicuius, præsumitur ille etiam retrò fuisse seruus: quia aliâs possessio domini redderetur illicita, & actus præsentis temporis esset illusorius. Ita procedit lex liberis. §. fina. ff. de libera. causa. l. circa. ff. de probatio.*

¶ *Sed ego puto, quòd uerior ratio sit, quæ colligitur ex sequenti limitatione, quamuis etiam non uideatur ibi agi de aliqua præsumptione, de præterito, sed potius de præsenti tantum.*

5 ¶ *Secundò † fallit, quando ultra actum de præsenti, concurreret aliqua præsumptio, quæ inferret retrò, secundum* Salice. *in dicta l. ex persona. per illum tex. ubi qui est hodie pauper, præsumitur etiam retrò fuisse pauper, ratio est, quia quilibet præsumitur ditari. l. si defunctus. C. arbi. tute. de quo tamen dic, ut infra dicam, unde, cum iste non reperiatur diues, uerisimile est, quòd etiam præterito tempore non fuerit, sequitur* Alexan. *consi. xvj. in j. col. in v.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et do. Stepha. Bertran. d. consi. vij. colum.*

colum.ij.lib.j.in nouissi. Ioan.Nicol.

6 ¶ Et propterea,qui hodie possidetur ut seruus,præsumitur etiam retro possessus : ex quo non est uerisimile,si esset liber,quòd permisisset se unquam possideri pro seruo:& sicut non præsumitur quis perdidisse diuitias,multominus debet præsumi perdere libertatem.l.libertas.ff. de regu.iuris.& secundum istam limitationem, intelligitur dicta lex si hi qui.

¶ Aduerte tamen,quia ista intelligentia non conuenit dictis legibus,quicquid dixerit Sali.& Alex.quia non uidetur in eis,quod aliquid ex præsenti præsumatur in præteritũ,sed potius nihil præsumatur,& relinquitur onus probandi,ei qui dicit:secũdum regulam legis uerius.ff.de proba.et ita intelligo dictum §.si magistratus.Nam cum lex uelit,quòd magistratus dent tutores idoneos facultatibus pupillorum,meritò non præsumitur illa qualitas,nisi probetur.l.non solũ.§.sed ut probari:ubi Barto.& Doc. ff.de ope.no.nunci.glos.in l.si uerò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui satis.cog.Et si dicas,quòd nõ debuisset probari, ex quo quilibet præsumitur idoneus.c.fina.j.eod.respondeo quòd hoc non procedit,quo ad facultates,ut infra uidebimus.& datò,quòd hòc esset uerum,tamen ex quo hodie non est idoneus,cessat prædicta præsumptio : & sic, præsumptio resultans ex tempore præsenti, tollit præsumptionem temporis præteriti,& relinquit rem in terminis iuris communis:ut qui dicit,probet.Non autem facit simpliciter, quòd præsumatur de tempore præterito idem quod in præsenti.

¶ Et eodem modo procedit text.in dicta l.si hi qui adul-

terij.ubi status temporis præsentis tollit præsumptionem temporis præteriti, quæ erat orta ex allegata consanguinitate: unde illa cessante, subintrat dispositio iuris communis, per quam accusatio de adulterio concurrebat. Et ita *procedit etiam dicta lex ex persona, ubi paupertas de præsenti, nihil facit præsumi retro: sed cum fundamētum intentionis rei conuenti esset, quòd collega aui tempore depositi officij esset soluendo, debet istud probare.* Et iste *mihi uidetur uerus intellectus ad illa iura.*

7 ¶ Fallit † *tertio, quando tempus præsens aliquid infert de necessitate in præteritum, ueluti si mulier hodie peperit, præsumitur intra tempus undecim mensium concubuisse. §. finali. in autenti. de restitu. & ea quæ par.* Oldra. & Bald. *in dicto §. si magistratus. Idem si hodie fructus industriales sint percepti, præsumitur quòd industria fuerit adhibita temporibus debitis, secundum* Floria*num in d. l. non est necesse.*

8 ¶ Fallit † *quarto, quando præsens tempus habet se ad præteritum, sicut finis ad initium.* Nam *tunc per modum declarationis de præsenti, præsumitur in præteritū. l. sed* Iulianus. *§. proinde. ff. ad* Macedonia. *ubi si filius conuertit in rem patris pecuniam sibi mutuatam, præsumitur à principio hoc animo mutuum contraxisse. Ad idem facit lex litibus. C. de agric. & censi. lib. x j. ubi si colonus respondet mihi de fructibus, præsumitur coluisse aliâs collegisse retro illos fructus nomine meo.* Facit *etiam lex si filius. C. de petitio. hæredita.*

¶ ADDITIO. ¶ *Quod ex actu de præsenti declaretur qualis fuerit animus præcedens, ultra hic allegata, adde*

*adde tex.in §.pauonum.insti.de rerum diuisio.& Ludo. Roma.consil.ccxcj.cum isti fratres.Anchara.consi.cclj. ex his.*Deci.*in l.quandiu.in ij.lectura.colum.fina.C.qui admitti.& consil.cccxxxvj.in casu proposito.& consil. ccccxc.uisis & circumspectis.col.pe.& consi.ccccLxxvj. conclusionem.col.ij. in quibus locis allegat concordan.* Ioan.Nico.

9 ¶ Fallit † *quinto, in casu legis quicunque.*C.*de apochis publi.lib.x.ubi per solutionem trium ultimorum annorum, præsumit lex semper retro fuisse satisfactum: sed ibi, non est simplex præsumptio de tempore præsenti, sed de præstatione triennali, de qua etiam in l.prima.ubi* Docto.*C.de fideicommis.*

¶ ADDITIO. ¶ Vide Lucam de penna *conciuem meum in d.l.quicunq; ubi ponit clxxx.præsumptiones, seu casus in quibus lex aliquid præsumit.* Ioan.Nicol.

10 ¶ *Sexto † declara, ut licet non inducat præsumptionem sufficienter ad transferendum onus probādi, inducit tamen aliqualem suspitionem l.ciuile.C.de furtis.quæ ex qualitate negocij, poterit etiam esse ualde probabilis d.§. fina.in auten.de restitu.& ea quæ par.ubi uidua adulterans, præsumitur etiam retro uiuente marito adulterata.* De *quo supra dixi.*

¶ Et *secundum supradicta, puto debere intelligi quod* not.Ioan.And.*in additio.Specula.in titu.de emptio.& uenditio.§.nunc dicendum restat, uersic.primo, quem refert & sequitur* Ange.*in l.sciendum.in fine.ff.de uerbo.*

11 *obliga.ubi dicit, † quòd si equus est uenditus, & intra triduum mortuus, & ei reperiatur cor macilētum &*

putredine corrosum, præsumitur tempore uenditionis infirmus: & sic locus erit ædilitio edicto. Nam *si de modico tempore, puta trium dierum ante fuit emptus, præsumptio talis erit sufficiens, ut per Iaso.in l.lecta.in xij. col.ff.si cer.peta.cum concordan.Si uero erant iam plures dies, tunc esset simplex præsumptio: & hoc, nisi medici aliter dicerent, quibus standum est tanquam peritis in arte.l.semel.C.de re milita.lib.xij.*

¶ ADDITIO. ¶ Et *Barto.& Docto.in procemio digestorum.& in l.prima.de uentre inspicien.cum similibus.* Ioan.Nico.

XXVII. PRAESVMPTIO.

1 Diues olim, hodie præsumitur diues. Intellige vt nu.2.
2 Vbi agitur de probanda cōtinuatione alicuius vniuersi, qui habuit in præteritum, non præsumitur hodie habere.
3 Pauper olim, an præsumatur hodie pauper, & quid in futurum præsumatur de eo qui pauper est.
4 Allegantı diuitias aut paupertatem de præsenti, [si nihil allegatur de præterito] incumbit onus probandi. Infertur ad plura.
5 Paupertas & diuitiæ qualiter probentur remissiue.

Vigesimaseptima præsumptio.

VIgesimoseptimo. ¶ † *Olim diues, præsumitur etiam hodie diues: quia non præsumitur amisisse dominium rerum suarum.l.siue possidetis.C.de probatio.* Et ita tenent Hosti.Ioan.And.Butri.& Imo.in c.j.in fi.supra de scruti.

scruti. Archidiaco. & Geminia. in cap. fina. vj. q. v. Alberi. de Rosa. in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdare cogan. Et sic, licet quilibet à principio nascatur nudus & pauper, si tamen fuit semel diues, præsumitur in futurum diues: secundum Docto. in dictis locis. Quod facit pro opinione quam supra tenui in principio istius regulæ.

¶ ADDITIO. ¶ Quod quilibet nascatur nudus & pauper habes moralem & elegantem tex. in capit. sicut hi. xlvij. distinctio. Lucas de penna conciuis noster in l. ij. colum. vj. C. quando & quibus quarta pars debe. Et do. Aretinus consil. lxvj. uiso puncto. colum. vj. ubi egregie dicit, quod cum qualitas diuitiarum sit regulariter repugnans naturæ (quia nemo nascitur diues) nō potest argui de præsenti ad præteritum, & non ualet argu. nunc est diues: ergo & olim erat. nota bene. Ioan. Nicol.

1 ¶ Intellige † istam præsumptionē procedere, ubi simpliciter dubitatur, an quis sit diues: sed si agamus de uniuerso, puta an qui olim habuit tales facultates ualētes usq; ad mille aureos, præsumatur easdem hodie habere: tunc dicendum est quòd nō: quia ubi agitur de probanda continuatione alicuius uniuersi, qui habuit in præteritum, non præsumitur hodie habere. l. in cōfirmando. ubi Barto. no. ff. de confirman. tuto. & consuluit Alexan. ita declarans Barto. in consi. cij. in v. col. in ij. uolumi.

¶ Et potest esse ratio, quia cum agatur de uniuersitate, ea ex natura sui recipit diminutionem & augmentum. arg. l. hæreditas. ff. de peti. hære. unde, ex quo potuerunt diminui ex natura uniuersitatis, cessat ista præsumptio.

¶ *Sed tu aduerte: quia uidetur quòd ista declaratio in effectu tollat regulam: quia cum diuitiæ consistant ex bonis, & sic ex aliquo uniuersali: sequitur, quòd olim, diues non præsumatur hodie diues: nisi dicas esse differentiam in modo agendi, quia aut aliquis olim diues allegat se habere eadem bona quæ olim: & procedit regula: aut non allegat se habere eadem bona, quia fortè alienauit: sed dicit se habere pretium uel alia loco eorum: & procedit opinio* Barto. & Alexan.

3 ¶ Sed † *nunquid olim pauper præsumatur hodie pauper? & uidetur quòd nō, quia quilibet præsumitur ditari. l. si defunctus. C. arb. tu. l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & bono.* Bart. *in l. ex diuerso. §. fi. post antiquos. ff. so. ma.* Sali. *in d. l. ex persona. & in. d. l. non est necesse. de proba.*

¶ Contrarium *tenuerunt* Rapha. Comē. & Mod. *in l. ij. ff. de exceptio. quia ista accidentia extrinseca non præsumuntur.* Et *idem tenet* Salice. *in l. quod nomine. ff. de condictio. indebi. ubi respondet ad d. l. si defunctus. & ad d. §. deficientium, quòd illa iura non probant. & bene: & refert etiam domi.* Alexand. *in dicta l. ex diuerso. §. finali.* Et *facit, quia diuitiæ acquiruntur & amittuntur ex impetu fortunæ. l. si is qui. §. primo. ff. de acquir. rer. domi. l. plane. ff. ut in possessio. lega. &c.*

¶ Facit tex. *in cap. super eo, supra de renuncia. unde, in istis fortuitis uideretur quòd lex nihil deberet præsumere propter nimiam incertitudinem.*

¶ *Possunt prædicta concordari, ut dicamus, quòd olim pauper præsumitur etiam hodie pauper, per supradictam principalem regulam: prout firmant* Archidiac. *in dicto cap.*

cap.fina.& Alberi.de Rosa.in d.§.qui pro rei qualitate. Sed in futurum præsumitur debere ditari, quia ubi dubitamus quid futurum sit, debemus semper sperare in melius l.inter stipulantem §.sacram,ff.de uerbo.obligatio.& ita intelligo Barto.in dicto §.fina.

¶ Est uerum, quòd ista præsumptio de futuro, non æquipollet probationi,& non liberat ab onere probandi, ubi casus euenit.d.§.deficientium, prout in simili supra dixi declarando regulā semel malus.in uersi.vij.in quarta limitatione. Et ita procedit alia opinio Raphaelis Comen.

4 ¶ Et supradicta † habent locum, quando agitur de tempore præterito ad præsens: sed ubi nihil allegatur de præterito,& simpliciter agitur de præsenti, non præsumitur aliquis nec diues nec pauper, sed ei qui dicit, incumbit onus probandi: ut est glos.communiter approbata in d.§.qui pro rei qualitate.unde, qui se excusat tanquā pauperem, debet probare.d.§.deficientium.§.item propter, insti.de excusa.tuto.& qui alium reijcit tanquam pauperem, eodē modo probat.l.si creditores.§.fi.ff.de priuileg. credito.Idem in patrono sub prætextu paupertatis alimenta petente à liberto suo.l.fina.ff.de libe.agnoscen.

¶ Et econuerso, qui tenetur eligere diuitem, debet illam qualitatem probare.l.j.§.si magistratus.ff.de magistrati. conuenien.d.l.non est necesse.& ibi Rapha.Fulgo.Idem in eo qui dicit collegam fuisse tempore finiti officij diuitem.d.l.ex persona.C.de probatio.cum simili.

5 ¶ Quo modo autem probentur diuitiæ uel paupertas, dic ut nota.in d.§.qui pro rei qualitate, per Alexand.& Iaso.& in l.si constante.in prin.ff.solu.matri.

¶ ADDITIO. ¶ *Quod alleganti paupertatem uel diuitias ad fundamẽtum intentionis incumbat onus probandi, & qualiter probentur diuitiæ uel paupertas. uide Alexan. consil. xxxvij. consultus. lib. vij. & consil. xcj. repetitus. eod. lib. Calcane. consil. viij. in causa pendente, col. vij. & seq. Roma. consil. ccxlv. ad primum, in ulti. dubio. Soci. consi. xxx. in causa dominæ Agnetis. per totum consil. lib. iiij. & consil. xxiiij. omnipotens Deus. col. antepenul. lib. primo, Bologni. in consil. lix. uisis igitur. colum. penul. Purpuratum & alios Moder. in l. j. fol. vj. nu. 92. & 93. ff. si certum peta. Ange. in §. hinc nobis, de hæredi. & Falci. collatione prima, Petrum de Moncada in additio. ad tracta. de testib. do. Crotum folio 3. sub nume 24. Ioan. Nicol.*

XXVIII. PRAESVMPTIO.

1 Corrigere se incontinenti nemo præsumitur.
2 Actus à partibus factus, in contrarium quàm conuentum esset, præsumitur potius errore factus, quàm quod voluerint se partes corrigere.
3 Statutum Mediolaneñ. quod maritus non existentibus liberis communibus, præmortua vxore, lucretur dotem, saluo iure liberorum prioris matrimonij, non intelligitur, vt liberi prioris tori succedant in tota dote: sed secundum l. hac edictali. de secun. nuptijs.
4 Dictio saluo, stat modificatiue, non correctiue.
5 Alienanti rem meam si consensero, saluo iure meo, hæc protestatio intelligitur, respectu pretij, non ipsius rei.

6 Statuta ita interpretanda sunt, ne videantur in- continenti se corrigere. quod procedit etiam si ca- ueatur, quod verba statuti intelligantur ad literam prout iacent: item procedit etiam si aliqua verba impropriarentur.

7 Statutum loquens in principio alternatiuè, si de- inde loquatur copulatiuè, ne videatur se inconti- nenti corrigere, copulatiua resoluitur in disiuncti- uam.

8 Extensio non est licita in correctorijs ex identitate rationis.

Iura intelligi debent vt concordent non vt se corri- gant.

9 Pœnas varias alicui delicto si iura imponant, non censentur se inuicem corrigere, sed dare optio- nem iudici.

10 Testes inquantum fieri potest debent ad concor diam reduci.

11 Testator si dixerit lego Titio talem fundum, & in eo illum instituo, non videtur se testator corre- xisse: sed erit electio legatarij, an velit titulo legati habere, an vero titulo institutionis.

Quis effectus resultet quod potius institutionis quã legati titulo accipiat.

Vigesima octaua præsumptio.

V*Igesimooctauo*. ¶ *Nemo* † *præsumitur inconti- nenti seipsum corrigere.l.non ad ea legata dunta- xat.ubi glos.& Doctores.ff.de conditionibus & demon- strationibus & causis & modis eorum &c. Bartolus in l.prima.§.& parui refert utrum ius faciendi habuit. colum.secunda.ff.quod ui aut clam. Butrius & Imola, in capitu.ex parte tua & infra.secundo.supra de officio & potesta.iudi.delega.Alexan.consil.xxviij.col.finali.in quarto uolumine.Roma.consil.xciiij.uisis his quæ nar-*

rantur

rantur, in ij.col.Alexan.in l.si mihi.§.fina.ff.de leg.j,
2 ¶ *Pro hoc facit,† quia si partes conueniunt facere unum,& contrarium fecerint,præsumuntur potius fecisse per errorẽ,quàm quòd uoluerint se corrigere.l.quoties.§.tantundem.ff.de hæredi.instituen.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et do.Alexan.egregie consi.clvj. uiso instrumento.col.ij.lib.vj.* Ioan.Nicol.

¶ *Et firmat* Soci.*consi.xxvij.in quarta col.in iiij.uolu. ubi subdit,quòd quãdo primum instrumentũ est planum, declaratur secundum eo modo ne corrigat præcedẽs,per supradictam rationem:& quod notant* Ange.& Imo.*in l.si quis cum aliter.ff.de uerbo.obli.facit etiam quod no.* Comen.*consi.xxxiiij.pater uxori.*

3 ¶ Vnde,† *per istam rationem aliâs consului cum do.* Decio,*quòd statutum* Mediolani *quo dicitur, quòd maritus non existentibus liberis cõmunibus, præmortua uxore lucretur dotem,saluo iure liberorum prioris matrimonij,non intelligitur generaliter,ut filij prioris matrimonij succedant in tota dote,secundum senatusconsul.*Orficia.*de quo in* l.j.C.*ad* Orfici.*sed refertur solum ad legem hac edictali.C.de secun.nup.quia aliâs statutum inconti-*
4 *nenti se corrigeret per supradicta:& † quia illa dictio saluo,stat modificatiuè nõ correctiuè,ut est glos.in l.item labeo.ff.fa.ercis.cum concordan.& in terminis consuluit* Bal.*cõsil.cclxxiij.supposito statuto,in secundo,ut latius habetur per* Decium *consi.cclxxxiij.in nouißimis.*

¶ Adde,*quod notabiliter uoluerunt* Iaco.Put.& Iason,
5 *in l.si fundum per fideicommissum.ff.de legat.j.† ubi si consentiam tertio alienanti rem meam, cum protestatione,*

tione, saluo iure meo: ista protestatio intelligitur, nisi respectu pretij, non autem ipsius rei. argumen. l. mater. C. de rei uendic. quia aliter ista reseruatio corrigeret in totum consensum prius præstitum: & est de mente Dini, Oldra. & Rapha. Comen. ibi.

¶ *Ad idem facit quod notat domi. Alexan. consi. cxxxv. in ulti. col. uersicu. præterea ista, in primo uolu. ubi conclu-*
6 *dit, † quòd in statutis per talem reseruationem semper debet fieri interpretatio, ne præcedentia corrigantur.* Et *istud procedit, etiam ubi caueretur, quòd uerba in statutis intelligerētur ad literam prout iacet: secundum* Ancha*ra. consil. ccccxxiij. uiso puncto, in ij. col.* Item *procedit, etiam si aliqua uerba impropriarentur, secundum* Ludo.
7 Roma. *consilio ciiij. incipien. pater reuerende: ubi, † si statutum loquatur in principio de cessantibus siue fugitiuis, & sic alternatiuè: deinde loquatur copulatiuè, illa copula resoluetur in disiunctiuam, ne censeantur statuentes incontinenti se correxisse: argu. notatorum per* Cyn. & Bal. *in l. fina. C. per quas perso. nob. acquiri.*

¶ *Et ad supradictam præsumptionem facit generaliter, quia quælibet correctio est euitanda. l. sancimus. C. de te-*
8 *stamen. unde, † in correctorijs non est licita extensio ex identitate rationis. l. præcipimus. ubi* Barto. *C. de appellatio. auten. quas actiones. C. de sacrosan. eccle.* Et *iura debent intelligi ut concordent, non ut se corrigant. cap. cum expediret, de electio. in vj. l. fina. C. de eden.* Et *facit glos.*
9 *notabilis in capi. fraternitatis. xxxiiij. distinctio. † ubi si iura imponunt uarias pœnas alicui delicto, non censentur se inuicem corrigere, sed potius dare electionem iudici,*

dici, de quo per Felinum in capitu. inter cæteras, supra de rescriptis.

10 ¶ *Et idem procedit † etiam in testibus, qui debent, quantum poßibile est, reduci ad concordiam. capitu. cum tu, ubi nota. supra de testi.* Dyn. *&* Bald. *in l. ij. ff. de conditio. institutio. cum concordan.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et amplißime domi.* Alexan. *post* Imolam *in l. inter stipulantem. §. si stichum. de uerborum obliga. &* Fely. *in c. cum tu. de testibus. &* Ioan. Crotus, *in tracta. de testibus. nu. 327. cum sex uel septem columnis sequẽtibus. in quibus locis abunde traditur quomodo & qua uia testes contrarij ad concordiam reducantur, & an reducãtur ad euitandam pœnam periurij uel falsi solum, an uero etiam ad probandum.* Ioan. Nicol.

¶ *Et generaliter, idem est in quacunq; materia: secundum* Alexan. *consil. cxlj. uiso testamento. colum. tertia. in secundo uolumi.*

11 ¶ *Et hæc † inferuntur ad quæstionem, quando testator dixit, lego* Titio *talem fundum, & in eo illum instituo.* Nam *quamuis institutio differat à legato, non tamen uidetur testator seipsum correxisse, sed potius erit electio legatarij, an uelit habere titulo legati, an titulo institutionis in re certa. d. l. non ad ea, & effectus est magnus, quia isto secundo casu, non tenebitur accipere rem de manu hæredis: iuxta legem nõ dubium, cũ ibi nota. C. de lega. sed poterit accipere propria autoritate: secundum* Barto. *&* Docto. *in l. ex facto. ff. de hæredi. insti.* Ias. *post alios in l. quoties. C. eo. titu.* Et *in dubio præsumetur accepisse isto titulo tanquam pleniore. argumen. l. si ita scriptum. ij. &*

quod

quod ibi not. Bald. ff. de hæredi. instit. quod nota. Et facit tex. in l. si quis seruo. ff. de manumiss. testa. & in l. recusare §. titius. ff. ad trebellia. Barto. in l. si titio. prima. ff. de usufruc. lega. & in l. Centurio. in quarta quæstio. principali. ff. de uulga. & pupilla.

XXIX. PRAESVMPTIO.

1 Teste post perhibitum testimonium corrigente dictum suum, contra eum præsumitur, nisi se incontinenti corrigat.
Limita nume. 9.
2 Testis quando dicatur incontinenti dictum suũ corrigere.
3 Testis potest dictũ suum corrigere, si alleget aliquam causam erroris seu correctionis.
Intellige si causa sit iusta, probabilis vel verisimilis.
Obliuio verisimilis est iusta causa quod testis potest dictum corrigere, secus si non sit verisimilis
4 Testis potest declarare verba, & sub prætextu declarationis mutare dicta modo talis declaratio consonet.
5 Testis si sit contrarius an standum sit primo, vel secundo dicto, late.
Quid autem si in diuersis iudicijs reperiatur deposuisse contraria. 6.
7 Teste ex interuallo deponente contraria, licet secundum communem stetur primo dicto, tamen illud primum dictum debilitatur, ita vt non sit deferendum iuramentum suppletorium.
8 Testes duo si deponant postea contrarium eius quod prius deposuerant, an sententia sit ferenda

secun-

secundum primam depositionem.
9 Teste corrigente dictum suum metu tormentorum ante publicationem, statur correctioni, & sic secundo dicto, quod qualiter intelligatur, latissime disquiritur, usque ad finem.
10 Teste variante validior est secunda confessio facta in tormentis, quàm prima sine tormentis, licet secus sit, quando de se quis torquetur.
Confessio facta in tormentis qn̄ quis de alio interrogatur, est validior, quam prima sine tormentis. secus quando quis de se interrogatur.
11 Libera persona non debet de re alterius attestari cum tormentis, nisi sit vilis & infamis.
12 Testis qui non debet admitti sine tortura si admittatur, eius dicto non creditur.
13 Testis si reuocatur dictum suum, diminuitur de fide sua, & nocet parti licet non citatæ.

Vigesimanona præsump.

Vigesimonono. ¶ † *Præsumitur contra testem, qui, postquam testimonium perhibuit, mutat seu corrigit dictum suum, nisi incontinenti hoc faciat. capit. præterea, supra de testi. cogen. redditur enim suspectus tanquam subornatus à parte, ut ibi habetur, & in §. quia uerò multi, ubi glos. in uerbo non etiam, in autentica de testibus.*

2 ¶ *Et dicitur † incontinenti antequam compleat dictum suum, uel sit dimissus à Iudice seu examinatore: secundum* Baldum *in l. lecta. & ibi* Ias. *in penulti. charta. ff. si certum peta.* Idem *etiam si corrigat antequam publicatæ sint attestationes: quia adhuc dicitur incontinenti, dummodo probetur eum non fuisse colloquutum cum partibus: & sic, tollatur ista præsumptio subornationis, & si*

& si esset testis notæ fidei & magnæ authoritatis, propè esset, ut staretur iuramento suo: secundum Bal. in dicto c. præterea. argu. c. ultra tertiam, supra de testi. Facit lex nõ omnes. §. fi. ff. de re milita.

3 ¶ Intellige† tamen istud procedere, quando testis allegaret aliquam caussam coloratam erroris seu correctionis: secundum Imol. & Feli. in dicto cap. præterea, & Bart. in l. eos. ff. de fal.

¶ ADDITIO. ¶ Vide D. Crotum in tracta. de testibus. fol. xxj. nu. 341. & nu. 343. Ioan. Nicol.

¶ Et esset iusta caussa, si allegarent obliuionem in tempore: quia illa est magis uerisimilis. Si uero obliuio non esset uerisimilis, tunc secus: ut dicit Bal. in l. presbyteri. C. de episco. & cleri. ubi subdit, quòd si quis dicat se non recordari de eo, quod est ualde uerisimile quod recordetur debet puniri, & solent latrunculatores illud dictum practicare, ut subijciant talem torturæ.

4 ¶ Et† putarem supradicta procedere, etiam si testis ipse mutet aliqua sub prætextu declarationis uerborum, quando talis declaratio non bene consonaret: quia nec tunc, debet hoc permitti: sicut in simili dicimus de iudice l. ab exequutore. in prin, ubi notatur. ff. de appella. & ita intelligo nota. in c. cùm clamor. supra de testi. Facit quod not. Cardi. in c. cùm ad sedem. de restitu. spoliato. Abb. in c. cum dilecti. de donatio. And. sicu. consi. tertio. in penul. char. in secundo.

5 ¶ Sed dubitatur,† si testis sit contrarius, nunquid standum sit primo uel secundo dicto, & si sit contrarius in eadem depositione, clarum est, quòd non statur ali

cui dicto: imò reijcitur in totum tanquam falsus. capitu. licet caussam, supra de probatio. l. eos ff. de fal. l. qui falsa: ubi Salice. Fulgo. & Floria. ff. de testi. & est cōmunis opinio cum aliquibus declarationibus positis per Felin. *in capi. cùm in tua, in prima conclusio. supra de testi.*

¶ *Si uerò est contrarius in alia depositione eiusdem caussæ, tunc* Barto. *in dicta. l. eos, uidetur præsupponere quòd sit idem: & etiam* Fulgo. *in dicta. l. qui falsa, dum dicit, quòd prima depositio quæ fuit perfecta in se, annullatur ex postfacto per reuocationem factam in alio examine: quia ex quo in hoc secundo apparet quòd est testis falsus & periurus: lex præsumit idem de prima examinatione. arg. l. si hi qui. C. de adulte.* Et *idem uidentur tenuisse* Butri. & Imo. *in. d. c. cùm in tua.*

¶ ADDITIO. ¶ Et *huius sententiæ quod nec primum nec secundum dictum ualeat, fuit.* D. Crotus. *in tracta. de testibus. nu. 344. ubi dicit opinionem contrariam non esse tenendam.* Ioan. Nicolaus.

¶ *Sed* Abbas *in dicto capi. cum in tua. tenet contrarium quòd imò stetur primo dicto. argumen. dicti capitu. præterea: ubi* Innocen. Ioan. Andre. Imo. & Moder. *idem tenent, & est de mente* Baldi *in. l. iij. C. ad legem* Iuliam *de adulte. & suadetur optima ratione: quia talis testis præsumitur subornatus à parte: ut est glo. in dicto capi. præterea, ergo sequitur quòd primum dictum præsumatur uerius, aliàs esset in potestate testis annullare dictū suum, & tollere ius quæsitum parti.* Nec *ratio* Fulgo. *per dictam legem si hi qui adulterij, quicquam ualet, quia ille tex. non procedit simpliciter, quòd ex præsenti præsuma*

tur

tur retro:sed alia ratione de qua latius supra uidimus. Eandem opinionem etiam tenet Areti.*in dicto capi.cùm in tua:quãdo pars pro qua testis semel præsens deposuit, opposuisset nè repeteretur:secus si nihil opposuisset.alle gat* Bal.*in autenti.qui semel.C.de probatio.*

¶*Sed nihi placet generaliter opinio* Abba.*quòd stetur primo dicto:& ad quasdam rationes* Areti.*ibi responden dum est,quod procederent,ubi lex non præsumeret subor nationem,ex quo ista subornatio non debet prodesse sub- ornatori,quia delictum suũ nemini debet esse utile.l.itaq; fullo.ff.de furt.l.seruius.ff.quod ui aut clam.*

6 ¶*Et†ex hoc à fortiori infertur,quòd si ista reuoca tio sit facta in alio iudicio siue ciuili siue criminali,quòd stabitur primo dicto.capi.sicut,supra de testi. ubi* Areti. *& alij attingunt:& est communis opinio ut per* Felim. *in d.c.cùm in tua.per* Pindarũ *in tractatu de testibus ua- riãtibus,in secũdo lib.*Deciũ*consi.clxxv. et cõsi.clxxxix.*

¶ADDITIO.¶*Hoc sequitur do. ioan.crotus in.d. tractatu de testibus nu.344.uersicu.secundus casus &c. dummodo hæc reuocatio seu contrarietas fiat in alia cau sa,& alia instantia,& diuersæ sint personæ li igantes:se cus quando est eadem causa & eædem sunt personæ liti- gantes,licet diuersæ sint instantiæ,quia tunc neutrum di ctum ualet.* Ioan.Nicolaus.

7 ¶*Debilitatur†tamen istud primum dictum:quia talis testis non dicetur maior omni exceptione.*

¶*Et propterea dicit do.Card.in.c.ueniẽs.ij.in fine,supra de tésti.quòd ad dictũ talis testis nõ posset deferri iuramẽ tũ ĩ supplemẽtũ probatiõis.sequitur* Feli.*post alios ĩ.d.c.*

præterea,& in dicto capi.cùm tua,& Alexã. consi.xix. in penul.col.in quarto.

8 ¶ Sed† quid si essent duo testes? nunquid probaretur sufficienter ad ferendam sententiam ex priori dicto, licet prius reuocassent? Et uideretur quòd non: quia ex numero oritur maior suspitio falsitatis contra primum dictũ. argumen.notatorum per Bar.in lege prima.§.idem cornelio.ff.de quæstio.per Baldum consi.ccccxxvij. in.v.& in capi.ad nostram,supra de probatio. Et hoc uidetur uoluisse do.Alexan.consi.cxij.in penul col. in quarto,& de mente Areti.in dicto capi.cùm in tua.

¶ Videretur contrarium esse uerius,quia in caußis ciuilibus,duo testes sufficiunt,licet non sint omni exceptione maiores,ut per Ioan.And.in capi.quod pro caussa.supra de procurato.Pau.de castro in lege fina.C. de probatio. Andre.sicul.& alios in capi.at si cleri.in glo.iij.supra de iudic.Et istud uidetur de mente Docto.qui loquuntur tãtummodo de uno corrigente,non de duobus: & est ratio, quia probatio quæ fit per unum testem & iuramentum, est probatio priuilegiata: meritò de facili cessat: secus quãdo sunt duo,quia talis probatio fundatur ex iure communi.argumen.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testamen. milita.

¶ Nec obstat quod ex numero reuocantium prius dicta oritur maior suspitio,quia ex eodem numero etiam efficacior est prima probatio, ubi lex uoluit stari propter præsumptionem subornationis,dicto capi.sicut, & dicto capi.præterea,& capi.per tuas,supra de probatio.

¶ Faterer tamen quando Iudex haberet ualde suspectum primum

primum dictum,quòd non deberet iudicare, nisi præstito iuramento in supplementum probationis parti: ex quo plus quàm semiplenè probauit.capi.fina.de iureiuran.& no.in dicta.l.admonendi,de iureiuran.

9 ¶ *Declarantur† supradicta,dum dixi quòd testis non potest corrigere dictum suum,nisi incontinenti:aliàs staretur primo dicto,ut non procedant quando testis metu tormentorum corrigeret dictum suum ante publicationem:nam tunc staretur tali correctioni: secundùm* Bart. *&* Ange.*in.l.si postulauerit.§.sed & si negauerimus.ff. ad legem iuliam de adulte.ubi subdunt,quòd boni assessores faciunt,quòd non reperiatur nisi unum dictum,uidelicet post tormenta.*

¶ *Facit pro ista opinione,quod dicit idem* Bar.*in.l. pri-*
10 *ma.§.quæstioni.ff.de quæstioni.† ubi dicit in teste uariante, quòd quãdo quis de alio interrogatur,ualidior est secunda confeßio facta in tormẽtis,quàm prima sine tormentis.§.primo,in autenti.de testi.nota.in lege cùm probatio.ff.de probatio.licet secus sit,quando de se tantum torquetur & de se & de alio.d.l.prima.§. diuus, &.§. quæstioni,&.§.si quis ultro.* Et *sequitur* Areti. *consil. lx| Soci.consilio.ccliij.in.ij.colum.* Decius *consil.clxxv. in.x.colum.uersicu.non obstat,Pindarus in dicto tractatu in prima parte,capitu.iij.*Dicunt *tamen* Moder.*in dicto.§.quæstioni,quòd non uident aliquam rationem differentiæ istius doctrinæ.*

¶ *Adde,quòd etiam illud dictum* Barto.*quòd cauti assessores faciunt,quòd reperiatur in actis nisi secundùm dictum,non uidetur uerum:quia ex quo ista uariatio diminuit*

nuit de f. de testis, interest partis, ut de ea constet in actis, iuxta no. per Bald. in l. iij C. de testi. & traditur in capit. quoniam contra, supra de probatio.

¶ *Sed tu aduerte, quòd doctrina Bart. est uera, si bene in-*
11 *telligatur: & propterea sciendum est † quòd nũquam persona libera debet attestari de re alterius in tormẽtis. l. ex libero. ff. de quæstio. nisi sit testis ualde uilis & infimis. §. primo, in autenti. de testi. uel seruilis conditionis. l. seruis ff. de testi. Idem in excommunicato, secundùm Bal. in capitu. ij. de testi. cogen. & in capit. primo, de summa trinita. & fide catholica. Tales ergo non admittuntur ad testimonium, nisi cum tortura: quia tunc eorum dictum*
12 *suppletur per quæstionem. Et propterea † si accidat quòd hi sint admißi sine tortura, non creditur eorum dicto, sed statur dicto in tormentis, imò solum illud dictum in actis debet poni: & ita intelligitur Barto. in d. §. quæstioni, & in dicto. §. sed & si negauerit, ubi tex. præcise loquetur in seruis. & etiã dictus. §. primus, in autenti. de testi. qui loquitur in uilißimis & in ignotis personis. Quæ iura allegat Barto. & secundùm ea debet intelligi iuxta no. per eum in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de libera. lega. Dum ergo Bar. dicit, quòd quando quis de altero tantum interrogatur in tormentis, non potest intelligi in homine libero, quia talis non torquetur in testimonium. d. l. ex libero, & per Alexan. consi. xj. in primo uolumine: torquetur enim tantũmodo ex delicto suo, licet in consequẽtiã attestetur aliquãdo de alieno: iuxta no. in l. fi. C. de accusatio. & doct. Bar. in l. repeti. ff. de quæstio.*
13 ¶ *Et † propterea, quãdo aliquis testis reuocat dictum suum*

suũ,diminuitur de fide sua,& nocet parti licet nõ citatæ: quia ista reuocatio fit quò ad ipsum prĩcipaliter,nõ autẽ quò ad formam testimonij,quò ad partem iuxta no.in ca= pit.per tuas,supra de probatio. Et sic,apparet manifesta ratio doctrinæ Barto.

¶ Alij tamen uidentur intellexisse istud generaliter, quòd imò stetur secundo dicto in tormentis:ex quo , metu tor= mentorum præsumitur dixisse ueritatem:secundũ Abba. in.d.c.per tuas,& Bartho.ueronen.consi.lxj. in ulti.col. Sed istud mihi non placet:quia dictus.§.sed & si negaue rim,procedit tantũmodo in his,qui non admittuntur in testimonium,nisi cum tortura,ut supra ostendi: & ratio Abba.in homine libero,concludit oppositũ:quia lex præ sumit hominẽ liberum dicere ueritatem ex se,& si adhi= beantur tormenta,eorum metu uariare:ut per Bar. in.d. §.quæstionum,& in.l.j.in.ij.col.C.de confessis:sed in ser uis & infamibus,secus:quia præsumuntur mendaces,& non dicere ueritatem,nisi metu pœnæ.

¶ Et ex his infertur,quòd si detur casus,in quo liber ho= mo non admittitur nisi cum tormentis , tunc idem esset quod in cæteris seruis & infamibus:puta quãdo testis in ipsamet prima depositiõe est uarius,uel agitur de aliquo suo delicto:nam tunc,staretur illi dicto in quo perseuera= uit in torment .l.unius.§.testes.ff.de quæstio. Et ita in= telligitur quod notat Bar.in.d.l.eos,Bal.in.l.fi.C.de quæ= stio.Ange.in.l.de tormentis,eodem titu.Ludo.Roma. sin= gula.dccxcix.in ultima charta,Pindarus in dicto tractatu suo,in prima parte.c.iij.& ita saluatur Abb. in.d.c. per tuas,& declarat Aret.ibi:& uidetur etiã ita intellexisse

¶ ADDITIO. ¶ *Quod alleganti paupertatem uel diuitias ad fundamẽtum intentionis incumbat onus probandi, & qualiter probentur diuitiæ uel paupertas. uide Alexan.consil.xxxvij.consultus.lib.vij.& consil.xcj.repetitus.eod.lib.Calcane.consil.viij.in causa pendente,col. vij.& seq.*Roma.*consil.ccxlv.ad primum,in ulti.dubio. Soci.consi.xxx.in causa dominæ* Agnetis.*per totum consil.lib.iiij.& consil.xxiiij.omnipotens* Deus.*col.antepenul.lib.primo*, Bologni.*in consil.lix.uisis igitur.colum. penul.*Purpuratum *& alios* Moder.*in l.j.fol.vj.nu.92. & 93.ff.si certum peta.*Ange.*in* §.*hinc nobis,de hæredi.&* Falci.*collatione prima,*Petrum *de* Moncada *in additio.ad tracta.de testib.do.*Crotum *folio 3.sub nume.24.* Ioan.Nicol.

XXVIII. PRAESVMPTIO.

1 Corrigere se incontinenti nemo præsumitur.
2 Actus à partibus factus, in contrarium quàm conuentum esset, præsumitur potius errore factus, quàm quod voluerint se partes corrigere.
3 Statutum Mediolanen. quod maritus non existentibus liberis communibus, præmortua vxore, lucretur dotem, saluo iure liberorum prioris matrimonij, non intelligitur, vt liberi prioris tori succedant in tota dote: sed secundum l.hac edictali.de secun.nuptijs.
4 Dictio saluo, stat modificatiue, non correctiue.
5 Alienanti rem meam si consensero, saluo iure meo, hæc protestatio intelligitur, respectu pretij, non ipsius rei.

Statuta

6 Statuta ita interpretanda sunt, ne videantur incontinenti se corrigere. quod procedit etiam si caueatur, quod verba statuti intelligantur ad literam prout iacent: item procedit etiam si aliqua verba impropriarentur.
7 Statutum loquens in principio alternatiuè, si deinde loquatur copulatiuè, ne videatur se incontinenti corrigere, copulatiua resoluitur in disiunctiuam.
8 Extensio non est licita in correctorijs ex identitate rationis.
Iura intelligi debent vt concordent non vt se corrigant.
9 Pœnas varias alicui delicto si iura imponant, non censentur se inuicem corrigere, sed dare optionem iudici.
10 Testes inquantum fieri potest debent ad concordiam reduci.
11 Testator si dixerit lego Titio talem fundum, & in eo illum instituo, non videtur se testator correxisse: sed erit electio legatarij, an velit titulo legati habere, an vero titulo institutionis.
Quis effectus resultet quod potius institutionis quã legati titulo accipiat.

Vigesima octaua præsumptio.

VIgesimooctauo. ¶ Nemo † *præsumitur incontinenti seipsum corrigere.l.non ad ea legata duntaxat.ubi glos.*& *Doctores.ff.de conditionibus* & *demonstrationibus* & *causis* & *modis eorum* &*c.* Bartolus *in l.prima.§.*& *parui refert utrum ius faciendi habuit. colum.secunda.ff.quod ui aut clam.* Butrius & Imola, *in capitu.ex parte tua* & *infra.secundo.supra de officio* & *potesta.iudi.delega.Alexan.consil.xxviij.col.finali.in quarto uolumine.*Roma.*consil.xciiij.uisis his quæ narrantur*

rantur, in ij.col.Alexan.in l.si mihi.§.fina.ff.de leg.j,

2 ¶ Pro hoc facit,† quia si partes conueniunt facere unum,& contrarium fecerint,præsumuntur potius fecisse per errorē,quàm quòd uoluerint se corrigere.l.quoties.§.tantundem.ff.de hæredi.instituen.

¶ ADDITIO. ¶ Et do.Alexan.egregie consi.clvj. uiso instrumento.col.ij.lib.vj. Ioan.Nicol.

¶ Et firmat Soci.consi.xxvij.in quarta col.in iiij.uolu. ubi subdit,quòd quādo primum instrumentū est planum, declaratur secundum eo modo ne corrigat præcedēs,per supradictam rationem:& quod notant Ange.& Imo.in l.si quis cum aliter.ff.de uerbo.obli.facit etiam quod no. Comen.consi.xxxiiij.pater uxori.

3 ¶ Vnde,† per istam rationem aliâs consului cum do. Decio,quòd statutum Mediolani quo dicitur,quòd maritus non existentibus liberis cōmunibus,præmortua uxore lucretur dotem,saluo iure liberorum prioris matrimonij,non intelligitur generaliter,ut filij prioris matrimonij succedant in tota dote,secundum senatusconsul.Orficia.de quo in l.j.C.ad Orfici.sed refertur solum ad legem hac edictali.C.de secun.nup.quia aliâs statutum inconti-

4 nenti se corrigeret per supradicta:& † quia illa dictio saluo,stat modificatiuè nō correctiuè,ut est glos.in l.item labeo.ff.fa.ercis.cum concordan.& in terminis consuluit Bal.cōsil.cclxxiij.supposito statuto,in secundo,ut latius habetur per Decium consi.cclxxxiij.in nouissimis.

¶ Adde,quod notabiliter uoluerunt Iaco.Put.& Iason,

5 in l.si fundum per fideicommissum.ff.de legat.j.† ubi si consentiam tertio alienanti rem meam, cum protesta-

tione,

tione, saluo iure meo: ista protestatio intelligitur, nisi respectu pretij, non autem ipsius rei. argumen. l. mater. C. de rei uendic. quia aliter ista reseruatio corrigeret in totum consensum prius præstitum: & est de mente Dini, Oldra. & Rapha. Comen. ibi.

¶ Ad idem facit quod notat domi. Alexan. consi. cxxxv. in ulti. col. uersicu. præterea ista, in primo uolu. ubi conclu-
6 dit, † quòd in statutis per talem reseruationem semper debet fieri interpretatio, ne præcedentia corrigantur. Et istud procedit, etiam ubi caueretur, quòd uerba in statutis intelligerẽtur ad literam prout iacet: secundum Anchara. consil. ccccxxiij. uiso puncto, in ij. col. Item procedit, etiam si aliqua uerba impropriarentur, secundum Ludo.
7 Roma. consilio ciiij. incipien. pater reuerende: ubi, † si statutum loquatur in principio de cessantibus siue fugitiuis, & sic alternatiuè: deinde loquatur copulatiuè, illa copula resoluetur in disiunctiuam, ne censeantur statuentes incontinenti se correxisse: argu. notatorum per Cyn. & Bal. in l. fina. C. per quas perso. nob. acquiri.

¶ Et ad supradictam præsumptionem facit generaliter, quia quælibet correctio est euitanda. l. sancimus. C. de te-
8 stamen. unde, † in correctorijs non est licita extensio ex identitate rationis. l. præcipimus. ubi Barto. C. de appellatio. auten. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Et iura debent intelligi ut concordent, non ut se corrigant. cap. cum expediret, de electio. in vj. l. fina. C. de eden. Et facit glos.
9 notabilis in capi. fraternitatis. xxxiiij. distinctio. † ubi si iura imponunt uarias pœnas alicui delicto, non censentur se inuicem corrigere, sed potius dare electionem iudici,

dici, de quo per Felinum in capitu. inter cæteras, supra de rescriptis.

10 ¶ Et idem procedit † etiam in testibus, qui debent, quantum poßibile est, reduci ad concordiam. capitu. cum tu, ubi nota. supra de testi. Dyn. & Bald. in l. ij. ff. de conditio. institutio. cum concordan.

¶ ADDITIO. ¶ Et amplißime domi. Alexan. post Imolam in l. inter stipulantem. §. si stichum. de uerborum obliga. & Fely. in c. cum tu. de testibus. & Ioan. Crotus, in tracta. de testibus. nu. 327. cum sex uel septem columnis sequētibus. in quibus locis abunde traditur quomodo & qua uia testes contrarij ad concordiam reducantur, & an reducātur ad euitandam pœnam periurij uel falsi solum, an uero etiam ad probandum. Ioan. Nicol.

¶ Et generaliter, idem est in quacunq; materia: secundum Alexan. consil. cxlj. uiso testamento. colum. tertia. in secundo uolumi.

11 ¶ Et hæc † inferuntur ad quæstionem, quando testator dixit, lego Titio talem fundum, & in eo illum instituo. Nam quamuis institutio differat à legato, non tamen uidetur testator seipsum correxisse, sed potius erit electio legatarij, an uelit habere titulo legati, an titulo institutionis in re certa. d. l. non ad ea, & effectus est magnus, quia isto secundo casu, non tenebitur accipere rem de manu hæredis: iuxta legem nō dubium, cū ibi nota. C. de lega. sed poterit accipere propria autoritate: secundum Barto. & Docto. in l. ex facto. ff. de hæredi. insti. Ias. post alios in l. quoties. C. eo. titu. Et in dubio præsumetur accepisse isto titulo tanquam pleniore. argumen. l. si ita scriptum. ij. &

quod

quod ibi not. Bald. ff. de hæredi. insti. quod nota. Et *facit tex. in l. si quis seruo. ff. de manumis. testa. & in l. recusare. §. titius. ff. ad trebellia. Barto. in l. si titio. prima. ff. de usufruc. lega. & in l. Centurio. in quarta quæstio. principali. ff. de uulga. & pupilla.*

XXIX. PRAESVMPTIO.

1 Teste post perhibitum testimonium corrigente dictum suum, contra eum præsumitur, nisi se incontinenti corrigat.
Limita nume. 9.
2 Testis quando dicatur incontinenti dictum suū corrigere.
3 Testis potest dictū suum corrigere, si alleget aliquam causam erroris seu correctionis.
Intellige si causa sit iusta, probabilis vel verisimilis.
Obliuio verisimilis est iusta causa quod testis potest dictum corrigere, secus si non sit verisimilis
4 Testis potest declarare verba, & sub prætextu declarationis mutare dicta modo talis declaratio consonet.
5 Testis si sit contrarius an standum sit primo, vel secundo dicto, late.
Quid autem si in diuersis iudicijs reperiatur deposuisse contraria. 6.
7 Teste ex interuallo deponente contraria, licet secundum communem stetur primo dicto, tamen illud primum dictum debilitatur, ita vt non sit deferendum iuramentum suppletorium.
8 Testes duo si deponant postea contrarium eius quod prius deposuerant, an sententia sit ferenda

secun-

& si esset testis notæ fidei & magnæ authoritatis, propè esset, ut staretur iuramento suo: secundum Bal. in dicto c. preterea. argu. c. ultra tertiam, supra de testi. Facit lex nō omnes. §. fi. ff. de re milita.

3 ¶ Intellige† tamen istud procedere, quando testis allegaret aliquam caussam coloratam erroris seu correctionis: secundum Imol. & Feli. in dicto cap. preterea, & Bart. in l. eos. ff. de fil.

¶ ADDITIO. ¶ Vide D. Crotum in tracta. de testibus. fol. xx). nu. 341. & nu. 343. Ioan. Nicol.

¶ Et esset iusta caussa, si allegarent obliuionem in tempore: quia illa est magis uerisimilis. Si uero obliuio non esset uerisimilis, tunc secus: ut dicit Bal. in l. presbyteri. C. de episco. & cleri. ubi subdit, quòd si quis dicat se non recordari de eo, quod est ualde uerisimile quod recordetur debet puniri, & solent latrunculatores illud dictum practicare, ut subijciant talem torturæ.

4 ¶ Et† putarem supradicta procedere, etiam si testis ipse mutet aliqua sub prætextu declarationis uerborum, quando talis declaratio non bene consonaret: quia nec tunc, debet hoc permitti: sicut in simili dicimus de iudice l. ab exequutore. in prin, ubi notatur. ff. de appella. & ita intelligo nota. in c. cùm clamor. supra de testi. Facit quod not. Cardi. in c. cùm ad sedem. de restitu. spoliato. Abb. in c. cum dilecti. de donatio. And. sicu. consi. tertio. in penul. char. in secundo.

5 ¶ Sed dubitatur,† si testis sit contrarius, nunquid standum sit primo uel secundo dicto, & si sit contrarius in eadem depositione, clarum est, quòd non statur ali

cui dicto: imò reijcitur in totum tanquam falsus. capitu. licet caussam, supra de probatio. l. eos ff. de fal. l. qui falsa: ubi Salice. Fulgo. & Floria. ff. de testi. & est cõmunis opinio cum aliquibus declarationibus positis per Felin. in capi. cùm in tua, in prima conclusio. supra de testi.

¶ Si uerò est contrarius in alia depositione eiusdem caussæ, tunc Barto. in dicta. l. eos, uidetur præsupponere quòd sit idem: & etiam Fulgo. in dicta. l. qui falsa, dum dicit, quòd prima depositio quæ fuit perfecta in se, annullatur ex postfacto per reuocationem factam in alio examine: quia ex quo in hoc secundo apparet quòd est testis falsus & periurus: lex præsumit idem de prima examinatione. arg. l. si hi qui. C. de adulte. Et idem uidentur tenuisse Butri. & Imo. in. d. c. cùm in tua.

¶ ADDITIO. ¶ Et huius sententiæ quod nec primum nec secundum dictum ualeat, fuit. D. Crotus. in tracta. de testibus. nu. 344. ubi dicit opinionem contrariam non esse tenendam. Ioan. Nicolaus.

¶ Sed Abbas in dicto capi. cum in tua. tenet contrarium quòd imò stetur primo dicto. argumen. dicti capitu. præterea: ubi Innocen. Ioan. Andre. imo. & Moder. idem tenent, & est de mente Baldi in. l. iij. C. ad legem Iuliam de adulte. & suadetur optima ratione: quia talis testis præsumitur subornatus à parte: ut est glo. in dicto capi. præterea, ergo sequitur quòd primum dictum præsumatur uerius, aliàs esset in potestate testis annullare dictũ suum, & tollere ius quæsitum parti. Nec ratio Fulgo. per dictam legem si hi qui adulterij, quicquam ualet, quia ille tex. non procedit simpliciter, quòd ex præsenti præsumatur

tur retro:sed alia ratione de qua latius supra uidimus. Eandem opinionem etiam tenet Areti.in dicto capi.cùm in tua:quãdo pars pro qua testis semel præsens deposuit, opposuisset nè repeteretur:secus si nihil opposuisset.alle gat Bal.in autenti.qui semel.C.de probatio.

¶Sed mihi placet generaliter opinio Abba. quòd stetur primo dicto:& ad quasdam rationes Areti.ibi responden dum est,quod procederent,ubi lex non præsumeret subor nationem,ex quo ista subornatio non debet prodesse sub= ornatori,quia delictum suũ nemini debet esse utile.l.itaq; fullo.ff.de furt.l.seruius.ff.quod ui aut clam.

6 ¶Et†ex hoc à fortiori infertur,quòd si ista reuoca tio sit facta in alio iudicio siue ciuili siue criminali,quòd stabitur primo dicto.capi.sicut,supra de testi. ubi Areti. & alij attingunt:& est communis opinio ut per Felin. in d.c.cùm in tua.per Pindarũ in tractatu de testibus ua= riãtibus,in secũdo lib.Deciũ consi.clxxv. et cõsi.clxxxix.

¶ADDITIO.¶Hoc sequitur do. ioan.crotus in.d. tractatu de testibus nu.344.uersicu.secundus casus &c. dummodo hæc reuocatio seu contrarietas fiat in alia cau sa,& alia instantia,& diuersæ sint personæ li igantes:se cus quando est eadem causa & eædem sunt personæ liti= gantes,licet diuersæ sint instantiæ,quia tunc neutrum di ctum ualet. Ioan.Nicolaus.

7 ¶Debilitatur†tamen istud primum dictum:quia talis testis non dicetur maior omni exceptione.

¶Et propterea dicit do.Card.in.c.ueniẽs.ij.in fine,supra de testi.quòd ad dictũ talis testis nõ posset deferri iuramẽ tũ ĩ supplemẽtũ probatiõis.sequitur Feli.post alios ĩ.d.c.

præterea, & in dicto capi. cùm tua, & Alexã. *consi. xix. in penul. col. in quarto.*

8 ¶ *Sed† quid si essent duo testes? nunquid probaretur sufficienter ad ferendam sententiam ex priori dicto, licet prius reuocassent?* Et *uideretur quòd non: quia ex numero oritur maior suspitio falsitatis contra primum dictũ. argumen. notatorum per* Bar. *in lege prima. §. idem cornelio. ff. de quæstio. per* Baldum *consi. ccccxxvij. in. v. & in capi. ad nostram, supra de probatio.* Et *hoc uidetur uoluisse do.* Alexan. *consi. cxij. in penul col. in quarto, & de mente* Areti. *in dicto capi. cùm in tua.*

¶ *Videretur contrarium esse uerius, quia in caußis ciuili bus, duo testes sufficiunt, licet non sint omni exceptione maiores, ut per* Ioan. And. *in capi. quod pro caussa. supra de procurato.* Pau. *de castro in lege fina.* C. *de probatio.* Andre. *sicul. & alios in capi. at si cleri. in glo. iij. supra de iudic.* Et *istud uidetur de mente* Docto. *qui loquuntur tãtummodo de uno corrigente, non de duobus: & est ratio, quia probatio quæ fit per unum testem & iuramentum, est probatio priuilegiata: meritò de facili cessat: secus quã do sunt duo, quia talis probatio fundatur ex iure communi. argumen. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. milita.*

¶ *Nec obstat quod ex numero reuocantium prius dicta oritur maior suspitio, quia ex eodem numero etiam efficacior est prima probatio, ubi lex uoluit stari propter præsumptionem subornationis, dicto capi. sicut, & dicto capi. præterea, & capi. per tuas, supra de probatio.*

¶ *Faterer tamen quando Iudex haberet ualde suspectum primum*

primum dictum, quòd non deberet iudicare, nisi præstito iuramento in supplementum probationis parti: ex quo plus quàm semiplenè probauit. capi. fina. de iureiuran. & no. in dicta. l. admonendi, de iureiuran.

9 ¶ *Declarantur † supradicta, dum dixi quòd testis non potest corrigere dictum suum, nisi incontinenti: aliàs sta- retur primo dicto, ut non procedant quando testis metu tormentorum corrigeret dictum suum ante publicatio- nem: nam tunc staretur tali correctioni: secundùm Bart. & Ange. in. l. si postulauerit. §. sed & si negauerimus. ff. ad legem iuliam de adulte. ubi subdunt, quòd boni assesso- res faciunt, quòd non reperiatur nisi unum dictum, uideli cet post tormenta.*

¶ *Facit pro ista opinione, quod dicit idem Bar. in. l. pri-*
10 *ma. §. quæstioni. ff. de quæstioni. † ubi dicit in teste ua riante, quòd quãdo quis de alio interrogatur, ualidior est secunda confeßio facta in tormẽtis, quàm prima sine tor mentis. §. primo, in autenti. de testi. nota. in lege cùm pro- batio. ff. de probatio. licet secus sit, quando de se tantum torquetur & de se & de alio. d. l. prima. §. diuus, &. §. quæstioni, & §. si quis ultro. Et sequitur Areti. consil. lx j. Soci. consilio. cclij. in. ij. colum. Decius consil. clxxv. in. x. colum. uersicu. non obstat, Pindarus in dicto tracta- tu in prima parte, capitu. iij. Dicunt tamen Moder. in di- cto. §. quæstioni, quòd non uident aliquam rationem diffe rentiæ istius doctrinæ.*

¶ *Adde, quòd etiam illud dictum Barto. quòd cauti asses- sores faciunt, quòd reperiatur in actis nisi secundùm di- ctum, non uidetur uerum: quia ex quo ista uariatio dimi-*

nuit de f. de testis, interest partis, ut de ea constet in actis, iuxta no. per Bald. *in. l. iij* C. *de testi. & traditur in capit. quoniam contra, supra de probatio.*

¶ *Sed tu aduerte, quòd doctrina* Bart. *est uera, si bene in-*
11 *telligatur: & propterea sciendum est † quòd nūquam persona libera debet attestari de re alterius in tormētis. l. ex libero. ff. de quæstio. nisi sit testis ualde uilis & infa-mis. §. primo, in autenti. de testi. uel seruilis conditionis. l. seruis. ff. de testi.* Idem *in excommunicato, secundùm* Bal. *in capitu. ij. de testi. cogen. & in capit. primo, de summa trinita. & fide catholica.* Tales *ergo non admittuntur ad testimonium, nisi cum tortura: quia tunc eorum dictum*
12 *suppletur per quæstionem.* Et *propterea † si accidat quòd hi sint admißi sine tortura, non creditur eorum di-cto, sed statur dicto in tormentis, imò solum illud dictum in actis debet poni: & ita intelligitur* Barto. *in. d. §. quæ-stioni, & in dicto. §. sed & si negauerit, ubi tex. præcise loquetur in seruis. & etiā dictus. §. primus, in autenti. de testi. qui loquitur in uilißimis & in ignotis personis.* Q*uæ iura allegat* Barto. *& secundùm ea debet intelligi iuxta no. per eum in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de libera. lega.* Dum *ergo* Bar. *dicit, quòd quando quis de altero tantum interrogatur in tormentis, non potest in-telligi in homine libero, quia talis non torquetur in testi-monium. d. l. ex libero, & per* Alexan. *consi. xj. in primo uolumine: torquetur enim tantūmodo ex delicto suo, licet in consequētiā attestetur aliquādo de alieno: iuxta no. in l. fi.* C. *de accusatio. & doct.* Bar. *in. l. repeti. ff. de quæstio.*
13 ¶ Et † *propterea, quādo aliquis testis reuocat dictum*

suum

suū, diminuitur de fide sua, & nocet parti licet nō citatæ: quia ista reuocatio fit quò ad ipsum prīcipaliter, nō autē quò ad formam testimonij, quò ad partem iuxta no. in capit. per tuas, supra de probatio. Et sic, apparet manifesta ratio doctrinæ Barto.

¶ Alij tamen uidentur intellexisse istud generaliter, quòd imò stetur secundo dicto in tormentis: ex quo, metu tormentorum præsumitur dixisse ueritatem: secundū Abba. in. d. c. per tuas, & Bartho. ueronen. consi. lx j. in ulti. col. Sed istud mihi non placet: quia dictus. §. sed & si negauerim, procedit tantūmodo in his, qui non admittuntur in testimonium, nisi cum tortura, ut supra ostendi: & ratio Abba. in homine libero, concludit oppositū: quia lex præsumit hominē liberum dicere ueritatem ex se, & si adhibeantur tormenta, eorum metu uariare: ut per Bar. in. d. §. quæstionum, & in. l. j. in. ij. col. C. de confeßis: sed in seruis & infamibus, secus: quia præsumuntur mendaces, & non dicere ueritatem, nisi metu pœnæ.

¶ Et ex his infertur, quòd si detur casus, in quo liber homo non admittitur nisi cum tormentis, tunc idem esset quod in cæteris seruis & infamibus: puta quādo testis in ipsamet prima depositiōe est uarius, uel agitur de aliquo suo delicto: nam tunc, staretur illi dicto in quo perseuerauit in torment l. unius. §. testes. ff. de quæstio. Et ita intelligitur quod notat Bar. in. d. l. eos, Bal. in. l. fi. C. de quæstio. Ange. in. l. de tormentis, eodem titu. Ludo. Roma. singula. dccxcix. in ultima charta, Pindarus in dicto tractatu suo, in prima parte. c. iij. & ita saluatur Abb. in. d. c. per tuas, & declarat Aret. ibi: & uidetur etiā ita intellexisse

 do. Feli.

do.Feli.in.d.c.cùm in tua.penul.col.in prima conclusio-ne,supra de testi.Si uerò semel bene deposuisset in ciuili iudicio,licet deinde reuocaret in tormentis,staretur primo dicto:per doctrinam Bar.in.d.§.quæstioni.declarãda, ut supra.Et ista est uera & cõis opinio,licet in practica uiderim dubitari per no.per Barth.ueronẽ. cõsi.lxj.qui, dum conatur reddere ius nostrum cautelosum,ipse incautè loquutus est.

¶ADDITIO.¶*Secundo potes limitare quod supra conclusum fuit standum primo dicto,quando testis ex interuallo contraria deposuit,ut non procedat,quando primum dictum testis fuisset in iudicio nullo,& secundùm dictum fuisset in iudicio ualido, quia tunc staretur secundo,nec noceret contrarium dictum in iudicio nullo,secundùm notabilem gl.in.c.cum causam.in gl.fi.quam sequũtur ibi omnes.de testibus.& Anto. & Feli. in.d.c. cum in tua.Abb.& Areti.in.c.per tuas.de probatio.& Crotus in.d.tracta.de testibus, numero.344. uersicu. tertius casus.* Ioan.Nicolaus.

XXX. PRAESVMPTIO.

1 Præsumitur contra eum qui vult innouare.
2 Statutum si habeat interpretationem seruari solitam,ab illa non est in iudicando recedendum.
Ab opinione in aliquo foro approbata secundum consuetudinem,iudex non debet in illo foro in iudicando recedere,licet communis sit in contrarium.
3 Ab antiqua practica non est recedendum.
4 Citatio si fuerit facta contra solitam formã practicandi

cticandi,non tenetur citatus comparere.

5 Iudex poteſt reijcere libellum deuiantem a cõſueta practica.

6 Reſcriptum deuians a conſueto ſtylo & cõtinẽs inconſuetas clauſulas præſumitur falſum.

xxx.præſumptio.

TRigeſimo. Præſumitur † contra eum,qui uellet innouare:quia nouitates plerunque pariunt diſcordiam.undecima diſtinctio.capitulo quis neſciat, & cap. cùm conſuetudinis,ſupra de conſuetudi quod notant ibi Doctores contra eos,qui tenent nouas opiniones, & qui inducunt nouas ſectas ſeu religiones.

¶ Quod intellige, niſi iſta nouitas eſſet utilis: ſecundum Barba.ibi, & capitu. capellanus, ſupra de ferijs. Et facit quod notat Baldus in lege,in rebus,per illum textum.ff.de conſtitut.Princip. ubi præſumitur contra innouantes regimina ciuitatis:& dicunt ibi Angelus & Modernio.quòd qui ſunt deputati ſuper bono regimine, non poſſunt aliquid innouare niſi ſit euidens cauſſa utilitatis. Facit etiam textus in lege minimè. digeſtis de legibus.

¶ Et quod not.Alexand.per illum textum, conſilio centeſimotrigeſimoquinto. in ultima columna. in primo. Socin.conſilio ducenteſimoſeptuageſimoprimo. ſecunda columna.

2 *† ubi quando ſtatutum habet aliquam interpretationem obſeruari ſolitam,nõ debet aliquis Doctor in iudicando ab illa recedere.*

¶ Facit quod not.Matthe.in tractatu ſuo de electio.opinio.ubi dicit,quòd quando aliqua opinio eſt approbata in aliquo foro,per cõſuetudinẽ,nõ debet iudex ĩ tali foro

ab ea opinione recedere:licet communis sit in contrarium,argumen.d.l.minimè.& l.in interpretatione, eod. titu.& quod notatur in d.l.à patre.C de iure doti.& di-
3 cit Bal.in l.illud.per illũ tex.ff.de excusa.tut . † quòd ab antiqua practica non est recedendum:sequitur Ancharra.consi.clxxvij.uisis.uersi.v.de quo etiam per Abb . & Moder.in c.j.supra de constitu.

¶ ADDITIO. ¶ Accedat quod notabiliter uoluit Ang.in l.fi.C.de cano.largit.libro x.Et sequitur Feli.per illum tex.in capi.ij.colum.vj. in uersicu .stylus . & ibi etiam dominus meus à Ripa colum.ix.supra de rescrip. & dominus Iason in l.prima §.primo.uersicu.adde for-
4 tius,si quis ius dicen.non obtem. uidelicet † quod si citatio fuerit facta contra antiquam & consuetam practicandi formam, & secundum nouam & inconsuetam non tenetur citatus comparere,quia præsumitur contra talem nouitatem,utputa si in præcepto citatorio in ciuilibus solitum erat dici, ut compareat sub pœna decem librarum, & nunc diceretur sub pœna æris & personæ.

¶ Accedat etiam quod uoluit Angel. in l.prima.ff. de officio assessorum. & ibi docto. & dominus Feli.in di-
5 cto capi.ij.colum.qua supra:†quod iudex potest reijcere libellum deuiantem ab antiqua & consueta practica seu stylo.

¶ Bene facit quod uolunt Abbas Felin. & alij commu-
6 niter in dicto capi.secundo,per illum text.†quod rescriptum principis deuians à consueto & antiquo stylo suæ cancellariæ, & continens nouas & insolitas clau

sulas

ſulas præſumitur falſum nec uenit exequendum: & ibi Felinus illud infinitis ſimilibus & concordantibus corroborat, ex quibus optimè poſſet hæc præſumptio locupletari, ad quem ſufficiat remiſsio. & ibi etiam uide dominum meum à Ripa. & pro dote uide multa cumulata per dominum Curtium ſeniorem conſilio ſeptuageſimotertio. ſuper memorata. colum. antepenult. uſque ad finem conſilij. à quo habuerunt omnes Moder. ea quæ adducunt in dicto capitu. ſecundo, de reſcriptis. Ioan. Nicol.

PRAESVMPTIO XXXI.

1 Varietas reſponſionis inducit fraudis ſuſpitionem.
Poſitionibus clare reſpondendum eſt.
2 Teſtis varius præſumitur doloſe depoſuiſſe.
Teſtium dicta ita interpretanda ſunt vt euitetur contrarietas, & non incidant in falſum.
3 Teſtis ruſticus, & idiota ſibi cõtrarius non præſumitur dolo ſed fatuitate contrarius.
4 Teſte variante regulariter in eo præſumitur potius dolus quam ſimplicitas.
5 Actor contraria allegans non auditur nec ſuſtinetur libellus per clauſulam omni meliori modo &c.
6 Reus an poſſit contrarias exceptiones opponere.
7 Reus qui iuſtam habet cauſam poteſt etiã per fraudes ſe defendere.
Aduocatus habens bonam cauſam poteſt ſe dolo defendere.

Trige

Trigesima prima præsumptio.

TRigesimoprimo. Ex uarietate† responsionis, præsumitur fraus. cap. primo, ut benefi. eccle. sine dignita. Et propterea, debet clare responderi positionibus, nè ex tali ambiguitate, fraus præsumatur, ut nota. in l. prima. §. si quis simpliciter. ff. de uerbo. obligatio. & facit text. in capi. fin. cum ibi nota. infra de iureiuran. in sexto. ubi, respondens contraria & discrepantia positionibus, punitur in amißione causæ, per prædictam rationem.

2 ¶ Et eodem modo,† testis uarius præsumitur dolose deposuisse, unde tenetur pœna falsi. l. eos. ff. de falsis. Fit tamen in eorum dicto interpretatio ut quantũ poßibile euitetur à contrarietate, ut non incidant in falsum: prout in notabili casu dicit Comen. consi. xcj. per totum: Socin. consil. lvj. in penul. col. in quarto, post Bal. consi. ccxlvij. in primo uolu. ubi dicunt nõ præsumi dolum in teste qui dicit uera esse ea, quæ ipse per ætatem scire non potuit. Et quod generaliter no. Alex. consi. cxlj. uiso testamento, col. iiij. in secundo.

3 ¶ Idem† in teste rustico & idiota sibi contrario in attestationibus: in quo, non præsumitur dolus, sed fatuitas: secundum Ang. in auten. de testi. §. et licet. Soci. in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dub. De quo tamen uide Bal. in l. scripturæ, col. fina. C. de fide instru. & Moder. in l. ubi repugnantia. ff. de regu. iur.

¶ ADDITIO. ¶ Vult allegare do. Decium, quem etiam uide in cap. solicitudinem. col. ij. in octauo notabili. de appella. extra. Ioan. Nicol.

4 ¶ Aliàs† regulariter in teste uariante, potius præsumitur dolus, quàm simplicitas, & tenebitur falsi, secundum Are

dum Areti.in c.in nostra.supra de testi.& dixi in l.j.§. penul.in ulti.col.ff.de uerbo.obliga.

5 ¶ Ex† eadem ratione etiam reijcitur actor, qui contraria alleget.l.prima.C.de fur.nec sustineretur libellus per clausulam, omni meliori modo, secundum Bal.in l.iij. C.de probatio.& in l.edita.C.de edendo. quem refert & sequitur Alexan.consi.cx.in v.& quod not.Areti.consi. cl.in fine. Et dicit Bald.in l.cum precum. C.de liberali causa.quòd si quis alleget contraria, potest pars unum acceptare.

¶ ADDITIO. ¶ Istud dictum Baldi refert & sequitur Decius in dicto c.solicitudinem. in octauo notabili. Ioan.Nicol.

6 ¶ Nunquid† autem reus poßit ponere exceptiones contrarias, dicendum est quod sic.l.nemo prohibetur, ubi docto.ff.de exceptio.& simul proponẽdo, censetur subdisiunctiue proponere, secundum Inno.quem ibi sequuntur docto.in c.auditis, de præscriptio.per Bar.in l.j.C.de fal.cau.adiecto lega.De quo etiam per Moder.in l. nemo ex his.ff.de regu.iur.

7 ¶ Et† potest reus, qui in ueritate iustã habet caussam se defendere, etiam per fraudes. Et idem in aduocato habẽte in se bonam caussam, secundum glo.xxiij.q.ij.c. dominus: quam exornat And.sicu.in l.j.§.si stipulanti. ff. de uerbo.obli. Et facit quod not.Archid.& Geminia. in c. cupientes, de electio.in sexto.

PRAESVMPTIO XXXII.

1 Principio malo inchoata, non præsumuntur bo

num

num exitum sortiri.

2 Principium an finis debeat inspici, remissiue & decisiue.

3 Furtum vt dicatur manifestum attenditur principium, & quare.

Præsumptio xxxij.

TRigesimosecundo.†Non præsumuntur bono exitu perfici quæ malo sunt inchoata principio. prima quæstio. prima, principatus, & lx1. distinctio. cap. miramur. & tex. in auten. quomodo oportet, in principio.

2 Quod facit ad illud brocardicum, utrum principium uel finis debeat inspici. De quo per glo. in c. dudum, primo, supra de electio. & dicit ibi Abb. quòd in hoc non potest dari certa doctrina, sed secundum uarietatem casuum, & subiectam materiam casus sint decidendi. De hoc etiam habetur per glo. & ibi docto. in capi. scientes. infra de censi.

¶ADDITIO. ¶Et ultra loca hic allegata an inspiciendum sit principium an finis, uide domi. Nicolaum Euerar. præsidem in locis legalibus. in loco à uirtute finis. qui est locus ultimus in ordine. Et in criminalibus an inspiciatur initium, an uero finis seu exitus, uide latißime d. Hippo. Marsi. in practica crimi. §. ulterius. in principio. & per duas columnas, ubi allegat innumeras concordantes & accumulat plura similia & egregia dicta ad dotem huius præsumptionis. & eundem in singula. ccxxv. in delictis. & in dicta practica. §. quoniam. nume. 91. & sequen. ad quem me remitto ne chartas occupem. Ioan. Nicol.

¶Tu dic, quòd si finis habet necessariam dependentiam à prin

à principio, tunc attendimus principium. l. tertia. §. scio: ubi Barto. *declarat. ff. de minoribus.* Idem *si non sit necessitas præcisa, sed causatiua, seu proueniens ex commoditate uerisimili: secundum* Barto. *in l. prima, per illum textum. ff. qui potio. in pigno. habean. & quod not. Socinus consilio. xl). in quarto.* Et *facit text.*
3 *in l. si quis in seruitute. ff. de furtis. ubi † ad hoc quòd furtum manifestum dicatur attendimus principiũ furti facti.* Et *est ratio, quia illud esse manifestum, est quædam qualitas, quæ debet regulari secundum tempus subiecti, ex quo sine illo esse non potest. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peti.* Ad *idem facit lex prima. ff de regula* Catonia.

¶ *Vbi uerò finis non habet necessariam consequentiam ad principium: tunc finis ipse attenditur. l. tertia. §. si quis cum minore, de minoribus. l. si quis. ff. de ritu nuptia.* Idem *si simus in aliquo actu, cuius principium ex se nihil operaretur, sed fieret propter finem: quia tunc finis attenderetur. l. receptum. ff. commu. prædiorum. l. cùm furiosus. ff. de iudi. §. sufficit, institu. de ingenu l. non intelligitur. §. quando autem. ff. de iure fisci.* Facit *regula quòd nihil dicitur factum, cùm aliquid superest agendum. l. penul. in fi.* C. *de his quib. ut indig. undè* Lucanus, Nil *actum credens, cùm quid superesset agendum. Cætera dicenda sunt, ut per* Iaso. *in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alieni iur.* Et *aliquid per eundem in l. inter stipulantem. §. sacram. in penul. col. ff. de uerbo. obligatio. &* Moder. *in l. quod ab initio. ff. de regu. iuris.*

Præsum

PRAESVMPTIO XXXIII.

1 Agere ex vno contractu contra plures si quis cõpelleretur, præsumitur damnificari.
Infertur ad plura.
2 Agens pluribus actionibus, potest compelli reo instante, eas ponere in vno libello.

Præsumptio xxxiij.

TRigesimotertio.† *Præsumitur ille damnificari, qui ex uno contractu compelleretur agere cum pluribus. l. & ancillarum. §. ultimo. ff. de peculio.* Facit *text. in l. tantum. §. penultimo. ff. iudicatum solui. ubi compelluntur plures fideiussores constituere procuratorem unum, ne creditor damnificetur agendo cum pluribus.*

¶ *Ad idem quod no. in l. in cõmodato. §. in duobus. ff. cõmoda. ubi creditor nõ potest petere partem debiti seu crediti, inuito debitore, sed debet agere ad totum si, ius dicentis iurisdictio hoc patiatur.*

2 ¶ *Ad idem quod not.* Matthe. *notab. cx.* Nota quòd *si quis: ubi, si quis agat pluribus actionibus reo instante, compelletur agere uno libello. l. non est nouum. ff. de actio. emp.* De *quo per* Feli. *in ca. cùm inter, infra de re iudica.* Facit *quod notat* Bal. *in l. cùm eiusdem. ff. de ædili. edicto.*

¶ *Ad idem quod notat* Paul. *de cast. in lege si quis aliam, per illum text. ff. de solutio. & quæ dixi in l. quarta. §. Cato. in secunda opposi.* Barto. *in fine. ff. de uerbo. obligatio.*

Trigesi

PRAESVMPTIO XXXIIII.

TRigesimoquarto.Episcopus mutans episcopatum, & de minori ad maiorem ecclesiam transiens, præsumitur id facere ex ambitione & improbitate.c.si quis episcopus,& c.sequen.vij.q.j. Præsumptio xxxiiij.

¶ Hoc tamen intellige nisi mutatio sit facta cum licentia Papæ.Ex quo non est uerisimile,quòd Roma. ponti. eam concedat,nisi ex legitima caussa:ut dicunt docto. in cap.primo.infra de cleri.non residen. De quo dic, ut ibi habetur.

PRAESVMPTIO XXXV.

1 Testator præsumitur legata ab instituto,voluisse a substituto repetere.
Tollitur tamen hæc præsumptio per contrariam præsumptionem. 2.
3 Legata relicta ab instituto eius nomine expresso,an videantur repetita a substituto.
4 Intellectus l.primæ,paragrapho id quod ex substitutione.ff.ad l.falcid. & nu.8.
5 Portio grauata an accrescat cohæredi cum onere suo.
6 Portio grauata nõ accrescit cohæredi cum onere, quando cohæres grauatus, fuerat nominatim grauatus.
Intellige & declara vt nu.7.

TRigesimoquinto.†Præsumitur testatorem legata ab instituto uoluisse repetere à substituto.l.licet imperator.ff.de lega.j.Et est ratio,quia si grauauit primo lo- Præsumptio xxxv.

co institutum, & consequẽter magis dilectum, multo magis censebitur uoluisse grauare eos, qui non sunt ita dilecti. l. publius. §. fina. ff. de condi.

2 ¶ *Et hæc † regula procedit per uiam præsumptionis, consequenter poterit etiam tolli per contrariam præsumptionem. iuxta legem* Diuus. *ff. de in integ. restitu. & aliqua exempla ponuntur in. d. l. licet. aliud etiam ponit ibi*

3 Barto. *uidelicet † quando legatum est relictum nominatim ab herede, eius nomine expresso: nam tunc nõ censebitur repetitum. l. si plures, de lega. iij. l. celsus. §. fina. ff. de lega. ij.* Et *cum ista opinione transeunt communiter* Docto. *ut ibi latè per do.* Alexan. *respondentem rationibus* Rapha. Comen. & Pauli *tenentium contrarium.*

¶ *Sed tu aduerte: quia opinio ista contra communem cõ-*

4 *cludenter probatur † in lege prima. §. id quod ex substitutione. ff. ad legem falcidiam. ubi tex. dicit, quòd repudiãte coherede, à quo aliquid nominatim legatum est, si substitutus pater adeat, legata non augebuntur.* Et *sic uult tex. legata deberi à substituto, licet nõ ampliora, quàm debuisset ipse heres: & intelligere ibi, quòd non augebuntur, quia nullo modo debentur: est intellectus expreßè cõtra literam, & fatua fuisset dubitatio* Iurisconsulto.

¶ Nec *obstat, quòd iste intellectus necessariò debeat teneri, secundùm* Alexan. *in. d. l. licet.* Ex *quo, si legata censerentur repetita, non esset aliqua ratio, cur non deberẽt augeri, sicut quando nominatim non essent relicta. nam respondeo, quòd imò ratio diuersitatis est in promptu: nam sciendum est, quòd quando ipsa portio grauata, accedit nõ grauatæ, legata non augẽtur: secus ecõtra. l. quod ab altero.*

utro. ff. ad legem falcidiam. ratio est, quia cùm testator non grauauerit portionem unius, sed alterius, non est æquum, quòd grauato repudiante diminuatur aliquid de portione non grauati, quem testator prædilexit, eum non grauando. Sed quando legatum est factum per illud uerbum, quisquis mihi erit hæres: signum est quòd prædilexit legatarios, non magis respectu unius hæredis, quàm alterius. Et propterea, legata tunc augentur, ut ea solida absque detractiōe falcidiæ legatarij habeant.

¶ Non obstat dicta lex si plures, quia ultra responsiones Pauli, potest dici, quòd cùm ille text. loquatur in pluribus gradibus hæredum, si testator grauet aliquos ex eis: & sic saltem duos, puta primum et secundùm, satis indicat mentem suam esse, non grauare alios: quia sicut considerauit in secundo repudiationem primi: ita considerasset etiam in alijs, si uoluisset eos teneri. Quæ ratio cessat, ubi unus hæres primi gradus solum est hæres nominatim grauatus.

¶ Non obstat text. in dicta lege celsus. §. fina. quia omissa solutione aliorum, respondeo quòd ille text. loquitur in cohærede qui uenit per ius accrescendi, nos in substituto. Et ita intellexit Bart. in dicta. l. si titio. secunda. §. Iulianus. ff. de lega. ij. Inter quos casus, est differentia, ut probatur in dicto. §. Iulianus, ubi in illo casu cohæres tenetur ad legata, quia æquiparatur substituto, unde extra illū casum non teneretur, ut mox dicam.

5 ¶ Pro pleniori † ergo expeditiōe, quæro nūqd ista præsumptio quæ loquitur in substituto, habeat locū etiam in cohærede, ita quòd portio illi accrescat cum onere legati?

& est dicendum regulariter, quòd sic.l.ciuitatibus.§. primo.l.si duobus. §.j.ff.de lega.primo.l.ij.ff.de his quæ in testa.delen.

6 ¶ *Fallit,† quando legatum est relictum nominatim ab uno tantum.l.celsus.§.fina.ff.de lega.ij.Et ratio differentiæ de cohærede ad substitutum, hoc casu est, quia plus succurritur cohæredi, cui etiam inuito accrescit portio.l. prima.§.his ita.C.de cadu.tollen.per regulam legis si fide iussor.§.primo.ff.qui satisda.cogan.quod non est in substituto, qui non cogitur adire ex substitutione.l.cùm propo nas.C.de hæredi.instituen.l.nec emere.C.de iure deliberan. Prætereà, substitutus præsumitur minus dilectus, quàm hæres.d.l.publius.§.fina.undè, si hæres tenebatur, multò magis substitutus: sed cohæres ipse non præsumitur minus dilectus, imò plus: ex quo sibi nō fuit iniunctum onus nominatim, sicut alteri. Facit lex quoties.ff.ad Trebellia. cum lege sequen.*

7 ¶ *Sublimitatur† tamen ista fallentia, quando isti hæredes non essent instituti, sed essent legitimi & grauati abintestato: nam tunc, licet nominatim legatum sit relictum, tamen debebitur à cohærede .d.l.si titio.§. Iulianus. Et est ratio, quia cùm non sint instituti, præsumetur testator prædilexisse legatarios, & solum fecisse codicillos, ut illis consuleret, nō ut ipsis hæredibus.§.j.institu. de codicil. Et sic, erit isto casu eadem ratio, quæ in substitutis. & ista est melior solutio, quàm Barto.in.d.§.Iulianus.qui intelligit illum tex.quando uterq; cohæres erat grauatus: quæ solutio diuinat, & confunditur ex primo responso illius.§.sicut etiam solutio Ioan.de Imo. ibi intelligentis*

telligentis illum tex. quando legatum non est factum nominatim, sed sub nominibus appellatiuis: quod ex eodem tex. confunditur: quia absq; rescripto Seueri, tunc debuisset portio accescere cum onere suo: & tamen tex. dicit cõtrarium. Cogita tamen: quia ista nõ sunt tacta per alios: & cætera uide per Doc. in dicta. l. licet Imperator, & Bar. in. l. quæ conditio. ff. de conditio. & demonstra.

8 ¶ Et dum † tenui in intellectu dicti. §. id quod ex substitutione: quòd si legatum factum sit nominatim ab aliquo, illo repudiante, accrescet portio alteri substituto, & legata non augebantur. Obstare uidetur tex. in. l. qui fundum. §. qui filium. eodem titu. Sed omißis dictis aliorũ, ad illum tex. responde, quòd ibi legatum fuerat relictum à filio, undè arguitur mens testatoris, quòd si uoluit integrum legatum solui à filio: uerisimiliter uoluit, quòd ad quemcũq; perueniret portio filij, multò magis teneretur. Nam si prætulit legatarios in portione filij: & uoluit, quòd filius solueret legata: quo casu, intelligitur de integris: quia lex falcidia inducitur aduersus uolũtatem testatoris. l. titia. ff. eodem. meritò si ad extraneũ deueniat portio, & ipse tenebitur.

¶ Et propterea, quando uterq; esset filius, magis dubium est, ut dicitur in fine. §. ibi penè eadẽ dicenda sunt &c. licet etiam tunc sit idem iuris, quia si prætulit legatarios in portione propria filij, meritò censebitur prætulisse in eadem portione aduenticia alteri: & quod ille tex. procedat ex ista præsumptione, apparet: quia circa medium dũ loquitur de extraneo, ponit solũmodo casum, quando portio non grauata accedit grauatæ. d. l. quod ab alterutro: nõ

 autem

autem casum contrarium: & dixi perinde agendum, ac si cuilibet hæredi substitutus fuisset. Illa enim dictio cuilibet, ostendit in isto casu non cõsiderari quòd hæres sit filius, sicut in priore: & nota quòd Doctores ualde laborauerunt propter illum tex.

XXXVI. PRAESVMPTIO.

1 Iniuriam remittens cẽsetur eam in perpetuum remittere.
Emphyteosis simpliciter concessa, censetur in perpetuum concessa.
Feudum censetur in dubio in perpetuũ concessum.
2 Emphyteosis ecclesiastica non cẽsetur perpetuo concessa, sed vsque ad tertiam generationem.

xxxvj. præsumptio.

TRigesimosextò. †Remittens iniuriam, *præsumitur in perpetuum remittere non ad tempus. §. fina. ubi glo. institu. de iniur. Facit in simili quòd concedens in emphyteusim simpliciter, præsumitur in perpetuum cõcedere. Idemq; est in concessione feudali: quia istud est de natura talis actus, ut per Ange. & ibi domi. Alexan. in. l. qui in aliena, in princip. ff. de acquirenda hæredi. ubi tamen†hoc limitat, ut non procedat in emphyteusi, ecclesiastica: quia talis, naturaliter non extenditur ultra tertiam generationem. §. emphyteusim, in autenti. de nõ alienan. per Alexand. & alios in lege etiam. ff. soluto matrimonio. & Moder. in capitu. in præsentia, de probationibus.*

Sequitur

SEQVITVR REGVLA TERTIA PRAESVMPTIONVM.


ERTIA PRINCIPALIS regula, quod semper sit præsumptio in meliorem partem. capitulo estote: infra de regulis iuris.

I. PRAESVMPTIO.

1 Præsumptio delicti nunquam capi debet sed actus præsumitur licitus.
Limitatur nu. 4. 5. 11. 13.
2 Actus si certo loco vel tpe potuit esse licitus, alio vero illicitus, præsumitur gestus in casu licito.
3 Consilium quod potest se habere ad bonum et ad malum, debet interpretari in meliorem partem.
4 Præsumptio. l. merito. ff. pro socio. non procedit quando agitur de aliquo condemnando. de veritate ibi.
5 Delictum præsumitur, quando actus prima fronte habet maiorem formam delicti quam boni. de veritate late. resolutio traditur nu. 10.
Conspiratio licet possit capi in bonam partem, in dubio tamen capitur in malam.
6 Clericus si probetur venator, fiet interpretatio,

quod iuerit causa recreationis.

7 Electo non obstat exceptio quæ prima fronte sonat in delictum, si illud necessario non inferat.

8 Testis si confitetur aliquid quod prima fronte sit crimen, si in aliquo casu non possit esse crimen, non repellitur a testimonio in totum, tanquam criminosus, licet iudicis arbitrio diminuatur de eius fide.

9 Confessionem propriam potest quilibet interpretari.

11 Filius non præsumitur legitimus, nec præsumitur matrimonium, nisi probetur.

13 Delictum potius præsumimus, quam in bonū, quando agitur de salute animæ.

14 Testator si sit confessus se fuisse vsurarium, fit interpretatio quod semper fuit vsurarius. De veritate, ibi.

Prima præsumptio.

EX hac regula primo infertur quòd† nunquam capitur præsumptio delicti. l. meritò. ff. pro socio, ubi quis habens rem communem, & ea utens: non præsumitur uelle interuertere ius alterius, sed simpliciter uti iure suo: & propterea, contra talem nō posset agi furti actione, ut ibi dicitur: & consuluit Bartholo. ueronen. consi. iiij. col. iij. Sed si ageret in re communi ultra quàm liceret, si abuteretur, tunc esset secus. l. sabinus. ff. commu. diuidun. no. in l. duo fratres. ff. de acquiren. hære. & per Alex. consi. ciij. in. iij. col. in primo uolumi.

¶ADDITIO. ¶Et do. Alexan. consi. xxx. ex allegatis. colum. ij. lib. vij. Roma. consi. cxiij. pro decisione. cum concor. traditis per Hippol. de marsilijs in lege prima. nume. 68. folio. iiij. C. ad leg. Corne. de sica. ubi multa similia & egregia

& egregia dicta cumulat ad dotem huius præsumptionis. & in Rubri. de fideiussori. columna. ix. nume. 47. ad quem me remitto.

¶ Adde Curtium seniorem consi. xx. dominus labia. colũ. xvij. quod actus indifferens licet sonet in delictum, tamẽ præsumendus est potius bonus & in bonam partem, quàm in malam. & pro hac regula uide eundem Curtiũ consi. quinquagesimo. in nomine sanctæ. colum. ix. ubi allegat concor.

¶ Adde etiam hippol. marsil. in. d. rub. de fideius. & in dicta. l. j. multa cumulantem quod quoties ex aliquo actu possunt capi duo intellectus, & secundùm unum incideret in delictum, secundùm alium non, capiendus est intellectus per quem non præsumitur delinquere. uide etiam Alexand. consilio xv. uiso processu. columna secunda. libro. iij. Ioan. Nicol.

¶ Facit quod no. Barto. & Docto. per istam regulam in
2 lege nõ solum. §. sed ut probari. ff. de ope. no. nũ. †ubi si certo loco uel tempore actus potuit esse licitus, alio uero illicitus: lex præsumit gestum in casu licito, de quo per Docto. in capi. auditis, de præscrip. Alexan. cõsi. lij. in. iij. Feli. in capi. in præsentia, in. vj. col. supra de probatio. cum concordan.

¶ Facit etiã quod no. Bal. in. l. j. C. de ser. fugitiuis: & ibi
3 Iasõn in. vj. col. ubi †consiliũ quod põt se habere ad bonũ & ad malũ, debet ĩterpretari in meliorẽ partẽ, et eius interpretatio pertinebit ad eũ qui dedit. ar. l. actorũ. ff. de re iudi. & eo nõ interpretãte, lex ipsa interpretatur. d. l. meritò: sequitur Alex. ubi infert ad notabilẽ casum ĩ cõsi.

 cxxvj.

cxxvj.in iiij.Et faciũt aliæ similes decisiões de qbus per Ias.in d.l.j.in vj.col.Feli.in c.exhibita,& in c.super his. in viij.col.de accusa.& in c.nonnulli.§.sunt & alij. in uersi.demum.de rescrip.& in c.cùm tu.ad fi.de testi.
4 ¶Limitatur† ista regula per Bar.in d.l.meritò,ut nõ procedat,qñ ageretur de aliquo cõdẽnãdo:quia talis præsumptio,licet sit sufficiẽs ad absolutionẽ obtinendã, non tamẽ est sufficiẽs,ut ex causa aliquis condẽnetur per glo. iuncto tex.in l.qui iurasse.§.si pater.ff.de iureiu. ubi idẽ tenent doc.& Ludo.Rom.in consi.cccxl.plura sunt, in prin.Deci.in l.si emanci pati.in iiij.col.C.de colla.
¶ADDITIO.¶Ex illa gl.colligũt doc.in uarijs locis notabilẽ regulã qđ in dubio nõ præsumitur quis delinquere ex actu quẽ facit,nisi delictũ sit illi fauorabile. & sic per hãc doctrinã glo. limitatur hæc præsumptio qđ delictũ nõ præsumatur.& ultra hic alleg.uide Alex. in d.cõsi.cxxvij.saluatoris.lib.iiij.et Hip. de Marsi.cõsi. lxxvij.dñs labia.et cõsi.cxxiiij.licet.col.ij.et cõs.lxij.summi.col.iij.ubiq; alle.cõcor.ibi uide ne chartas occupẽ. Io.
¶Sed tu aduerte,quia gl.in d.§.si pater,nõ probatur aliquo iure:& credo quòd nõ sit uera,imo si agatur,tanquã aliqd hodie sit in peculio,si reperiatur ipsum peculium nõ poterit reus se tueri exceptiõe iuramẽti:quia talis exceptio debet esse concludẽs.c.cùm in præsentia,de proba. quod nõ est in nostro casu,quia stat simul quòd tẽpore iuramẽti nihil esset,& hodie sit:imò cũ hodie habeat peculiũ,lex nõ præsumit quòd olim habuerit,ut not. in l. ex persona.C.de proba.& supra uidimus. Et facit, quia nõ uidetur inducẽda differẽtia quo ad probationẽ & consequenter

quenter quo ad præsumptionẽ inter actorẽ & reũ: quia uterq; cõcludẽter debet probare fundamentũ intẽtionis suæ.d.c.in præsentia.& no.in d.c.super his,de accus.Et facit regula.l.iij.ff.de re iud.et ista opi.est æquior,ex quo cõis sentẽtia in d.§.si pater.præstat nõ mediocrẽ occasio
5 nẽ fraudibus. ¶ Secũdo limitatur,† qñ actus prima fronte habet maiorẽ formã delicti,quàm boni:quia præsumitur potius delictũ d.c.estote,et c.cũ dilecti.ubi Abb. & cæteri,infra de accu.& Abb.in d.c. exhibita.de iud. ubi licet cõspiratio poßit capi in bonã partẽ,in dubio:tñ intelligetur ĩ malũ.seqtur Fel.in c.fi.p illũ tex.de test.co. ¶ Sed tu aduerte qa in cõtrariũ urgẽt aliquæ decisiones. Et primo obst.doctrina Inno.in c.dudũ. ij. col. penul. de
6 elect.ubi† si probetur clericũ uenatorẽ,fiet interpretatio in meliorẽ partẽ,quòd iuerit tantũmodo causa recreationis.sequitur Feli.in d.c.cũ dilecti. & Alex. consi. clxxv.inspecto diligẽter,col.fi.in ij.alleg.Archi. lxxxvj. dist.c.qui uenationibus. Et eodẽ modo dicit But.et Abb. in d.c.dudũ.quòd si probetur aliquẽ irascibilẽ,capietur præsumptio in meliorẽ partẽ:scilicet qđ istud faciat ex iu
7 sta caussa.¶ Secũdo† obst.doctrina Inn.cõiter approbata per doc.in c.super his,in viij. col.ubi Feli.uer.quarta cõclusio . infra de accu.ubi cõcludũt,qđ exceptio quæ prima frõte sonat ĩ delictũ si necessario illud nõ ĩferat,nõ tñ obst.electo.arg.c.in præsentia,supra de pb.unde, accusans religiosum,qđ celebrauit in parochia aliena,nõ obtinebit,nisi etiã probet eũ nõ habuisse licentiã à presbytero.clemẽ. j.de priuileg.Lap. allega. cxxvj . & dixi in præcedenti regula,uersicu.sexto.

Tertio

8 ¶Tertio obstat† quod notant idem Innocē. & Butri. in cap.ij.de arbit.ubi uolunt, quòd si testis confitetur aliquid quod prima facie est crimen, si in aliquo casu possit non esse crimen, non repellitur à testimonio in totum tanquam sit criminosus: licet diminuatur de fide, arbitrio iudicis. sequitur Areti. in c. cùm à nobis, in vj. col. uersi. nota tamen. de testi. & Feli. in d.c. cùm dilecti, ubi allegat etiam Sali. in l. de tutela. C. de in integ. resti. mino.

¶Pro resolutione Feli. in d. cap. cùm dilecti. distinguit ut ista limitatio procedat in confitente: ex quo, confeßio interpretatur aduersus confitentem: iuxta nota. in c. fin. de confeß. in l.j. C. eod. de confeß. sed contraria procedunt in probationibus simplicibus.

9 ¶Mihi non placet ista distinctio,† quia imò ad partem pertinet interpretari propriam confeßionem. l. si quis intentione: ubi Bal. ff. de iudi. Bar. in l. is qui reus, in penul. col. ff. de publi. iudi. cum concordan. per Andre. Sicul. consil. iij. in penult. charta. in secundo uolu. & ali

10 quid supra diximus. Vndè, tu aliter dicas: † quia aut talis actus est reprobatus iure naturali uel diuino: licet aliquo casu non sit reprobatus: & tunc procedit limitatio. Et ita loquitur text. in d. cap. estote, & in dicto cap. cùm dilecti, & quod no. Barto. in l. aurelius. §. item quaesijt, ff. de liberatio. leg. & etiam quod dicit Ange. in lege plagij. C. ad legem fauiam de plagi. & Salice. in l. senatus. C. de his qui in testamē. sibi ascri. ubi in reprobatis à iure naturali uel diuino, praesumitur in dubio dolus in delinquēte: secus in alijs. Aut est simpliciter reprobatus iure positiuo: & adhuc procedit limitatio, nisi agatur in caussa

in caussa graui seu ardua, puta criminali ad pœnam uel priuationem à beneficio: quia tunc talis præsumptio non sufficeret, ut probatur ex doctrina Barto. in dicto §. sed ut probari. Et ita procedunt ea quæ in contrarium allegantur.

11 ¶ Tertio limitatur † prædicta regula, ut procedat quãdo ille qui dicit actũ licitũ probat, quòd interuenit caussa quæ potuit facere actum licitum, prout in d. l. meritò: ubi probandum fuit, quòd ille haberet partem in re qua utebatur, secus si caussa talis non probaretur. Ita declarat Feli. in dicto cap. nonnulli. §. sunt & alij. in septima colum. supra de rescrip. ubi propter hoc concludit, quòd si alius impetrauit literas, non tamen præsumitur, quòd habuerit sufficiens mandatum: licet ex hoc sequatur delictum ipsius impetrantis. Facit etiam tex. in c. cùm in iure peritus. & quod ibi Abb. supra de offi. dele.

12 ¶ Et hoc facit, † quòd filius in dubio non præsumatur legitimus, nec præsumatur matrimonium: quamuis ex hoc sequeretur, quòd pater deliquisset: quicquid dixerit Bartholo. Veronen. in cautela cx. incipien. is qui in iudicio. Et ista est melior solutio, quàm do. Decij. in dicta l. si emancipati. in iij. colum. C. de collatio. de qua supra dixi.

¶ Aduerte tamen: quia ista limitatio intelligenda est procedere, ubi agitur in specie circa inuestigationem alicuius negocij: aliàs in genere, quando quis non habet aliquid facere cum alio, debet in dubio præsumere eum non deliquisse: licet non allegetur aliqua caussa, super qua fundetur talis præsumptio. Ita intelligo glo. in cap.

si forte,

si fortè, in uerbo scientiæ: ubi Ioan. And. & Domi. *infra de electio. in sexto.*

13 ¶ *Quarto limitatur: † quando ageretur de utilitate animæ, quia in dubio, potius præsumimus delictum: ex quo istud est tutius. cap. consilium, de obserua. ieiuni. glo. in capi. j. de scruti. in cap. iuuenis, de sponsali.* Innocen. *in cap. cùm ad audientiam, de homi.*

¶ *Facit quod dicit* Pet. *de ancha. in consilio cbxix. pri-*
14 *ma facie. ubi † si testator confessus est se fuisse usurarium, fiet interpretatio quòd semper fuerit, ad finẽ quòd hæres compellatur ad restitutionem: quia istud erit salubrius pro anima defuncti. sequitur* Felin. *in cap. fina. infra eodem. & in d. cap. in præsentia. in vj. colum. & alibi sæpe.*

¶ ADDITIO. ¶ *Hanc limitationem, & etiam hoc dictum* Anchara. *refert & sequitur tanquam notabile domi.* Hippo. *de* Marsi. *singu. clj. semper in obscuris.* Ioan. Nicol.

¶ *Sed fortè contraria opinio in casu isto est uerior: nam ex quo ab origine nemo est usurarius, non præsumitur quis unquam retro usurarius, ut dicit* Bald. *in lege prima. §. si magistratus. ff. de magistra. conuenien.* Et pro*pterea uidetur, quòd talis confeßio dubia & incerta debet restringi, nisi quatenus ex neceßitate infert, & sic quòd tunc de præsenti uel modico tempore ante esset feneratus.* In *unico enim actu non uerificaretur tale uerbum prout sentit* Paris *de* Puteo, *in tracta. syndica. in uersicu. contraherent, & in uersiculo, an officiales.*

Nec obstat

¶ *Nec obstat ratio prædicta, quia licet præsumẽdum sit in partem tutiorem pro anima: tamẽ in casu nostro, sunt plura suadentia contrarium. undè; una præsumptio tollit aliam. l. diuus. de in integ. restitu.* Et *facit tex. in capi. ex parte, infra de censi. ubi uotum inceptum interpretatur in minus grauamen, quamuis agatur de utilitate animæ: ergo idem in confeßione.* Facit etiam quòd not. *Bald. in dicto cap. in præsentia: ubi si testator dixit se teneri ad restitutionem usurarum à multis publicè extortarum, non fiet interpretatio, quòd ipse extorserit: sed quòd ab alio extortæ ad eum peruenerint,* De quo dic ut *ibi per felin. Aliæ limitationes poterunt colligi, ex infra dicendis.*

PRAESVMPTIO II.

1 Bonus quilibet præsumitur.
Limitatur multimode. 2. 4. 5. 6. 7. 9.
3 Bono viro an & quando credendum.
6 Promoueri vbi debet aliquis, integritas non præsumitur, nisi probetur aliquali saltem informatione.
8 Præsumptio doli vel fraudis capitur in ducentum & viginti tribus casibus remissiue.
9 Optimus quis non præsumitur, licet præsumatur bonus. de veritate late.
Statutum si requirat ad alicuius negocij probationem testes optimos, illa qualitas debet articulari & probari. De veritate tamen ibidem late.
10 Statutum si requirat testes bonæ æstimationis, an ista qualitas debeat probari: & an iudex ex officio possit de his qualitatibus inquirere.

Secundo

Præsumptio secunda.

SEcundo præsumitur † quilibet bonus.capi.dudum. infra eodem.glo.in cap.primo,de scrutin.& l.cùm pater.§.rogo.ff.de lega.ij. Et ista est præsumptio naturæ, quia naturaliter quilibet est bonus:secundum glo.in l.fi. ff.quod met.cau.Iacob.de belui.in l.omnimodo,per illum tex.C.de inoffi.testamen.Ange.in l.sciendum.in fin.ff.de uerbo.obliga.

¶ADDITIO.¶Et Socin.consil.xv.omnipotens deus adsit uisis,colum.v.lib.j. & do.Hippol.de Marsi. in l.prima,nu.67.C.de sicarijs.ubi allegat concordan. Ioan.Nicol.

2 ¶Limitatur primo,† quando ageretur de præiudicio tertij: quia in alterius præiudicium, non debet aliquis præsumi bonus.glo.est in cap.statutum.§.cùm uerò,per sicu.ab aliquo.de rescrip.in sexto.Facit glo.in capi.si quis præpostera,in glo.fina.quinquagesima distinctio. ubi dicit glo.quòd non debet aliquis statim credere bono uiro.sequitur Feli.in cap.cùm in iure,in prima col.de offic.deleg.& in d.c.fi.infra eod.

3 ¶Et secundum† hoc limitatur glo.in l.titio fundus, ff.de condi.& demonstra.quæ uult,quòd credendum sit bono uiro:Nam istud non procederet, ubi ageretur de præiudicio alterius. Et circa illam glo. uide And.sicul. & Feli.late in cap.cùm contingat,in secunda col.de rescrip.Ias.in l.prima.ff.de eo per quem factum erit: & per quosdam Modernio. in lege prima.§.ad quæstionem. ff.de quæstio.

4 ¶Secùndo limitatur† per Feli.in d.c.fina.quando talis præsumptio induceret aliquod damnum illi, pro quo

præsumi

præsumitur per glos.in d.l.qui iurasse.§.si pater.ff.de iureiuran. & quia inducta ut prosint,non debent nocere.l. legata inutiliter.ff.de lega.primo.& propter hoc,reprobat quandam decisionem Ioan.de Ana.in cap.in ciuitate. in viij.colum.de usuris.

¶ Mihi non placet ista limitatio:quia quilibet debet esse bonus, etiam si de bono opere lapidaretur.c.qualiter & quando,ij.infra de accusa.& quod nota.in capi.clericis. infra de uita & honesta.clerico.unde,cum debeat esse bonus,merito debet etiam præsumi.Nec glo.in d.§.si pater. est uera,ut supra dixi:nec regula dictæ legis legata inutiliter,aliquid facit:quia talis præsumptio non est inducta in fauorem alicuius simpliciter: sed procedit generaliter ex natura:quia naturaliter quilibet est bonus, ut supra dixi.

5 ¶ Tertio limitatur,† quando ageretur de utilitate animæ:per glos.in capit.primo.de scrutinio.& Anchara.in dicto consi.clxxix.de quo dic,ut supra.

6 ¶ Quarto limitatur,† quando agitur de aliquo promouendo:quia tunc integritas nō præsumitur imò debet adhiberi aliqualis informatio: secundum Cardina.in clementi prima,in secundo notabi.de conceßio.præben.Felinus in dicto cap.cum in iure.

¶ Sed tu dic,quòd ista non est limitatio ad regulam: quia etiam in tali casu,quis præsumitur bonus,licet lex non sit contenta sola præsumptione: sed ulterius requirat adhiberi aliquas informationes.de quo dic, ut in capi.fina.infra eodem.

7 ¶ Quinto limitatur,† ubi ex neceßitate uitæ præce-

dentis,aliud induceretur.regula semel malus,de regu.iur. in vj.§.sancimus,in auten de testi.l.de minore.§.penulti. ff.de quæstio.& per Bal.in l.j.ante finem.C.si quis omis. causa testa.ubi dicit quòd quando ex actibus præcedentibus,oriretur coniectura doli,talis præponderaret: & du-
8 centos † uigintitres casus in quibus capitur præsumptio doli uel fraudis, ponit Lucas de penna,in l.quemadmodum.C.de agri.& censi.lib.xj.& dicemus aliquid loco suo.

9 ¶ Sextò ultra Docto.† declara,ut licet quis præsumatur bonus,nō tamen præsumitur optimus.Et propterea, si statutum requirat ad probationem alicuius negocij testes optimos seu optimæ opinionis: debebit illa qualitas articulari & probari:secundum Angel.in l.ij.§.diem.ff. quemadmo.testa.aper.ponderatur doctrina Barto.in §.si quis neget,in ultima col.ubi Ioan.de Imo.idem tenet eadem lege:& idem tenuit Ange.de Aret.in §.item uerborum,in stitu.de inuti.stipula.& do.Alexan.consil.lxxxij. in primo uolu.& cōsil.xlij.in v.col.in quarto.Bartholo. Veronen.consi.lviij.in ulti.col.Soci.consi.cclxxiiij.in antepenul.col.Decius consi.cccxxj.in penul.col.in nouißimis:& consil.xxvij.in iiij.col.Moder.in l.nec quæstio.in penulti.charta.ff.de quæstio.

¶ Contrarium tenuit & consuluit Ioan.de Ligna.ut refert Imo.in d.§.si quis neget,per tex.in auten.sed cū testator:& melius in corpore ubi sumitur.C.ad legem falcid. ubi lex requirit præsentiam optimorum testium. Et tamen non uidetur, quòd ista qualitas ibi sit probanda & ibi etiam idem tenet domi.Francis.de Ramponi.per

illum

illum text.& eandem partem sequutus est Andre.Sicul. per quasdam rationes satis leues in cap.tertio loco,in penulti.charta,de probationi.ubi uoluit,quòd imò quilibet præsumatur etiam optimus, sed dictum suum nusquam probatur.In eandem opinionem etiam uidetur inclinasse, Francis.de Curte in tracta.de testi.conclusio.xxxv.

¶ Non recedo à prima opinione, quia uidetur uerior & communior.

¶ Nec obst.d.auten.sed cum testator:quia ille tex.nõ loquitur circa probationem, sed relinquit rem in terminis iuris:unde, si replicaretur in dubium ueritas inuentarij, putarem illam qualitatem esse probandam.

¶ Præterea ille tex.procedit secundum ius commune:sed si statutum hoc requireret, in dubio deberet fieri interpretatio, quòd uellet aliquid agere iure communi.argu.c. in his,infra de priuileg.per Barto.in l.ij.ff.de usucapio. in l.iiij.§.prætor ait.ff.de dam.infec.cum simili.per Iaso. in l.properandum.§.sinautem alterutra,in ij.colum.C.de iudicijs.

¶ Et idem puto, etiam si statutum requireret testem omni exceptione maiorem: quia licet quis præsumatur bonus:non tamen in tali casu præsumeretur maior omni exceptione.& ita loquitur Decius in dicto consi.uigesimoseptimo.

¶ ADDITIO. ¶ Omnia quæ in hac limitatione hactenus scripta sunt,& omnes autoritates Doctorũ hactenus recitatæ, & multo plura ad huius limitationis dotem tradit egregius do.Petrus de Moncada in tractatu de testibus quem fecit ad supplendum & perficiendum

tractatum domini Ioannis Croti, *qui morte præuentus, non potuit perficere suum tracta.de testibus.ideo dictus tractatus do.*Petri *cõtinuatiue ponitur cum tract.*Croti, *quem uide nu 392.cum pluribus sequen.& do.*Hippolytum Marsil.*sing.clxxxvij.qualitas apposita.ubi adducit dicta* Ange.*in d.l.ij.§.diem, & in l.uel negare.eo.titulo,* Alexander *&* Angelus *de* Aretio *in locis præallegatis.* Ioan.Nicol.

10 ¶ *Sed,† quid si statutum diceret, quòd esset bonæ existimationis? dubium facit, quia licet quis præsumatur bonus, tamen potest esse, quòd ciues eum malum existiment.* Sed *tamen in isto casu, putarem non opus esse istam probare qualitatem: quia quilibet non solum præsumitur bonus, sed etiam præsumitur bonæ existimationis & famæ. l.penul.§.primo.ff.de uar.& extraordi.cogni.l.quæcunque.§.fina.ff.de publicia.per* Barto.*in tractatu suo præsumptio, in princip.*

¶ *Sed pone, quòd pars non probauerit uel articulauerit de istis qualitatibus; an* Iudex *ex officio poßit ipse recipere informationes? Circa hoc crederem quòd sic, per glos.in l.tertia.in uerbo inimicitiæ: & ibi* Salice.*ff.de testibus.& glos.in §.primo, in uerbo officij, in autentica de testibus.& ibi* Doctores. Et *istud posset fieri, etiam publicatis attestationibus.arg.c.cum clamor, supra de testi.& tales informationes debet iudex redigere in actis: nam aliâs teneretur in syndicatu: per doctri.*Barto.*in l.* Lucius.*ff.de his qui notan.infa.*Et *ita intelligo quod not.* Fulgo.*in d.l.iij.§.tu magis scire potes.ff.de testib.*Et *hoc suadet æquitas.*

III. PRAESVMPTIO.

1 Idoneus quilibet esse præsumitur.
Rescriptum si contineat clausulam, si est idoneus, non est opus probare talem qualitatem.
2 Aetas posita in conditione, regulariter debet probari ab eo qui eam dicit euenisse, & quare.
3 Clausula si meruerit, si sit idoneus, vel dignus, &c. quid operetur in rescripto, cum regulariter quilibet præsumatur idoneus, meritus, & dignus.
4 Superfluum non dicitur illud, quod licet in sensu directo nihil operetur, operari tamen potest in sensu contrario.
5 Idoneus quilibet præsumitur quo ad mores non quo ad alia extrinseca.
Ideo nemo diues, nemo doctus, nisi probet, præsumitur.

TErtio. ¶ † *Quilibet præsumitur idoneus.cap.dudum,infra eo.prima quæst.j.c.sicut.* Et propterea, *in rescripto in quo apposita sit clausula, si est idoneus, non erit opus probare talem qualitatem, quamuis positam in conditione: quod est mirum.* Tertia præsumptio.

¶ ADDITIO.¶ *Et ista uidetur cōmunis opi.Doct. in d.c.dudum,ubi latißime Feli.col.antepe.cū tribus columnis præcedentibus,ubi late an debeat probari idonetas,& uerificari ante prouisionem seu collationem, & an debeat præcedere causæ cognitio, & qualis, an uerò sufficiat sola præsumptio naturæ quòd quilibet præsumatur idoneus,nisi contrarium probetur,& Bal.in l.neque natales,col.fi.cum penul.iuxta finem.C.de proba.& Oldra.consi.xlj.breuiter uidetur.ubi ponit de clausula si sit*

uitæ laudabilis, & aliquid per Lapum allega.lxj.uisis. Barto.in l.muto.§.j.in fine.ff.de tutel.Bal.in margarita, in uerbo clausula,& copiose Petrus de Anchara.in cle.j. colum.vj.& seq.de conceßio. præben.ubi etiam Imo.columm.ij.nu.12.& latius idem Imo.in cle.j.col.iiij.de offic. delega.cum simili. Ioan.Nicol.

¶ Sed uidetur facere contra opinionem Baldi & Salice. in l.cum te.C.de probatio.de qua supra dixi,uersic.xiiij.
2 quòd † licet quis præsumatur idoneus ætate, tamen istud non procedit,quando ætas esset posita in conditione:quia qui dicit condtitionem euenisse:debet probare.l. ex his,C.quando dies legat.ced.nisi respondeas, quòd istud procedit in ætate,quæ ex tempore uariatur: sed nos loquimur quò ad mores,qui præsumuntur semper boni.

¶ Facit pro ista præsumptione text.in.l.seruos,ff.de manu.testa.ubi præsumitur quis dignus libertate,nisi probetur indignus.

¶ ADDITIO. ¶ Bene faciunt pro ista præsumptione quæ tradit Egid.de bellemere in decisio.lxxvj.incipië. non expresse.Ioan.Nicolaus.

3 ¶ Vnde,illa cõditio,† si meruerint,uel si dignos iudicaueris, non requirit aliam probationẽ.Et si diceres,sequeretur ergo, quòd in prædictis casibus talis conditio nihil operaretur: quod tamen uidetur inconueniens.l.si quando,ff.de lega.j.respondeo,quòd imò multum operatur in sensu contrario:quia censetur illud quod datur, ipso iure adimi in casu quo non sit idoneus: per regulam,quod datum sub una conditione,censetur sub contraria ademptũ. l.aliquando:in fine,ff.de conditio.& demonstrationi.l.si legatum

legatum pure.ff.de adimen.lega.

4 ¶Et sic nota, † quòd non dicitur superfluum illud, quod in sensu directo non operatur, dummodo in contrario possit operari. Quod facit ad ea, quæ notant Cyn.et Bal.in.l.conuenticulam,C. de episco.et cleri.Imo. & Moder.in.l.si cùm dotem,in princip.ff. soluto matrimonio. Iason in.l.prima.in xv. columna.ff.de officio eius cui mandata est iurisdictio.ubi, si statuta nihil inducant in sensu directo, subditur in eis argumen.à contrario sensu, ut operentur.

5 ¶Intellige istam † regulã, ut quilibet præsumatur idoneus quò ad mores, non autem quò ad alia extrinseca. Et proptcrea, nemo præsumitur idoneus quò ad diuitias, nisi probetur. ut est glos.in.l.si uerò, §.qui pro rei qualitate, ff.qui satisda.cogan.et suprà dixi. Item quò ad doctrinam, quia scientia acquiritur multo labore, et longis uigilijs. Vnde, nõ præsumitur quis eam habere: ut dicit glos. in dicto capitulo si forte, in uerbo scientiæ, de electionibus.

IIII. PRAESVMPTIO.

1 Immemor æternæ salutis nemo præsumitur.
Innocens a peccato quilibet præsumitur.
2 Præsumitur quis sine vitio.
3 Agricola diligens, præsumitur innocens & quietus.
4 Confessio iurata facta in testamento valet & probat, quamuis non iurata non valeat nec probet.

Moriens non semper præsumitur esse sanctus Ioan. Baptista.
5 Tutoris defuncti rationibus standum est in expensis paruis, quamuis regulariter requireretur iuramentum tutoris, si viueret.
6 Præsumitur pro scriptura defuncti.
7 Præsumptio quod quis moriendo non sit immemor æternæ salutis, non procedit in præiudicium tertij, cui ius iam quæsitum est.
Iudici qui moriendo dicit se tulisse falsam sententiam, non statur.
Testi qui moriendo dixisse falsum testimonium confessus est, non statur.
8 Vulneratus mortifere, si aliquem exculpauerit, an posit ex indicijs procedi contra illum ad torturam.

QVarto. ¶ † *Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.l.fina.C.ad legem Iuliam repetun.& prima q.vij.cap.sancimus,& quilibet præsumitur innocens à peccato.l.absentem.ff.de pœn.l.qui accusare.C.de eden. sicut quilibet præsumitur esse alienus à dolo & culpa.l. dolum.C.de dolo.l.si creditor.C.de pignora.actio.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et l.quoties.§.qui dolo.ff.de probatio.ubi* Floria. Ioan.Nicol.

2 ¶ *Et eodem modo † præsumitur quis sine uitio.l.prima.C.de ædil. actio.l.cum probatio.ff.de probatio.Et ista maxime procedunt, suadente hoc aliqua alia coniectura: unde, præsumitur innocens, quem nullus accusauit.l.si adulterium.§.idem pollioni:ibi,& si reum nemo postulauit.ff.ad legem Iuliam de adulte.facit tex.in capi.cum in iuuentute,infra eodem.*

Idem

3 ¶ Idem † si sit diligens agricola, quia talis præsumitur innocens & quietus. l. iij. C. de defenso. ciuita.

¶ Idem etiam in nobili & diuite, quia bene præsumitur de his, quibus sunt integræ facultates, & maiorum suorum hæreditates incolumes. l. ij. in princi. C. de debito. ciuita. lib. x. Item si quis aliâs sit bonus, quia præsumitur pro re quam ipse gesserit. c. nisi essent, infra de præben. c. omnes, vij. q. j. & xxxvij. distin. c. qui de mensa, cum simi.

4 ¶ Et † ex ista præsumptione infertur, quòd licet confeßio facta in testamento non ualeat nec probet: tamen si iurauerit testator, tunc ualet: quia non præsumitur fuisse immemor salutis æternæ. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. ij. auten. quod obtinet. ubi Bal. C. de probationi. Barto. in l. ij. C. commu. de lega.

¶ ADDITIO. ¶ De ueritate tamen huius dicti uide per Alexan. & alios in l. si donatione. C. de collat. & Docto. in c. quamuis, de re iudica. maxime quid in prohibitis, ut in patre & filijs, marito & secunda uxore, patre & filio naturali uel spurio. Et uide quæ copiose scripsimus domi. Alcia. & ego in xvj. præsumptione. in prima regula præsumptio. ubi ex decisis & remißis eris resolutus. Nota tamen quòd hæc præsumptio, quòd quis moriendo non præsumatur immemor salutis æternæ, non semper est efficax, aduersus quam facit quod inquit Bal. in titulo de pace constantiæ, in uerbo uasalli. ij. in fi. & refert do. Ias. in l. j. col. iij. quòd non omnis qui moritur præsumitur esse Ioannes Baptista, nec sibi de ijs quæ asserit semper est credendum. & dicit Oldra. consil. cxcij. uiso diligenter. & refert Hippoly. Marsil. in practica. §. restat. colum. ij.

numero 12.quod morientes non dicunt semper uerum. Ioan.Nicol.

¶ Ad idem facit quod not.Paul.de Cast.consi.ccc j.ad be-
5 ne examinandum, in primo,† ubi consuluit, quòd in expensis paruis, standum est rationibus tutoris defuncti: & licet in tali probatione uideatur requiri iuramentum, tamen ex quo amplius præstari non potest, stabitur simplici codici rationum: quia mors nõ minorem fidem uidetur inducere, quàm iuramẽtum: ex quo, nemo præsumitur moriendo fuisse immemor salutis æternæ, per dictam legẽ fina.& per nota.per Barto.in l.admonendi.ff.de iure fisc.
6 ubi dicit,† quòd præsumitur pro scriptura defuncti, per dictam rationem: & legem rationes.C.de probationi. Et quod not.Soci.consi.clx j.in ij.col.

¶ ADDITIO. ¶ Adde plura accumulata per Hippoly.in rub.ff.de fideiussori.col.vij.viij.& ix.ubi plura ad probandum quòd præsumatur pro moriente quòd non sit immemor &c. Ioan.Nicol.

7 ¶ Aduerte † tamen: quia ista præsumptio non procederet in præiudicium tertij, ubi ius iam esset quæsitum: per doctri.Barto.in l.si quis in graui.§.j.ff.ad Silla.ubi si Iudex moriens, dicat se tulisse talem sententiam falsam, uel testis falsum se deposuisse: non tamen illis creditur. Et ita communiter tenetur secundum do.Alexã.in l.sciendum. col.xij.ff.de uerbo.oblig.& quædam similia ponit Feli. in cap.exhibita.infra de homici.& do.Ias.in l.j.in principio.ff.de eo per quem fac.erit.

¶ ADDITIO. ¶ De ueritate illius dicti Barto.in d. l.si quis in graui.§.j.uide latißime melius quam alibi do. Hippo-

Hippoly.Marsil. in d.rub.de fideiuss.col.vij.viij.& seq. ad quem sufficiat remißio. Ioan.Nicol.

¶ *Dicit tamen Baldus in l.prima, in fine.C.communia*
8 *de legatis.† quòd si testator mortiferè uulneratus aliquem exculpauerit, talis non poterit etiam ex indicijs torqueri: & sequitur ibi Iason. Sed ego non arbitror istud ita generaliter uerum: quia possent indicia esse tam urgentia, quòd tollerent contrariam præsumptionem orientem ex attestatione ipsius uulnerati: quia una præsumptio aliam tollit.l.diuus.de in integrum restitutione. Et cessat ratio præsumptionis in isto casu: quia potius uerisimile est, quòd iste uulneratus sit mentitus, ex quo tale mendacium non uidetur tendere in præiudicium salutis æternæ.xxij.quæstio.ij.cap.primum est, & capi.ne quis arbitretur.*

V. PRAESVMPTIO.

1 Bona fides præsumitur in possidente, nisi contrarium probetur.
Intellige si babeat titulum verum vel putatiuum: etiam errore iniusto.2.
3 Bona fides an præsumatur in eo qui posidet sine titulo.
4 Titulum errore iniusto causatũ si quis habeat, an in eo præsumatur bona fides.
Bona fides potest causari ex iniustis & temerarijs causis.
5 Vsucapere an quis posit ex titulo iniusto errore causato.
6 Mala fides præsumitur in præscribenda seruitute, & quare.

Quinto

Quinta præsumptio. QVinto. ¶ † Bona fides præsumitur in poßidente, nisi probetur contrarium. l. pe. C. de euictio. glo. in cap. si diligenti, & ibi Docto. infra de præscrip. cum concordan. per Alexan. consi. cc. uiso & discusso, col. prima, in secundo. & consi. lxxv. col. penul. in quarto. Francis. de Curte, consi. lxxxij. Deus pius, colum. ij.

2 ¶ Et istud intelligitur, si habeat titulum uerum uel putatiuum, etiam errore iniusto. l. igitur. §. potest. ff. de libera. cau. & not. in l. sicut. §. j. ff. de usucapio. & ita tenet Barto. in l. celsus. ff. de usucap. & est communis cõclusio, ut ibi per Moder. & in d. c. si diligenti.

3 ¶ Fortius † dicit ibi Barto. istud procedere, etiam in poßidente sine titulo: quia stat simul, quòd quis non habeat titulum, & tamen sit in bona fide: secundum glos. in l. si quis emptionis, in uerbo tenuerit, iuncto textu. C. de præscrip. xxx. uel xl. anno. ergo ita debemus præsumere: ex quo talis præsumptio est humanior.

¶ Et hoc intelligit, nisi alius poßessor antiquior appareret per legem fina. C. unde ui. Item nisi ius commune contradiceret tali poßeßioni. c. primo, de præscrip. lib. vj. Sed Inno. & Bal. in c. per tuas, de testi. tenuerunt, quòd imò nõ præsumatur bona fides, nisi adsit titulus. Et idem tenet Imola in repetitio. capi. fina. in v. col. de præscrip. & dicit Feli. in dicto cap. si diligenti. quòd hæc opinio est sustentabilis de iure: per text. in d. l. fina. quia quod suum non est, debuit scire ad alios pertinere.

¶ Sed tamen non puto recedẽdum à communi opinione, quæ bene probatur in d. l. si quis emptionis, iuncta glos. & in d. c. j. de præscrip. in vj. inducendo, ut supra.

Nec

¶ Nec obstat dicta ratio, quia tex. in d. l. fina. loquitur in eo qui scit rem occupatam suam nõ esse: quia tunc debet scire, quòd ad alios pertineat. Sed nos non loquimur in eo qui nesciat rem suam non esse, imò credit esse suam, & est in bona fide, licet non habeat aliquem titulum, puta quia aliquis ei dixit, quòd erat maiorum suorum seu antecessoris sui, uel alio modo ad eum spectabat. Nam licet talis non dicatur uerè poßidere aliquo titulo, tamen est in bona fide.

4 ¶ Præterea † dum Barto. dicit sufficere titulum putatiuum, etiam errore iniusto. d. §. potest. Adde, quòd idem sequuntur Alexan. & Moder. in d. l. celsus. & Bal. in l. j. per glos. ibi. C. ubi caus. stat. qui dicit, quòd bona fides potest causari ex iniustis & temerarijs caußis. sequitur Alexan. consi. cxxv. in iij. col. in quarto. Andre. Sicu. consilio xvij. in penul. col. in secundo. Fely. in c. cum contingat, in iij. col. de rescrip. & in d. c. si diligenti, in ij. col. Ias. in l. si id quod. in viij. nota. ff. de iuris. om. iudi. Sed Imo. in re-
5 petitio. d. l. fina. in v. col. † uidetur hoc intelligere, quo ad acquisitionem fructuum, non autem quò ad usucapionem. Et ista opinio uidetur mihi uerior; pro quo adduco tex. in l. fina. C. pro suo, qui requirit, quòd error in titulo sit probabilis, aliâs usucapio non procedat; & istud est de mente glos. in d. l. j. quæ si bene uideatur, probat contra Bal. dum requirit quasi poßeßionem xxx. annorum. quando seruus ex iniustis caußis crederet se liberum, & tamen si præsumeretur bona fides, satis esset, quasi poßeßio xx. annorum. l. secunda. C. de longi tempo. præscrip. quæ pro liber.

Nec

¶ *Nec obstat dictus §.potest:quia ibi nō probatur, quòd possessio inducta ex tali errore iniusto, sit sufficiens ad usucapionem, sed simpliciter talis utitur commodo successoris, quantum sit ad instruendum iudicium:ut ibi habetur:& est ratio, quia quò ad illud commodum, satis est quòd non sit in mala fide, licet non habeat bonam.* Inter *hæc enim est dare medium:ut dicit* Barto.*in l.sed & si lege.§.scire.ff. de petitio.hæredita.* Paul.*de* Cast.*consilio cclxxxix.in ulti.colum.*

¶ *Posset distingui, ut opinio* Barto.*&* Docto.*procedat in præscriptione longißimi temporis, in qua præscribitur etiam sine bona fide.Ista autem alia opinio procedit in præscriptione xx.annorum, uel minori: prout propriè loquitur tex.in d.l.fina.ff.pro suo.*

¶ *Cætera dic, ut per* Moder.*in dictis locis: &* Abb.*in c. consultationibus, infra de iure patrona.& per* Feli.*in c. de quarta, de præscriptionibus.ubi limitat istam regulam non procedere in errore iuris:de quo ibi late per eum:& etiam per* Aretinum *consilio xxx.in secundo dubio.ubi*
6 *dicit † semper præsumi malam fidem in præscribendo seruitutem.Et est ratio, quia habet contra se præsumptionem iuris communis, de quo in dicto c.primo, de præscriptio.in sexto.dic ut ibi per eum.*

VI. PRAESVMPTIO.

1 Actus vbi poteſt importare delictum graue & paruum, præſumitur pro minori delicto.
2 Percutiens aliquem pàruo cultello, præſumitur quod

quod non fecerit animo occidendi, licet postea mortuus fuerit percussus.

3 Mulier præsumitur potius subtraxisse res à marito, quàm quod sit lucrata ab adulteris.

4 Blasphemia vna tantum præsumitur si quis pluries eodem calore repetierit aliqua verba blasphemiæ.

Sexta præsumptio.

SExtò,† *ubi actus potest importare delictum graue & paruum, præsumitur pro minori delicto: secundum* Baldum *in l.fina.in ultima colum.*C.*de ædili.actio.argu. l.si præses.ff.de pœnis.* Et *ibi infert* Bald.*ad notabilem quæstionem.Ad idem facit glos.in l.penul.*C.*de fideiusso. ubi potius præsumitur matrimonium clandestinum, & sic leuius delictum, quàm adulterium, quòd est grauius, de quo per* Baldum *in capitulo primo.§.iniuria, de pace iuramento firmanda.in l.quæcunque.*C.*de seruis fugitiuis.* Abbas *in cap.secundo, de desponsa.clandesti.*Feli.*in cap. primo, infra eod.*

¶ *Ad idem facit tex.in capitu.significasti, circa principium, infra de homici.inducendo ut per* Areti.*consi.viij.*
2 *in penulti.ubi per istam rationem decidit,† quòd si quis percutiat aliquem paruo cultello, capiemus potius præsumptionem, quòd fecerit animo non occidendi: licet talis deinde sit mortuus.*

¶ Et *in simili idem concludit* Areti.*consi.xxxj.in penul.*
3 *colum.ubi† capitur potius præsumptio, quòd mulier subtraxerit furtiuè res à marito, quàm quòd sit lucrata ab adutleris: ex quo, illud est minus delictum.*

¶ Facit *quod nota.uoluit* Bartho.Vero.*cõsil.lxxvij.circa*
4 *medium: ubi cõsuluit, qđ si† quis pluries repetierit in*

eodem

eodem calore iracundiæ aliqua uerba blaſphemiæ: præſumitur potius una tantum blaſphemia, non autem plures. Et circa iſtam *præſumptionem, uide etiam aliquid per* Feli.*in cap.ad audientiam,in princip.ubi limitat infra de homici.*Et *accedat uulgata regula, quòd in duobus malis, minus eſt eligendum.cap.duo mala,xxiij.diſtinc.& xxij. q.cap.quod* Dauid,*& cap.ſi aliquid.*

VII. PRAESVMPTIO.

1 Actus non præſumitur geſtus metû, ſi quid actũ reperiatur.
2 Fallit in caſu cap.ſuper hoc.de renuncia.
3 Probatio durior licet incumbat illi qui contra præſumptionem iuris aliquid deducit, non tamen ita eſt in deducente metum. cum metus ex coniectu ris probari poſsit.
4 Metus ſolet clam inferri, ideo ſufficit leuior probatio.
5 Teſtibus duobus de metu atteſtantibus magis creditur, quàm centum aſſerentibus ſpontaneam voluntatem.
6 Matrimonium metu fuiſſe contractum vno teſte aſſerente, ei creditur. ſecundum Cepol. ſed, non placet hoc domino Alciato.

Septima præſumptio.

SEptimo.¶ † *Si aliquid reperiatur geſtum, præſumitur ſponte geſtum, non metu.l.ſecunda.C.de his quæ ui uel metus cauſa.*Et *eſt ratio, quia aliter præſumeretur delictum, ex quo inferens metum delinqueret.* Et *ita concludit* Innocen.*quem ſequuntur alij, in capitulo cauſſam matrimonij, ſupra de officio delega.*

Non

2 ¶ Non procedit † tamen ista præsumptio in casu notabili.cap.super hoc,secundum unum intellectum, de renuncia.ubi in iudicio possessorio agenti interdicto recuperandæ, non obstat exceptio renunciationis beneficij, imò præsumitur talis renunciatio facta metu ut declarat ibi Abb. colum.antepenultima.

3 ¶ Adde etiam,† quòd licet regulariter durior probatio incumbat illi qui contra præsumptionem iuris aliquid deducit,cap.quia uerisimile,infra eo.glo.in l.fin. in prin.ff.quod met.cau.per Specu.in titu. de probatio.§. fina.uersi.fina.

¶ ADDITIO. ¶ Et scripsi latißime supra in principio tractatus.in tertia parte.pag.40.nu.3. Ioan.Nico.

¶ Tamen non ita est in afferente metũ:quia metus etiam ex cõiecturis potest probari,ut per Cin.in l.carcerem.C. quod met.cau.Bar.in l.si ob turpem.ff.de condi.ob cau. Bal.consi.xxvj.in tertio.Ancha.consi.ccxcix.uisa supra dicta facti.Rapha.Comen.cõsi.lxviij.per totum: & per Moder.in l.interpositas.C.de transactio.

4 ¶ Et est ratio †,quia metus cõiter solet clã inferri:unde sufficit leuior probatio.arg.c.fi.supra de testi.cog.Et ita tenet Alex.consi.clvj.uiso processu,in quinto,& cõsi.xlviij.in iij.Corne.consilio .xlj.in iij.columna.in secundo.

5 ¶ † Fortius dicit Inno.in d.c.super hoc:ubi alij idem sequuntur,quòd magis creditur duobus de metu attestantibus,quàm Centum asserẽtibus uolũtatem spontaneam. sequitur Bal.in consi.schismatis,quod posuit in rub.C.si quis aliquẽ testa.prohi.idẽ Bal.ĩ l.obseruare.§.proficisci.

in xiij.q.ff.de offi.proconsul.Ange.in.l.si quis ad se fiu=dum.C.unde ui.Alberi.de rosa.in rubri.ff.quod met.cau. cum concordan.per Andre.sicul.consi.ultimo in.iiij.col. & do.Decium consi.c.in penul.columna.

6 ¶ *Et dicit† singulariter* Bartho.*ueronē.caute.cxliiij. incipien.tempore meo:quòd crederetur uni testi asserenti matrimonium esse contractum per metum.allegat* Inn. & Bal.*ubi supra.Sed ista decisio mihi nunquam placuit: quia est contra regulam ca.licet uniuersis,supra de testi. & contra mentem omnium scribentiū,præsertim* Alex. & Corne.*in cōsilijs supra allegatis,&* Inno.*nō loquitur in uno teste tantū,sed in duobus.& ita ēt* Bal.*et cæteri.*

¶ *Præterea,illud dictum* Inno *intelligitur quando constat manifestè de uia facti,undè oritur metus:& ideo,etiā si mille attestarētur,quòd tamen erat illi animus actū spōtaneè faciendi,non staretur illis,quia attestarētur de mente,quæ est nota soli* Deo:*ut declarat* Imo.*in dicto capitu. super hoc:& etiam loquitur* Innoc.*quando præsumptio erat pro asserente metum,puta in eo qui asserit se renunciasse beneficio propter metum,in casu dicti capit.super hoc.secus,ubi præsumptio non esset pro asserēte:quia tūc seruaretur regula communis posita in capi.in nostra, supra de testi.*Et *istud est de mente* Abba.*in dicto capi. super hoc,& declarat* Ange.*in dicta.l.fina.in prin.ff.quod met.cau.Cætera dic,ut per* Moder.*in.l.interpositas,C.de transactionibus.*

VIII. PRAESVMPTIO.

1 Princeps præsumitur motus iusta caussa.Intel-lige

lige in ijs quæ sunt iuris positiui, & in ijs quæ sunt arbitraria principi.

1 Papa in beneficijs habet plenam & liberam potestatem.

3 Beneficia omnia mundi sunt manualia & obedientialia quo ad papam.

4 Caussa an præsumatur in principe dispensante contra ius gentium vel diuinum, in casibus in quibus cum causa potest dispēsare. late vsq; ad finem.

5 Caussa iusta non præsumitur iu principe quando agitur de præiudicio tertij.

6 Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest rescindere contractum proprium.

7 Princeps non potest vasallum feudo priuare, nisi ex causa descendente ex culpa vasalli.

8 Sententia principis sine citatione non valet, nec præsumitur causa nisi probetur.

9 Caussa præsumitur in quocunq; principe non recognoscēte superiorem de facto: quia nemo potest sibi dicere, cur ita facis.

10 Causam non præsumi in principe, respectu nō subditorum principi, quomodo intelligatur. Princeps an habeat plenā potestatē in subditos nō plenarie sed sibi deditos mediante fœdere, q; reseruasset sibi leges & priuilegia sua, et an tūc princeps inter tales possit vti plenitudine potestatis. quod nō.

Octaua præsumptio.

OCtauo. *Præsumitur Principem ex iusta caussa moueri. glo. in l. relegati, in fine. ff. de pœnis. facit tex. in clemen. uni. de probatio. & in capi. cùm à nobis, in fine. ubi Docto. de testi.*

¶ADDITIO. ¶*Vide Deci. consi. cccccclxxvj. pro resolutione. col. fi. & Roma. consi. ccccxxxvj. quod consultum.* Ioan. Nicol.

¶ Et ista cōclusio est uerißima in his quæ sunt iuris positiui.quo iure,ipse non ligatur.l. digna uox.C. de legi. & quæ sunt arbitraria ipsi Principi,prout loquitur glo. in dicta.l. relegati.nam restitutio relegati potest fieri per Principem,& sine caussa de potestate ordinaria.l.j.C. de senten.pas.& habetur in titu.C.de abolitio. Item.d.cle=
2 men.prima loquitur in beneficijs, † in quibus Papa habet plenam & liberam facultatem,capi.ij.in princ. de præbend.in.vj.clemen.prima,in fine,ut lite penden.ix.q. iij.capi per principalem,ubi glo.cum concordan.per Ias. in.l.Barbarius,in.xj.colū.de offi. præto.Soci. consi.xiij. per toum, Andre. sicu.consilio primo, columna.xvij. in primo.
3 ¶ Et dicit † Bal.in.l.rescripta.C. de preci.Impera.offeren.quòd omnia beneficia;mūdi.sunt manualia & obedientialia,quò ad Papam. sequitur Andre.sicu. in tracta. de præstan.Cardi.in prima parte,col.iiij.

¶ ADDITIO. ¶ Antequam ad ulteriora procedatur uolo notes perpetuo notabilem limitationem ad hanc præsumptionem,quam tradit Roma.consil.ccccxxxvj. quod indultum petri.col. penul.circa prin.& do.Philip.deci. consi cccccLxxvj. præallegato,col.fi.quod in principe nō præsumitur iusta causa,quando facit actum ad instantiā & postulationem partis,quia tunc uidetur magis motus propter importunitatem partis,quàm ex iusta causa per l.j.C.de peti.bono.sub.lib.x. Ioan.Nicolaus.

4 ¶ Sed † nunquid præsumitur causa in principe dispē sante aduersus ius Gentium uel diuinum,in his in quibus posset cum caussa dispensare? Et uidetur idem quòd sic,

prout

prout tenuit Cy.in l.rescripta,in.iij.& iiij.q.& ibi Bal. C.de preci.Impera.offeren.Anto.de Butri.& Abb.in c. quantò,de iureiuran.& in alijs locis relatis per Fell.in c. quæ in ecclesiarum.xij.col.uersi.quinta conclusio; supra de cõsti.ubi limitat istã conclusionẽ sex modis,ut ibi p eũ.

¶ADDITIO.¶Et ultra hic allegatos & in locis hic recitat ,hanc sententiã tenet & multis egregijs fun damentis comprobat melius quàm alibi do.Fran.Curt.Se nior consi.xlix.memoriæ recolendæ.col.xviij.nu.30.uersi. præsumitur enim in principe.ubi dicit quod in principe aliquid disponente,præsumitur iusta causa,etiam si aufe rat ius alteri quæsitum.& ibi allegat autoritates & con cordan. in pluribus locis,ex quibus potest roborari ista sententia:quæ nõ reperies alibi ita bene cumulata.Io.Nic.

¶Sed tu aduerte:quia ista opinio iure non probatur, nã ea quæ pro hac parte allegantur, procedunt in his quæ sunt iuris positiui,& quòd in tali casu,non præsumatur caussa iusta,est de mẽte Bal.in dicto capi.quæ in ecclesia. & firmat Fulgo.in l.fi.C.si contra ius uel utilita. publi. & in consi.lxi.domina Caterina,in ij.col. Roma.consil. ccclij.quæritur primò.in fine.Et ita tandem resident Fel. & Moder.in dicto capi.quæ in ecclesiarum,& Ias.in l. si testamẽtum.C.de testa.per illum tex.& in repetitio.l. quominus,in.ij.col.ff.de flumi.& est de mente Docto.te-
5 nentium,quòd dicta cle.prima,de probatio.† non ha beat locum quando ageretur de præiudicio tertij, quò ad ius quæsitum:prout tenuit Ancha.in consi.cccviij. præ-mitto,circa finem.Pau.de ca.consi.clvi.uiso & examina-to,col.fi.Butri.post Calder.in c.post cessionem,col.viij.de

 probatio.

*probatio.Areti.in dicto capi.cùm à nobis.*Nam *si præsumeretur iusta caussa,deberet habere locum,etiam in præiudicium tertij:quia* Princeps *ex caussa legitima, potest tollere ius quæsitum tertio.l.lucius.ff.de euictio.*Et *habetur latè in.d.c.quæ in ecclesiarum.*

¶Et *probatur ista opinio,quæ uidetur cõmunior in.c.j.*
6 *supra de probatio.†ubi non præsumitur caussa in* Principe *uolente rescindere proprium contractum:imò istud non potest,etiam de plenitudine potestatis, secundũ* Pau.*de ca.in.l.digna uox.*C.*de legi.&* Bal.*i.c.j.§.ad hæc, col.v.de pace iuramen.firman.*

¶ADDITIO.¶Et *do.*Ludo.Roma.*egregie in dicto consi.ccccxxxvj.col.pe.& fi.& consi.ccclij.* Quæritur *primo.col.ulti.dicens,quod princeps non potest reuocare contractũ à se factum,etiam si contineat liberalitatẽ: & quod ita ligatur suo contractu sicut quilibet priuatus. & idem* Roma.*cõsi.cclij.pro decisione.&* Soci.*consi.iiij.super quæstione colũ.ij.& .iij.lib.iij.& quod de plenitudine potestatis nõ poßit cõtrauenire cõtractui etiã cõsuluit do.*Anto.Rubeus Alex.*consi.cxxxviij.uiso & diligẽter. col.ij.& cõsi.cxlvj.circa primũ.col.pe.ubi allegat* Alex. *in consi.j.in.ij.uolu.& consi.liiij.in quarto. &* Cuma. *consi.c.incipiente ducissa mediolani.cum alijs concor.& etiam dicit idẽ* Alexan.*consi.cliiij.decreuerã.col.pe.quod princeps nõ minus ligatur ex suis contractibus,quàm quilibet priuatus.& quod non poßit etiam de plenitudine potestatis cõtrauenire contractui, etiam asseuerat* Deci. *consi.ccccclxxxix.uiso puncto.col.ij.& consil.ccccx.in causa mota.col.iiij.* Ioan.Nicolaus.

7 ¶Idem*†est in feudo,quia non licet ei priuare uasal-*

lum,nisi ex iusta caussa descendente ex culpa ipsius uasal li.c.j.ubi nota.de natura feu.

8 ¶ Idem† in snia principis,sine citatione lata,quia nõ ualet,nec præsumitur caussa.clemẽ.pastoralis,de re iudi. c.j.ubi Doc.supra de caussa possessio.& proprieta.And. consi.xxiiij.col.pe.in.ij.Et ratio istorũ casuũ militat generaliter:& propterea,debet generaliter esse idẽ ius.l.adigere,de iure patr.Et facit ratio,quia cùm talis actus regulariter sit prohibitus Principi,nisi in certa caussa: debet illa probari.l.si donatione.C.de collatio.

¶ ADDITIO.¶ Istud idẽ fundamentũ facit Deci.in dicto consi cccccl xxvj.pro resolutione.col.fi. & Curtius consi.xx.sæpenumero.col.vj.dicens,qđ tũc non est standũ assertioni principis de dicta iusta causa:sed debet probari & cõstare aperte ex quo actus siue illa cã est regulr̃ principi prohibitus.pro quo facit quod uult Bar.p illũ tex. in.l.si forte.ff.de castren.pecul.cũ simi. Ioan.Nicolaus.

¶ Et istud procedit etiã in Principe,ut no.Inno.in.c.pe. de dilatio.Ro.consi.ccclxxxiij.saluatoris.Et facit tex.ĩ.c. nouit,ubi Abb.& Aret.notant supra de iudi.ubi nõ præsumitur etiã pro Rege,quòd seruauerit debitã solennitatẽ denunciationis euangelicæ,nisi probetur:& Cy.in.d.l. rescripta,potest saluari,si bene uideatur.nam præsupponit, quòd imò in ueritate caussa nõ præsumatur:et quòd Princeps peccat,licet Iudex debeat obseruare:quia quò ad eũ, inde oritur præsumptio iuris,& de iure. Ex quo,ipse nõ potest inquirere de facto superioris & domini sui: prout etiam dicit Alex.consi.j.in penul.col.in.ij.uolu.undè,dato quòd posset inquiri,puta quia Princeps permitteret re

fricari in dubium de meritis rescripti, uel aliter concederetur, esset secus.

9 ¶ *Et propterea, † dicunt* Docto. *istud procedere in quolibet* Principe *non recognoscente superiorē de facto: ut per* Bar. *in.d.l.relegati, & per* Alex. *cōsi.xv.in.ij.col. in quinto uolu.ratio est, quia tali non potest dici, cur ita facis?* Et *ista opi.est uerior de iure, & etiam de æquitate.* ¶ *Considera tamen, si possent istæ opiniones concordari: quia aut* Princeps *in tali cōcessione non expressit aliquā caussam, & non præsumatur, imò cōcessio sit nulla, quascunq; clausulas ipse addiderit.* Ex *quo, deficit potestas eius, quia nō est supra ius diuinū, naturale, seu* Gentium. Et *facit quod no.* Alex. *consi.cj.uisis.col.penul.in primo.* Idem *si expressit aliquam caussam, quæ non est idonea ea ratione.* Aut *expressit caussam idoneā: & tunc, an præsumatur uera, ita quòd dispositio teneat.* Et *dicendum est, quòd sic.d.cle.j.* Et *ī isto casu, potest procedere opi.* Abb. Butrij *et aliorum in.d.c.quæ in ecclesiarum, et quod no.* Soci. *cōsi.cclxxiij.in penul.col.* Limitādo *tamē, ut ibi per* Feli. & Iasonem *in dicta.l.si testium.*

¶ ADDITIO. ¶ Decius *tamē notabiliter in prælle gato cōsi.ccccclxxvj.ad fi.tenet q̄d assertiōi principis nō sit credendū, nisi de causa aliter cōstet, et probetur. & se remittit ad ea quæ ipse scripsit in.d.c.quæ in ecclesiarū.* Vide Socinū *inter consilia* Curtij *senioris idē tenentē per multas autoritates consi.xx.sæpenumero.col.v.& vj de clarando ut per eū latissime per duas colū.ex illo consi.à secunda colūna usq; ad.vij.colligere poteris pulchras* Limitationes *ad hanc regulam quod princeps præsumatur*

motus

motus iusta causa. & an stetur assertioni principis super caussa iusta expressa in concessione siue rescripto. Ioannes Nicolaus.

10 ¶Et *inquantū* † *limitant, ut non præsumatur caussa, respectu non subditorum ipsi Principi, per dictum* Innocen. *in cap. inquisitioni. infra de senten. excommuni. & tex. in. d. clemen. pastoralis.* Intellige *istud in subditis plenariè* Principi, *secus si simpliciter uenissent in deditionem mediante fœdere, puta quia reseruassent leges & priuilegia sua: nā tūc quò ad plenitudinem potestatis ipsius* Principis, *non essent subditi. l. non dubito. ff. de capti. & tali modo ciuitates* Italiæ, *& quædam aliæ uenerunt in deditionem* Romanorum, *ut probatur in. l. j. ff. de cen. & in. l. fin. eodem titu. undè quamuis* P. R. *transtulerit omne ius suum in* Principem. *l. j. ff. de constit.* Princi. *non tamen* Imperator *nec habētes caussam ab eo, habent amplius ius quàm* P. R. *habuerat.* Et *consequenter, de iure nō possunt uti in illis ciuitatibus ista plenitudine potestatis, prout uidemus etiam hodie seruari in* Germania, *in ciuitatibus* Imperialibus. Facit *quod no.* Cardina. *in consilio ultimo, & quod dicit* Bal. *in titulo de pace constan. in uerbo libellarie: ubi dicit, quòd* P. R. *nunquam est usus ista clausula de plenitudine potestatis.*

¶ADDITIO. ¶*Quòd princeps non possit uti plenitudine ptātis circa non subditum & quod in principe tunc non præsumatur iusta causa, & si causam iustam exprimat, quod tunc non stetur assertioni principis, uide latissime domi.* Bartholomeum Soci. *inter consilia* Curtij *senioris consilio. xx. columna. iiij. uersiculo, tertio re-*

spōde.et latius col.vj.per totā col.et idem Bart.Soci.cō= silio.xxvij.in præsenti &c.col.ij.li.iij.Facit quod uoluit Ludo.Roma.cōsi.ccccxxxvj.quod cōsultū &c.quod licet princeps regulariter possit reuocare priuilegiū a se con= cessum,et præsumatur in eo causa,nō tamē hoc procedit ī priuilegio a se cōcesso nō subditis.illud enim est irreuo= cabile nisi ex iustissima causa quæ apparere debet.Ioan. Nicolaus.

PRAESVMPTIO IX.

1 Præsumitur pro iudice q̃ recte faciat ea quæ of ficio suo incumbunt.Limitatur.6.14.18.23.27.28.
2 Iudicis verba sunt referenda ad ius,etiā impro= priando verba.
3 Iudex nō præsumitur aliquid fraudulentū fa= cere,licet eius sententia retractetur.
4 Iudex nō præsumitur sine causæ cognitione ali= quid facere.
5 Succumbens per iudicis sententiā,præsumitur fo uisse malam causam.
6 Appellatione pendente,nō præsumitur pro pro cessu nec pro snīa iudicis a quo. De veritate nu.8.
7 Probare quis debeat in causa appellationis.
8 Sententiæ appellatione suspensæ,quæ sit virtus.
9 Litigans super bonis cōmunibus vel quæ cōten dit ad se pertinere,si habet,aliquam præsumptionē pro se,pōt petere sibi prouideri ad fines litigandi si alias nō habet vnde faciat expensas litis
10 Filius litigans cum patre eum nō agnoscente in filiū,potest petere vt sibi prouideatur super bonis patris ad expensas litis faciendas,si alias nō habeat vnde litiget.

Vxor

Vxor litigans cum marito poteſt petere interim ſibi prouideri ſuper bonis mariti ad fines faciendi expenſas litis,

11 Iudex, filio litigante cõtra patrem vt eum agnoſcat, vel vxore cõtra maritũ, ſi ex lectura atteſtationum licet nondum publicatarũ, deprehendat ſummarie eſſe probatum, põt dare prouiſionem ad expenſas litis.

12 Appellatiõe pẽdẽte poſſunt ſequeſtrari fructus iuxta cle. primã. de ſequeſt. poſſeſ. & fruc.

13 Appellatiõe pendẽte ſi poſſeſſor dilapidet agrũ, poteſt fieri ſequeſtratio.

14 Non præſumitur pro iudice indiſcreto, & improbo. Intellige nu. 17.

15 Carceratus reſpectu iudicis nõ dicitur pati metũ Quod nõ procedit in poteſtatibus terrarum qui habent vultum terribilem, & ſolent metũ incutere.

16 Præſumitur voracitas in iſtis poteſtatibus et officialibus, & ipſi plura mala ſciunt & committunt.

18 Proceſſus nõ præſumitur recte vel rite factus, niſi appareat per ſcripturã.

19 Citatio nõ præſumitur niſi probetur vel niſi de ea conſtet ex actis.

20 Proceſſus præſumitur recte factus, in caſibus in quibus nõ requiritur ſcriptura.

21 Proceſſus rite recteq; factus præſumitur, quando ſententia tranſijt in iudicatum, & etiam contra abſentem & contumacem ex contumacia vera vel ficta.

22 Proceſſus præſumitur recte riteq; factus, ſi notarius in ſententia atteſtetur de proceſſu, qui eſſet factus coram ſe.

23 Breuitas temporis tanta quod comprehenditur quod iudex non adhibuit cauſæ cognitionem, facit præſumi contra iudicem.

Iudex

24 Iudex si ex abrupto parte non audita processerit, contra eius processum & sententiam præsumitur.
25 Præsumitur cōtra iudicem, si error sit expressus in sententia.
Idem si appareret notorie de iniustitia.
26 Non præsumitur pro iudice quando præsumptio fraudis est contra eum.
28 Non præsumitur pro iudice in his quæ gerit extra eius officium.
29 Mercatorum libris si vigore statuti credi debeat, intelligitur de his quæ ad eorum officium pertinent.
30 Iudex extra officium suum faciens habetur pro priuato, & illi potest resisti impune.

NOno præsumitur pro †iudice, quòd sit bonus, & rectè faciat ea, quæ officio suo incumbunt. l. ij. C. de offi. ciuil. iudi. ibi, quod non arbitramur &c. quem text. ad hoc notat Bald. *& per eum decidit notabilem quæstionem in l. unica, in fine. C. ne quis in sua caussa.* Et Paul. *de cast. consil. cclxx. in prima colum. in secundo. ubi per*
2 *illum tex. uult, † quòd uerba iudicis debeant referri ad ius, etiam impropriando uerba: quia uerisimile est, talem fuisse mentem iudicis.* Et *facit, quia ad illud officium, ut plurimùm, eligūtur literati & honesti uiri. unde, merito pro eis præsumitur. c. in uestra, de procurato. c. nisi essent, de præben. & ibi* Abb.
3 ¶ Et † *propterea, non præsumitur iudex aliquid facere fraudulētū, licet eius sentētia retractetur. c. cùm olim ij. & ibi glo. antepenul. infra de priuile. & habetur in c. cùm* Ioannes, *de fide instrumen.*

Item,

4 ¶ Item,† non præſumitur iudex aliquid ſine cauſſæ cognitione facere.c.Abbate,de uerbo.ſignifica.nec præſumitur uelle contra factum ſuum iudicare.l.ne in arbitris. C.de arbit,Innocen.in cap.præſenti.de reſcrip, & in ca. ij.de arbit,

¶ Et præſumuntur qui cauſas cognoſcunt,non facile ad culpam uenire cùm ueritatem examināt,ut eſt tex.in auten.ut defuncti ſeu funera.in prin.facit lex certi. C. de iudi.& tex.in auten.de iudicibus.in prin.

5 ¶ Hinc eſt, quòd† ſi aliquis ſuccubuit per ſententiam iudicis.præſumitur habuiſſe malam cauſſam.l. herennius.§.fina.ubi glo.ff.de euictio.de quo dic,ut ibi.facit etiam generaliter,quia præſumitur iuſta cauſſa in eo,qui publico iure utēs,aliquid exequitur.l.iniuriarū,in prin. ff.de iniur. Et iſta præſumptio fortius procedit in iudice,quàm in arbitris uel ſimilibus:ex quo iudex ita iurauit.l ſi.C.ad legem iul.repetun.& in auten, iuſiurand. quod præſta.ab his,per totum.

6 ¶ Limitatur† iſta præſumptio aliquibus modis. Et primo non procedere quò ad ſententiam,nec quo ad proceſſum pendente appellatione: ſecundum Abb, & alios in cap,quoniam contra,per illum tex.ſupra de probatio. & in c.cùm inter,in fine.de re iudi.Et eſt ratio,quia uirtus ſententiæ ſuſpenditur per appellationem.l.prima, in fine.ff.ad turpillia.

7 ¶ Et proterea,† idem debet probare in cauſſa appellationis qui debebat in cauſſa principali.ut eſt glo. ubi Moder.Peruſi.in cap.dilectis.de appellatio. & ponunt omnes in cap.quoniam contra.

Sed tu

8 ¶Sed tu considera,†quòd imò etiam isto casu præsu
mitur pro iudice:licet talis præsumptio non transferat
onus probandi:prout tenuit Imola in cap.in præsentia,
per illum tex.supra de renunciatio.Facit tex.in dicto c.
in nostra,de p̄cu.& ī.c.bone.j.de elec.& qđ no.Bal.ī.c.
cùm super,colum.prima.de re iudica.Abb.in cap. caus=
sam quæ.in ij.nota.eod.titu.De quo per Moder.in d.ca.
quoniam contra.in xvj.col.

¶Et talis præsumptio operatur aliquos effectus,& pen
dente appellatione,ueluti in casu legis si instituta.§.de
inofficioso ff.de inofficio.testamen.ubi præsumptio oriēs
ex prima sententia pendēte appellatione, operatur quod
aduersarius interim compellatur illi subministrare ex=
9 pensas litis,si aliter non habeat unde litiget.Et†istud
est generaliter uerum, ubicunq; aliquis litigat super bo=
nis quæ prætendit communia,uel ad se pertinere,& ha=
bet aliquam præsumptionem pro se: ut declarat Areti.
in cap.si qui testium,in iij.col.de testi. & etiam proba=
tur in l.fina.ubi bonus tex.C.de ordi.cogni. & quod no.
Guido Pap.in decisio.Delphi.q.ccccclxj.

10 ¶Et idem†est in filio litigante cum patre eum non
agnoscente in filium:secundum Barto.in l.si neget.ff. de
liber.agnoscen.

¶ADDITIO. ¶Adde Sali.in l.fi.C.de alendis libe
ris. Ioan.Nicol.

¶Et in uxore litigante cum marito.secundum Hostien.
Abba.& Moder.in cap.ex parte,infra de accusa. & suf
ficeret nedum ista præsumptio oriens ex sententia à qua
fuit appellatum, sed etiam quælibet alia similis, de qua
constaret

constaret iudici summariè.l.j.§.si ea quæ ĩ possessiõe.ff. de uent.ĩ possessio.mittẽ.& est de mẽte Bar.ĩd.l.si neget.
11 ¶ Et propterea,†uidi quod iudices decernebant istas expensas litis,si ex lectura attestationum licet nondum publicatarum deprehendissent summariè esse probatum, quòd esset filius uel uxor. Nam tales attestationes faciunt præsumptionem non mediocrem: ut habetur in c.signifi cauerunt,supra de testi
12 ¶ Alius effectus ponitur ĩ clemẽ.prima.de sequestra. possess.ubi prima sententia operatur effectum sequestrationis fructuum,quamuis ab ea sit appellatum à posses-
13 sore minus trieñiali.¶ Idẽ† esset generaliter,ubi possessor dilapidaret seu depopularetur agrum.l. imperatores.in fi.ff.de appellatio. Alius effectus ponitur per Innocen.in c.ad petitionem,infra de accusa.& Abb.in ca. quod ad consultationem,infra de re iudica.ubi etiam post appellationem præsumitur pro sententia iudicis in his quæ fuerãt illi arbitraria, sicut ĩ dilationibus & cæteris pœnis arbitrarijs.Facit glo.in c.super his.in uerbo arbitrium,infra de accusationibus.
14 ¶ Secundo limitatur,quòd non procedit ista præsumptio in iudice indiscreto & improbo,quia pro tali non præsumitur,ut notant Innocen.& Hostien.in c.accedens. primo,supra ut lite non contesta.
15 ¶ Facit† quia licet qui est ĩ carcere respectu iudicis,nõ dicatur pati metũ,ut est gl.ubi docto.ĩ l.qui accusationis C.de his quæ met.cau.& per Bal.in l.si quis hoc genus. C.de episco.& cleri.tamen hoc non uidetur procedere in istis potestatibus terrarum,qui habent uultum terribilem &

lem & qui solent metum incutere: ut per Ioan. Andr. *in cap. quia propter, de electio.* Bal. *in cap primo. §. iniuria. de pace iuramen. firman. & quod notat* Abbas *in c. cùm dilectus, quod met. cau. qui loquitur in principe. & est gl. xxiij. q. viij. cap. conuenior.*

16 ¶ Ad†*idem facit tex. in l. neminem. C. de suscepto. &* Arca. *lib. x. ubi præsumitur uoracitas & fraus in istis officialibus.* Et dicit *gl. in l. defensionis, in uerbo, ad usurpationem. C. de iure fisci. lib. x. quòd isti officiales plura mala sciunt & committunt, quàm alij.*

¶ *In contrarium facit quod dicit* Bald. *in cap. sicut. in ij. col. per illum tex. infra de re iudica. ubi dicit, quod etiam si iudex esset uir peßimus, tamen pro eo præsumitur, propter autoritatem iudiciariam: & sequuntur* Moder. *in d. c. quoniam contra.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et do.* Purpuratus *in l. j. col. ij. ff. de iurisdictio. omnium iudic. & ante cũ refert & sequitur do.* Iason *in l. pacta nouißima. in tertio notab. C. de pactis.* Ioan. Nicol.

17 ¶ *Ista opinio†uidetur uerior, qñ aliud non cõcurrat præterquã q̃d aliàs iudex sit ĩdiscretus. Si uero aliud cõcurreret, puta quia probaretur ex actis uel aliter de eius iniustitia, quo ad illam caussam, tunc non præsumeretur: & ita debent intelligi supradicta.*

18 ¶ *Tertio limitatur†ut procedat præsumptio quo ad iustitiam: quia lex præsumit pro iustitia iudicis, sed non procedit quò ad rectitudinem processus, d. cap. quoniam contra.* Et *est ratio, quia pro processu requiritur scriptura, ut ibi dicitur, & cùm sit facti, non præsumitur interuenisse,*

uenisse,nisi probetur:ut per Inno.*in cap.innotuit,de eo*
19 *qui fur.ordi.suscep.*¶Et†*ideo,nunquā præsumetur citatio,nisi probetur,uel nisi de ea constet ex actis,ut habetur etiam in cap.tenor,ubi moder.de re iudica. & alibi dicemus.*

20 ¶*Et ex ista limitatione infertur,*†*quòd si essemus in casu in quo nō requireretur scriptura,tunc præsumeretur etiā pro processu:prout est in caußis leuibus,ubi agitur de modico præiudicio partis,ut per* Bar.*in auten.nisi breuiores,*C.*de senten.ex pericu.recitan.&* Alex.*in.l. sciendum,post* Roma.*ibi.ff.de uerbo.obligatio.felin.in.d. capi.quoniam contrà,in.ij.colum. & in capi.cum dilecti,col.iij.de accusatio.de quo dic ut per eos.*

21 ¶*Eodem modo*†*præsumeretur pro processu, quādo sententia transijsset in iudicatum,etiam contra absentem & contumacem ex contumacia uera uel ficta: secundum* Abba. Imo. *& moder. in.d.cap. quoniam contrà.* Et *est ratio,quia res iudicata pro ueritate accipitur.l.*j*.ff. de re iudica.& facit ius quò ad partes.*l. *ingenuum.ff.de sta.homi.*

22 ¶*Præsumeretur*† *etiam,quando* Notarius *in sententia attestaretur de processu,qui esset factus corā se,puta quia in sñia* Notarius *nō simpliciter scripsisset, acta referendo:sed etiā quælibet ex ipsis separatim enūciasset, dicēdo ubi & à quibus facta:& quòd in sui præsentia:ut dicunt hostien.* Butri.Abb. *&* Imo.*in.d.cap. quoniam contrà.*De *quo dicendum est,ut ibi per felin. in.*v. *conclusiò.& per moder.in.l.*j*.§. si quis dicatur.ff. de quæstionibus.*

23 ¶ *Quartò limitatur,†ut non præsumatur pro iudice, quando contra eum uigeret alia suspitio seu præsumptio efficaciter: iuxta legem diuus. ff. de in integ. resti, quādo ex temporis breuitate comprehenderetur, quòd non adhibuit caussæ cognitionem, ut dicit* Barto. *in. l. prolatam, in fine. C. de senten. cum multis concordan. per* Feli. *in dicto capitu. quoniam contra, colum xviij. uersi. secundò declara: &* Alexan. *consi. xxxiij. in prima colum. &* Ias. *in. l. mandata. colum. ij. ff. de offi. eius cui. & in. l. ij. §. prætor ait. ff. de in ius uocan.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et per do.* Alexan. *notabiliter cōsi. xlv. uisis. colum. ulti. lib. vj. & multa per domi.* Iasonem *in. l. iudices. de iudicijs. C. ubi pro hac limitatione multa egregia congerit. Et faciunt amplissime deducta per* Hippol. Marsil. *in. l. statuliber. colum. pe. & fi. ff. de quæstio. & in practica criminali. §. nunc uidendum. nume. 33. & seq. usq; ad numerum. 44. ex cuius allegationibus & similibus dotari poterit optime hæc limitatio.* Adde etiam Alexan. *consi. ccxiij. uisis. in fi. lib. vij.* Soci. *consi. lxxxvij. pensatis. col. ij. ubi multa adducit. lib. iiij. & consil. cxxj. in causa reclamationis. col. iij. uersicu. secundo clare uidetur. lib. iij.* Ioan. Nicolaus.

24 ¶ *Et idem† est, quando ex abrupto, parte non audita, processit: secundùm* Bal. *in capitulo primo. de inuesti. in mari. in fine, in usibus feudo.* Card. *consi. cxxxix.* Abb. *in. c. quintauallis, in penul. col. de iureiuran.* Pau. *de cast. consi. xiiij. in antiquis: ubi idem intelligunt esse in arbitratore.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et* Soci. *in præallegato consilio lxxxvij.*

lxxxvij.col.ij.lib.iiij.ubi allegat concor.& dicit hâc esse communem quod idem sit in laudo arbitratoris ex abrupto uel incontinenti lato, sine causæ cognitione, sicut in sententia.ibi uide autoritates. Ioan.Nicol.

25 ¶ Idem † si sit error expressus in sententia: quia tunc impeditur etiam transitus in rem iudicatam: ut habetur in capi.cùm inter, infra de re iudica.& in.l.si expreßim de appellatio.

¶ Eodem modo si appareret notoriè de iniustitia. capit. solicitudinem.§.si uerò, de appella.capitu. inter cæteras, de re iudica.Et alios casus etiam ponunt Feli.& Moder. in dicto capi.quoniam contra.

26 ¶ † Et adde dños de Rota in decis.j.i nouis, de probatio.ubi dicũt, nõ præsumi pro Iudice, quãdo præsumptio fraudis est contra eum: puta in ordinario Iudice, qui scribit contra apostolicum, & dicit se prius contulisse beneficium, quàm Papa uel exequutor eius. Nam sibi tunc nõ creditur: ut dicunt etiam Abb.& Moder. in capitu. post ceßionem, supra de probatio.

27 ¶ Quinto † limitatur in casibus, in quibus regulariter Iudex non habet aliquam potestatem, nisi in certo casu, aut ex certa caussa. Nam non præsumitur ista caussa in iudice, nisi probetur argumen.l.si donatione.C.de collatio.& quod not.Barto.in lege si fortè.ff.de castren. peculio. Et ita tenet Barto.in.l.item si suspectus.ff.de procurator.Soci.in consi.xcvj.in.iiij.colum.Moder.in.l. nemo potest, in primo nota.ff.de lega.j. De quo dicendum est, ut dixi in capitu.quòd sedem, in.ij.nota.supra de offi. ordinarij.

¶ADDITIO. ¶Et uide etiam per do. Iaſ. in l. j. in quinto notabili. ff. de officio eius. ubi etiam do. Purpura. folio. 22. nu. 547. cum pluribus ſeq. ubi multa pro dote huius limitationis adducit. Ioan. Nicolaus.

28 ¶Sextò limitatur, † ut non præſumatur pro Iudice, in his quæ gerit, & ad eius officium non pertinent. capi. ſignificauit, infra de appella. Bal. Areti. & Moder. in dicto capi. poſt ceßionem, Bal. in rubri. C. de fide inſtru. pe. col. uerſi. ſecundum ſupplementum. Et idem etiam uidemus in nuncio. capi. cum parati. ubi nota. de appella.

29 ¶Idem † ſtante ſtatuto, quòd credatur libris mercatorum: quia intelligitur de ſpectantibus ad eorum officium: ſecundum Bal. in l. fina. C. ad Macedo. cum concordan.

30 ¶Et facit: quia † Iudex extra officium ſuum agens, habetur pro priuato, & poteſt impune illi reſiſti. l. defenſionis. C. de iure fiſci, lib. x. Et quod nota. in l. ij. ff. de appellatio. recipien.

¶ADDITIO. ¶Adde do. Iaſ. in l. ut uim. in glo. j. ff. de iuſtitia & iure, & ibi Deciũ col. viij. q multa egregie accumulat & plures concor. allegat maxime Alex. conſi. cxliiij. poſt redditum primum. lib. ij. Hippol. marſi. in ſua practica criminali. §. diligenter. nu. 51. & pluribus ſequẽtibus, & alibi paßim. Ioan. Nicolaus.

X. PRAESVMPTIO.

1 Decretum præſumitur ex iuſta & vera cauſa & ſolenniter interpoſitum. latiſſime de veritate. numero. 3. & ſeq. Diſtinguitur tandem numero. 5.

Intellige

Intellige nu.2.

3 Solennitas extrinseca an præsumatur interuenisse in decreto latissime disquiritur. distinguitur tamen nu.5.

4 Decreti interpositio non potest delegari.

6 Causæ cognitio & solennitas præsumitur ex diuturnitate temporis.

Intellige nisi in casibus in quibus requiritur magna caussæ cognitio. 7. verum hoc, nisi elapsum esset longissimum tempus. xxx. annorum, tunc enim præsumitur etiam magna causæ cognitio interuenisse, & aliam quamuis solennitatem.

8 Decretum præcipitanter interpositum, facit vt non præsumatur pro iudice interponente autoritatem alienationi rerum minoris.

Iudex qui dat curatorem minori inquisito, cauere debet ne statim curator autoretur minori in aliquo actu.

9 Non præsumitur pro decreto, quando pars non plene docuit iudicem de negocio.

10 Iudex si fuerit idiota an præsumatur p decreto.

11 Non præsumitur pro decreto quando in eo esset error manifestus, seu vitium visibile.

Decima præsumptio.

DEcio. † *Præsumitur p decreto, qđ ex iusta caussa et uera caussa, & solẽniter fuerit ĩterpositũ. l. ab ea parte ij. respon. ff. de proba. l. manumißio p liberos. ff. de manu. uindi.* Et *firmat* Specul. *in titu. de emptio. & uenditio. §. nunc uidẽdũ restat primô.* Et *ẽst cõis cõclusio, ut latè per* Alexan. *in dicta lege sciendum, & in consilio octogesimo. in secunda col. & cõsi. xcij. in. iij. col. & consil. l. in quinto uolu. cum multis concordan. per* Moder. *in dicto capi. quoniam contra.*

¶ADDITIO. ¶Et *per* Hippolytum *marsil. in singula.*

gula.ccccxxxviij.lex multum &c.ubi etiam allegat concordan.faciunt etiam,quæ abunde cōgerit,domi. Ias.in titul.qui feudum dare possunt.columna tertia.uersicu.confirmo per optimum simile.&c.& in lege pacta nouissima.col.ij.C. de pactis.& in terminis istius præsumptionis,quod solennitas extrinseca præsumatur interuenisse in decreto.uide eundem Ias.in dicta lege sciendum.columna septima.uersicu.septimo limita ubi dicit hanc præsumptionem egere longa & alta indagine,de qua late per Ange.de aret.in.l.fi.quan.appellā.sit.& in.§.fi.de fideiusso. institutio.Alexā.& alios in.l.iuste.ff.de acquirenda possessione. Ioan.Nicolaus.

2 ¶ Quod intelligitur,†quando istæ caussæ & solennitates requisitæ fuerunt specificè enunciate in decretis, aliter non:secundùm glos.in.l.prima.C. de fide instru. libro.x.quam ita intelligit Bald.in lege ex his.C. de testamen.milita.& in.l.prima.C.de rebus credi.Ange.in.l. Imperatores.ff.de priuile.credi. Ioan.fab.in.§. fina. institu. de fideiusso.Anchara.consilio.cclxxx. Felin. & Deci.in dicto capitu.quoniam contra.

¶ Sed tu aduerte,quia contrarium est de mente Alexand. in dicto consi.lxxx.ubi concludit præsumi pro decreto, quando adest clausula omni meliori modo:certè tunc non potest dici,quòd sit specialis facta mentio solennitatum. Idem concludit,si simpliciter sit dictum eum adhibuisse caussæ cognitionem:secundùm Paul.de castro in.l. cùm hi.§.prætor.ff.de transactio.

3 ¶ Quid tenendum?†Articulus iste est satis dubius, & contrarium,quòd imò non præsumatur solennitas extrinseca

trinseca in decreto, nisi de caussa aliter constet. tenuit expressè Ange. in dicta lege prima. C. de fide instrumentorum. libro x. & est de mente Barto. & Bald. Ioan. de pla. & cæterorum ibi: dum dicunt non præsumi solennitates nominatas in instrumento interuenisse, nisi sint tales, quæ tempore confecti instrumenti potuerint ĩteruenire: & tamen in illo casu nõ poterat fieri ille contractus, nisi cum decreto seu interueniente Iudice, id est procuratore fiscali, ut ibi per Barto. Et istam etiam partem uidetur tenuisse Barto. in lege actor. in ultima columna. ff. rem rat. habe. firmauit Bald. in. l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Paul. de castro consilio octogesimonono. super eo quod quæritur: Roman. & Areti. in dicta lege sciendum. Et idem Areti. in consilio sexagesimonono. in secunda columna.

¶ Et ultra eorum rationes uidetur mihi quòd ista opinio in puncto iuris sit uerior. Primò per text. in. l. minorum. C. de prædi. min. ubi uenditio non potest fieri in illo casu, nisi interueniente decreto: & apud acta caußis probatis. Et sic, text. non est contentus simplici præsumptione: sed requirit quòd probatio sit facta apud acta.

¶ Secundò uidetur mihi urgere ratio text. Nam in istis decretis, lex habet magis suspectam personam Iudicis, 4 quàm in sententijs. Istud probatur † quia talis interpositio decreti non potest delegari. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. proconsul. & legati. l. secunda. C. de assesso. Quòd non est regulariter in sententijs. l. placet. C. de peda. Iudici. undè, si non præsumatur pro sententia quò ad probationem caussæ & solennitatum. dicto capit.

 quoniam

quoniam contra: multo minus debet præsumi pro decreto, in quo lex habet Iudicem magis suspectum, et propter ea, prohibet delegationem.

¶ *Tertio dico istud probari in lege prima. C. de prædi. Decurio. libro decimo. ubi licet interueniat decretum, tamen requirit text. quòd sub fide actorum de necessitate distrahentis appareat: & sic ibi est casus, quòd non præsumitur pro decreto, nisi quatenus constet sub fide actorum. Et pro ista parte satis nos urget ratio naturalis: quia cùm interpositio decreti sit uoluntariæ iurisdictionis, facilius potest fraus interuenire, quàm in sententijs, in quibus pars læsa statim contradicet, unde in puncto iuris ista opinio est uerior.*

¶ *Nec obstat dicta lex ad ea, & di. lex manumissio, quia non loquitur in casu in quo requiratur caussæ cognitio: sed simpliciter loquuntur in emancipatione uel manumissione, quæ requirunt solam uoluntatem domini uel patris absq; alia caussa.*

5 ¶ *In † practica tamen posset distingui, supradictas opiniones concordando: quia aut loquimur in decreto, quòd requirit caussæ cognitionem. Et tunc ad hoc quòd præsumatur, requiritur quòd sit facta specialis mentio caussæ & solennitatum. Et ita procedit prima opinio Baldi & sequacium. Aut loquimur in decreto, quod non requirit diligentem caussæ cognitionem, puta in emancipatione uel manumissione facta per maiorem, uel quando succedit loco consensus agnati in contractibus mulierũ, secundũ formam statutorum. Et tunc, satis sit si simpliciter asseratur interuenisse caussæ cognitionem, uel apponatur*

ponatur clausula omni meliori modo, uel similis: & procedat quod notat Alexan. in dicto consi. lxxx.

6 ¶ Imò in ultimo casu † ex diuturnitate temporis, præsumeretur caussæ cognitio, etiam si nihil in instrumento esset dictum. argumen. l. si filius. C. de petitio. hæredi. & quod notant Docto. in. l. qui in aliena. in princi. uersicu. sed si non adierit. ff. de acquirenda hæredi. Areti. consilio xxxvj. in secunda colum. & per Iaso. in dicta lege qui in aliena.

¶ ADDITIO. ¶ Et eundem Ias. in dicta. l. sciendum col. vij. ubi adducit similia. Ioan. Nicolaus.

7 ¶ Quod tamen † non procederet in primo casu, ubi requireretur magna caussæ cognitio. Et ita procedunt notata per Bal. in. l. ij. C. de legit. hæredi. Roma. in dicta. l. sciendum, Alexan. consi. xvij. in quarto, in. iij. colum. & in. d. l. qui in aliena. Bald. & Salice. in dicta. l. si filius, & Corne. in. l. ij. C. de bonorum possess. secun. tabu. Nisi præterijsset longißimum tempus, id est triginta annorum. argumen. capi. peruenit, & quod ibi not. Imo. infra de empti. & uenditio. & cap. significauit, infra de censi. & ibi per Abb. de quo etiam per eundem in capi. Albericus, in penul. colum. de testi. & ita intelligitur quod no. Ancha. consi. cxxxvj. ex consilijs excellentium: ubi uult præsumi solennitatem & caussæ cognitionem in transactione facta per ecclesiasticos, concurrente lapsu triginta annorum: ut ibi per eum. Et tenendo generaliter communem opinionem, ex supradictis habes primam limitationem, quòd non præsumatur pro decreto, quãdo nõ est in eo specificata caussa, ut supra.

8 ¶ Secūdo † non præsumitur pro eo, quando appareret fuisse interpositum præcipitanter, puta quia eodem tēpore in alienatione rei minoris interuenerit authoritas seu decretum Iudicis, & datio curatoris: secundum Anchara. consilio, lxxij. uisis diligenter actis, quem refert & sequitur Alexan. consilio. ccxviij. uisis uerbis in ultima columna in secundo. Idem tenet Comen. consilio clxx. uidetur prima fronte in penulti. columna. & Ias. in d. l. maudata, in. ij. col. C. de officio eius cui. & in. d. §. prætor ait. ij. Tale enim decretū requirit legitimam caussæ cognitionē. l. magis puto. §. nè passim. ff. de reb. eorū.

¶ ADDITIO. ¶ Refert & sequitur Do. Alexand. consilio xlv. uisis. colum. ulti. lib. vj. & Barto. consilio, allegato per Do. Hippol. in. l. statuliber. columna. fi. ubi istud dictum refert & sequitur & concor. & similia allegat. ff. de quæstio. Et propterea Do. Hippol. in sua practica in. §. nunc uidendum. colum. vj. nu. 32. & seq. dat consilium, quòd aduertere debet iudex, quando in causa criminali dat curatorem minori inquisito, quod non patiatur nec admittat, quòd eo momento temporis quo datus est curator, autorizet minori in aliquo actu, nam ille actus esset nullus, propter breuitatem temporis, ex quo apparet quod nō interuenit causæ cognitio, quæ ad ualiditatem actus debet interuenire: & ibi allegat autoritates. Et late dominus Ias. in. l. iudices. C. de iudicijs. ubi adducit cōcor. & quæ dicta sunt in præcedēti præsumptione. in quarta limitatione. Io. Nico.

9 ¶ Tertio. † Non præsumitur pro decreto, quando pars plenè non edocuit Iudicem de negocio secundum Bald.

*Bald.in consi.ccclxxv.in.iij.uolum.per tex.in lege prima.C.de præd.*Decurio.*lib.x.* Et propterea *concludit, non uideri factam insinuationem donationis coram* Iudice,*quando non est expressum quid donetur.*

10 ¶ *Quarto.*†*Non præsumitur pro decreto,quãdo* Iudex *esset idiota:quia non est uerisimile,quod ipse fecerit seruari solennitates iuris,quas ignorat,uel adhibuerit legitimam caussæ cognitionem.*Ita *est de mente* Areti.*in.d. consilio.lxix.uersicu. præterea.quòd nota contra consules ciuitatum & Balliuos castrorum,qui uili mercede interponunt autoritatem suam in contractibus magnæ importantiæ.*Et *ita potest intelligi dictum* Inno.*& hostien. in.d.capi.accedens, primo,ut lite contesta.dum sentiunt nõ præsumi pro* Iudice *indiscreto,facit quod no.*Innocẽ. *in capi.*1*.de cleri.peregri.ubi dicit,quòd præsumitur solennitas extrinseca, ratione magnæ probitatis personæ actum exercentis.Sequitur* Abb.*in.d.cap. nisi essent,de præben.in primo nota.& expressè præsupponit contrarium ubi* Iudex *nõ esset ualde circũspectus & prouidus.*

¶ *Nõ obstat quòd imò tales* Iudices *debent præsumi scire iura:iuxta legem leges sacratißimæ.C.de legi.et consequẽter ea seruare:* Quia *ad hoc rñdetur ex mente* Areti. *in.d.l.sciendum,in.v.col.dum dicit quòd solennitas cõtractuum quæ est unita cõmuni usui gentium,præsumatur esse nota unicuiq;:nõ tamen idẽ est in solennitate simplici iuris ciuilis:quia talis nõ præsumitur esse cognita nisi peritis.ar.c.cũ olĩ,ĩfrà de priui.et doc.bar.ĩ.l.ij.§.diuus,ĩ ult. co.ff.de iure fisci:quæ ẽ pul. limitatio ad regulã.d.l.leges*

¶ *Potest ẽt aliter responderi,quòd ideo quilibet præsumi tur scire*

tur scire iura:quia tenetur ea scire,uel per se, uel p aliũ, puta cõsulẽdo peritiores,& adeũdo Doctores *peritos.*ꝑut *dicunt* Bald.Salice. *& moder.in.l. iuris.C. qui admitti* Butri.*in.capi,ij.de constitu.*Roma.*in.l.si duo.ff.de acqui. hæredi.sed non est uerisimile in casu nostro,quòd ipsi uelint adire* Doctores *pro facto alieno,in quo requiritur impensa.argu.l.cum de indebito.ff.de probatio. & notatorum in.l.fina.C.de alimen.pupil.præstan.*

11 ¶ *Quinto.*Non *præsumitur quando in tali casu decreto esset error manifestus seu uitium uisibile secundũ* Bald.*in.l.ij.in ulti.q.ff.si ex noxali cau.agatur.per notata in.l.*Imperatores*.ff.de priuile.credito.*Imò *tali casu decretum esset nullum,puta si in eo esset expressa falsa caussa.l.cùm uerò.§. subuentum.ff.de fideicommiss. liberta.* Barto.*in.l.seiæ egressæ,per illum text.ff.de tuto. & curato.dat.ab his.per* Barto.*&* Docto.*in.l.si is ad quem. ff.de acquiren.hæredi.* Idem *si esset caussa partim uera, & partim falsa:secundum* Barto.*in.l. si non sortem.§. si centum.ff.de cõdictio. indebi.* De *quo ibi per moder.* Idem *etiam si caussa expressa non esset iusta & sufficiens.*N*am tunc non præsumeretur alia legitima.l.qui testamento,ubi not.ff.de excusa.tuto.*

PRAESVMPTIO XI.

1 Princeps non præsumitur velle auferre ius alterius.

Limitatur nu.5.6.7.9.

2 In commissione quantumcunq; generali nunq̃ censetur concessum quod possit tolli ius quæsitum alteri.

tum alteri.

Vicarius imperatoris ex quacunq; potentia generali nō posset ius alterius quæsitum tollere.

3 Clausula saluo iure alterius, semper intelligitur in literis principis.

Rescriptum tollēs ius tertij, præsumitur suspectum de falso.

4 Delictorum remissiones & restitutiones, nunquam trahuntur ad pœnam parti applicatam.

Restitutio principis non restituit ad bona alteri translata, & acquisita.

Legitimatio post mortem patris non tollit ius succedendi acquisitum venientibus abintestato.

5 Principis concessio si habuerit clausulam etiam cum præiudicio tertij, tertio præiudicat in leuibus.

6 Princeps potest præiudicare tertio quo ad ius quærendum spe non approbata.

7 Principis concessio si alias nihil operaretur nisi præiudicetur tertio, an censeatur velle tertio præiudicare.

8 Donatio non insinuata confirmata per rescriptum principis, an teneat in præiudicium liberorum.

9 Princeps censetur velle præiudicare tertio quando apparet de emissa mente & voluntate principis volentis præiudicare, & hoc in casibus quibus potest præiudicare Constare autem de mente dicitur vt nu.12.

10 Princeps ex simplici concessione non censetur declarasse mentem suam esse velle præiudicare tertio, sed potius censetur circūuentus per importunitatem.

11 Princeps præsumitur circūuentus, quando sub prætextu declarationis vult tollere concessionem semel alteri factam.

12 Princeps non censetur velle præiudicare tertio

per clausulas,

per clausulas, motu proprio, vel ex certa scientia &c. Intellige nisi duobus concurrentibus.

14 Clausula plenitudinis potestatis est tantæ potẽtiæ quod nihil opponi potest quin concessio principis suum effectum sortiatur.

Præsumptio undecima.

VNdecimo †Præsumitur quòd princeps rescribat secundum iustitiam, nec uelit auferre ius alterius. l. ij. §. merito, & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. Et est text. in capi. ex tuarum, suprà de autori. & usu pal. & multas decisiones pro exornatione huius regulæ ponit felin. in capi. caussam quæ, in uerbo interpretatio, suprà de rescrip. Ias. in. l. prima, & in. l. fina. in. iiij. cõlumna. ff. de constitu. princip. & in. l. penul. in penul. col. ff. de iusti. & iure.

¶ADDITIO. ¶*Vltra præallegata, et in locis hic recitatis, Vide infinitas autoritates per* Do. Ludoui. Bolog. *consilio sexto. Cor mundum &c. uiso igitur instrumento. columna penul. & antepenul. ubi melius quàm alibi: & similibus concordantijs exornatur hæc regula. &* Deci. *consilio. xj. pro tenui. columna tertia. & consilio, cclxxj. in casu. & . cclxxxvj. in causa. columna fina. & consilio. ccclxxxix. uisa longa. colum. ij. & consilio. ccccccxx. in causa pistoriensi. et plenißime congerit consilio. cccccxliiij. serenißimus. columna secunda & tertia.* Ioan. Rubens Alexandri. *consilio. cxliiij. uiso instrumento. columna. iij. Curtius iunior consilio. lxxxviij. præsupponitur. nu. 8. et consilio. cxlij. sacratißimæ. nu. 3. & multa egregie per eundẽ in cõsi. clxxiiij. per totũ ferè*

ferè consilium. & Hippol.*marsilium in singul. ccccxl.* Ex *quibus locis amplißime locupletatur hæc præsumptio.* Ioan.Nico.

2 ¶*Et ultra* † *illos, adde quòd in commißione quantumcunq; generali, nunquam censetur concessum, quòd posset tolli ius quæsitum alteri: Et propterea,* Vicarius Imperialis *ex quacunq; potentia generali non posset hoc facere:secundum* Rapha. *Comen.in consilio.clviij.in primo dubio.*

3 ¶*Et dicit* Bald.*in.l.monumenta*, C.*de lega* .† *quòd in literis principis, intelligitur semper clausula, saluo iure alterius.*

¶ADDITIO. ¶*Adde* Franciscum *curt.iuniorem consilio.clxxxiiij. sacratißimæ.columna quinta.ubi allegat concor.* ¶ *Facit quòd uoluit* Panormi. *in.capitu. ex parte.ij.ad fin. de officio delegati.refert & sequitur* Dominus *meus à* Ripa *in capitulo secundo.columna viij.& ix.numero.32. qmod rescriptum tollens ius tertij,præsumitur de falsitate suspectum:quia non solet princeps talia rescripta concedere:& ideo quia continet inconsueta censetur suspectum de falso.dicto capitulo secundo.cum ibi not . per docto.& dixi supra in trigesima præsumptione secundæ regulæ.*Ioan.Nicol.

¶ *Et facit:quia literæ principis semper, interpretantur secundum ius commune. capitulo licet, de præben.capitulo caussam quæ,de rescriptis.*

4 ¶*Et propterea,*†*remißiões delictorũ & restõnes quæ fiunt à principe,nunquam trahuntur ad Pœnam parti applicatam,*



applicatam.per Iaso.in.l. uenia,in.iij.col.C.de in ius uocan.felin.in cap.super eo,de officio delega.

¶ADDITIO. ¶ Et expresse consuluit Decius consilio.ccccccxx.in causa Pistoriensi.in princip.ubi allegat concor.Adijce prædictis quod generaliter concludunt docto.post glo.& Bar.in.l.gallus.§.et quid si tātū.de lib.& posthu.quod licet restitutio deportati facta a principe restituat eum & reponat in statū pristinum tam ad honores quā bona.l.j.ij.iij.& fi.C.de senten. pas. Tamen restitutus non recuperat bona medio tēpore in alium trāslata,quia illi ius est acquisitū,quod nō præsumitur princeps tollere uoluisse per restitutionē.& istud etiā refert Ias.in.d.l.fi.de constitut.princi.

¶Et ultra hic,& in locis hic allegatis deducta,pro hac regula facit cōmunis conclusio Bar.Bal.Alex.Ias.Rui.Galiau.& aliorū omniū moder.i.d.l.gallus.§.& quid si tātū.quod licet legitimatus a principe habeatur pro uerè legitimo,& succedat in bonis paternis perinde ac si esset legitimus.illud tamē non procedit in legitimato post mortē patris,qui non admittitur ad bona patris quorum ius est acquisitū uenientibus abintestato,& sic talis legitimatio non tollit ius succedendi,& bona per mortē patris, & agnitionē hæreditatis(maxime)uenientibus abintestato quæsita:quia non præsumitur princeps uoluisse ius alteri quæsitū tollere.quod no.Ioan.Nicol.

¶Et pro hac regula,etiam facit lex si quando,in princi. C.de inofficio.testam.& quod no.Comen.per illum tex. in consilio.clxxvj.

Limitatur

5 ¶ *Limitatur,† quando in ea conceßione diceretur non obstante præiudicio tertij, quia tunc præiudicaret saltem in leuibus.* Et *sic, intelligeretur de paruo præiudicio, non autem de magno. ut nota. in dicto §. si quis à* Principe: & *est glos. in l. sed cum ab hærede. ff. ad* Trebellia. & *glos. in cap. olim, in uerbo præiudicium: ubi domini. supra de consuetudi. Cardina. in capit. mandatum, in septimo notabili de rescriptis.* Iason *in dicta l. fina.* Felinus *in dicto cap. super eo.*

¶ ADDITIO. ¶ *Adde* Ludouicum Bologni. *in dicto consil. vj. col. antepenul. & penul. ubi allegat concordan. & uide alios per supra allegatos.* Ioan. Nicol.

6 ¶ *Limitatur † etiã quò ad ius quærendum, spe nõ approbata: quia tunc non potest dici tolli aliquod ius tertij: ut per* Ange. *consi. ccxcij. do.* Papa. Et *facit quod not.* Bal. *consil. lxxj. in primo libro. ubi ualet conceßio* Principis *de construendo molendino in flumine publico: licet præiudicetur alicui molendino alterius: quia istud respicit interesse ex lucro contingenti, quod potest princeps auferre.*

7 ¶ *Limitatur † etiam quando aliâs conceßio principis nihil operaretur, quia potius intelligetur præiudicare tertio: secundum* Calderi. *in disputa. sua incipiente domi.* Papa, *in xij. col. ubi si* Papa *mandat, quòd duæ ecclesiæ uniantur, istud intelligetur etiã si inde oriretur damnum aliquod tertio, sequitur* Feli. *in dicto c. super eo.*

¶ Q*uod uerum esse puto in his quæ sunt arbitraria & manualia ipsis principibus, & non aliâs.* Et *ita procedit illud quod not.* Abb. *consi. lxxxiiij. illud in summa, in pri-*

8 *mo libro,† ubi rescriptum principis confirmans ex certa scientia quandam donationem nō insinuatam, tenet etiam in præiudicium filiorum, quibus erat ius quæsitum spe probabili.* Et ratio est, *quia ista insinuatio est quædam solennitas introducta de mero iure positiuo: quod est arbitrarium ipsi principi.*

¶ Et *ad istam limitationem facit quod notat* Alexan. *in l. quanquam. C. de testamen. milita. ubi ad hoc quòd rescripta teneant & aliquid operentur, præsumitur princeps excessisse potestatem ordinariam, & uti suprema.* Quod *intellige, secundum supradicta: & si posit aliquid operari, satis est, licet non in totum: ut per* Bal. *in cap. primo. §. sacramenta, in ulti. colum. de pace iuramen. firman. in usibus feudorum.*

9 ¶ Limitatur † *etiam, quando constat de emissa uoluntate principis uolentis præiudicare tertio: secundum glos. in dicto §. si quis à principe: quia tunc in claris non est opus præsumptionibus. l. cōtinuus. in princi. ubi glos. ff. de uerbo. obligat. & propterea, præiudicabitur illi, in casibus in quibus princeps hoc potest: secundum notata in dicto c. quæ in ecclesiarum, de constitu.*

10 ¶ Est *uerum,† quòd ex simplici concessione non dicetur constare de mente sua, imò præsumetur potius circumuentus, & fecisse per importunitatem l. prima. C. de petitio. bono. sublata. lib. x.* Roma. *consil.* ccccxxxvj. *quod indultum* Petri. *in quinta col.* Iason *in l. si testamentum.* C. *de testamen.*

¶ Facit *quod not.* Felinus *post alios, in capitu. olim, per*
11 *illum tex. infra de re iudi. ubi † præsumitur* Princeps circum-

circumuentus,quando ſub prætextu declarationis,uult pe rimere conceßionem ſemel alicui factam: & quod notat Roma.*conſilio ccxcviij.*

12 ¶ *Intellige ergo circa præmiſſa* † *conſtare de mente principis,quando eſſet facta conceßio ex motu proprio, uel certa ſcientia.argu.d.l.j.ubi* Barto.Ioan.*de platea & alij:& habetur in c.ad hæc, ſupra de reſcrip.& per* So*ci.conſi.iij.col.iiij.in tertio uolumi.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et quod per clauſulam ex certa ſcientia, dicatur apparere principem uelle præiudicare tertio & tollere ius quæſitum aſſerit* Ioannes de Anania *conſilio octogeſimoprimo, uiſo inſtrumento, & dominus* Alexander *conſilio ducenteſimodecimoſexto:nec arguendi ſumus,columna quinta,uerſiculo ſexto confirmatur.libro ſecundo.& egregie dominus* Decius *conſilio tricenteſimononageſimo,quoniam ex facto, colum.vj.& idem* Decius *conſilio tricenteſimoſeptuageſimotertio, uiſo conſilio, columna ſecunda,ubi adducit dictum* Bar*toli in l.conficiuntur.§.codicilli, de iure codicillorum. quod factum à principe ex certa ſcientia non poteſt in dubium reuocari.& inquit* Baldus *in capitulo primo.§. ſi quis autem,de pace conſtantiæ,quòd non debet quis audiri aduerſus illud quod facit princeps ex certa ſcientia, imò debet repelli,& ei perpetuum ſilentium imponi,& idem* Decius *conſilio ccccxcviij.uiſo caſu.columna penultima, in fine,cum principio ultimæ, ubi allegat autoritates,& conſilio ccccclxxxviij.uiſo puncto,columna prima, & conſilio ccccclxiij.in cauſa, columna ſecunda, & melius ac expreßius,conſilio cxcj.in cauſa, colum.ij.*

B 2 *ubi*

ubi per unam colum. multas adducit autoritates, ibi uideto. Et idem etiam est dicendum de clausula motu proprio: quæ idem operatur quod clausula ex certa scientia: ut per Decium consi. cxxxvij. diuino implorato præsidio, & diligenter, col. ij. & alibi paßim uidere poteris in consilijs Decij, & do. Curtius iunior consil. clxxiiij. sacratißimæ trinitatis. col. j. ubi plura alleg. quod per clausulam ex certa scientia præsumatur princeps uoluisse tollere ius quæsitum tertio. Ioan. Nicol.

¶ *In contrarium facit quod not. idem* Barto. *in l. fina. C. de loca. prædio. fisca. libro* xj. Ludouicus Romanus *in dicto consilio ccxcviij.* Felinus *late in capitu. caussam quæ secundo, supra de testibus.* Iason *in l. finali in penult. col.* 13 *ff. de pactis. ubi uolunt, quod † per tales clausulas non censeatur præiudicatum tertio. facit quod notat* Alexan. *consil. xxviij. uiso processu, secunda colum. in quarto. & Soci. consil. cccij. uidebatur.*

¶ ADDITIO. ¶ *Quod clausula ex motu proprio, & clausula ex certa scientia, non operentur in præiudicium tertij, nec per eas dicatur apparere de mente principis, quod uelit ius alteri auferre tenet* Decius. *cõsi. cccccxliiij. sereniβimus. col. fina. & consil. cccclxviij. superiori anno. col. iij. nume. 20. & 21. & con[illegible]o cx. in causa motæ. col. antepenulti. nu. 23. ubi allegat* Cardina. *consil. cxxxvj. præmitto. col. fina. & consi. xcvj. uidetur unio. & consil. cxlij. uidetur dicendum. in fi. col.* Ioan. Nicol.

¶ *Puto priorem opinionem ueriorem, concurrentibus duobus, uidelicet quod simus in casu in quo* Princeps *sciat uel uerisimiliter scire potuerit de præiudicio tertij: & quod*

& quòd tollantur ea solùm, quæ sunt iuris positiui.
14 *Aliâs,† requireretur etiam clausula plenitudinis potestatis, ubi nihil potest opponi, quo minus concessio suum sortiatur effectum, ut per Bald. in l. ij. in x. colum. C. de seruitu. & aqua. de quo per Alexan. in dicta l. quanquam. Paul. de Castro consi. cclxxx. in facto præsenti non intendo, cum. similibus.*

¶ ADDITIO. ¶ *Vltra hic allegati Adde Decium consil. cccxcviij. uiso casu. nu. 27. & consil. ccccij. quamuis. col. ij. & consil. ccclxxiij. uiso consilio. col. ij. & consilio cccxc. quoniam. col. vj. & consi. cxcj. in quibus locis dat regulam, quòd si princeps scribat cum clausula ex plenitudine potestatis, nihil opponi potest quòd annullet gratiam, & comprobat autoritatibus.* Ioannes *Nicolaus.*

XII. PRAESVMPTIO.

1 Præsumitur pro laudo arbitri. intellige vt nume. 6.
2 An præsumatur pro sententia arbitratoris, maxime si sit petita reductio ad arbitrium boni viri.
3 Procurator generalis sicut non potest donare, ita non potest compromittere.
4 Reductionem ad arbitrium boni viri petens, debet probare iniquitatem laudi.
5 Arbitri omnis potestas dependet a compromisso.
7 Solennitati requisitæ in compromisso si fuerit renunciatum, tunc valet cõpromissum seu laudum,

latum non seruata solennitate.

Duodecima præsumptio. DVodecimò. ¶ † Præsumitur pro laudo seu sententia arbitri: cap. nisi essent, de præben. Ioannes Andre. in additio. Specula. titu. de arbitris. §. sequitur, uersicu. item quid si compromissum, in additione incipien. diuus, cum concordan. per Moder. in dicto capitu. quoniam contra. Et bene facit tex. in l. prima. ff. de lega. ij. ubi lex præsumit arbitrum pro uiribus patrimonij competenter & sine mora iudicaturum. Et facit etiam ratio, quia arbitria exæquata sunt iudicijs. l. j. ff. de arbi. unde, sicut pro sententia præsumitur, ita etiam pro arbitrio.

2 ¶ Sed nunquid idem est in arbitratore? & uidetur dicendum quòd non: quia arbitramentum æquiparatur transactioni, & sic contractui. §. primo, in auten. ut differen. iudic. cap. quintauallis, de iureiuran. Sed in contractibus, non præsumitur solennitas extrinseca. l. quicunq;. §. fina. ff. de publicia. & ita tenet Butrius consi. xxix. in antepenul. col. Alexan. consil. cxix. lib. ij. in fine.

¶ In contrarium tamen est communis opinio, quòd imò præsumatur pro eorum laudo: & quod fortius est etiam si sit petita reductio ad arbitrium boni uiri: secundum Dynum consil. xix. Ptolomæus, Calderi. consil. v. de arbit. Cardina. consil. cxl. Feli. & Docto. in dicto cap. quoniam contra: & uidetur etiam uoluisse Abbas consilio lxiiij. in primo.

¶ ADDITIO. ¶ Quod pro sententia arbitratoris siue laudo præsumatur multa allegat do. Alexan. consilio xliij. quia subtiliter. col. j. lib. vj. Quod tamen limitat non proce-

procedere, ubi est reclamatum ad arbitrium boni uiri, quia tunc sicut pro sententia iudicis non præsumitur pendente appellatione, ut supra diximus, ita nec pro arbitratore pendente recursu & reductione. Ioan.Nicol.

¶ *Sed ista opinio uidetur satis dura: primo, quia cum Iudices ordinarij sint ut plurimum digniores ipsis arbitratoribus, qui aliquando eliguntur idiotæ: certè non uidetur plus præsumēdum pro ipsis, quàm pro Iudicibus. argumen. l. fina. uersicu. sed ne quis ita effus. & C. ubi & apud quos in integrum restitu. pro iudice autem nō præsumitur, quando est appellatum, ut supra uidimus.*

¶ *Secundò probatur eadem opinio: quia ubi prohibetur alienatio, prohibetur etiam compromissum. capitu. quod tempore: ubi Butrius & Abbas supra de arbitris. & tamen si præsumeretur pro arbitro: uideretur permittendum compromissum, tanquam non esset concessurus alienationem, nisi in casu licito. unde etiam uidemus, quòd*
3 *sicut † procurator generalis non potest donare, nec inutiliter effundere rem domini: ita non potest compromittere. capitulo per tuas, extra de arbitris, Bartolus in l. mandato. ff. de procuratoribus. Alexander in l. transactionis. C. de transactionibus. Et tamen satis apparet, quòd si præsumeretur pro iustitia laudi: uideretur istud permittendum, nec annullaretur laudum à principio, sed ex postfacto tantum probata iniustitia: quod est falsum.*

¶ *Tertiò facit tex. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. ubi statur sententiæ arbitri, non quòd pro ea præsumatur, sed metu pœnæ.*

 Quartò

¶ *Quartò fortius istud debet procedere in arbitratore, quia natura talis laudi non est, ut feratur secundum iustitiam, sed potius secundum quod arbitrator credet uerisimiliter partes acquieturas: quia talis debet solùm attendere concordiam partium, & potest dare alteri aliquid de iure alterius: ut not. Barto. in l. si de meis. ff. de arbit. & in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. unde, cum natura talis actus non sit, ut propriè feratur de iure, non debet hoc præsumi. argumen. l. si stipulatus. ff. de usuris. l. si uno. ff. loca.*

¶ *Quintò ista opinio satis probatur in dicto cap. nisi essent, ubi tex præsumit pro arbitramento, propter qualitatem personarum: quia illi arbitratores erant prouidi & honesti, & eorum ordinatio erat ab utraq; parte recepta. unde innuit text. quòd his qualitatibus non concurrentibus, non præsumeretur: & licet quilibet præsumatur bonus, tamen nõ præsumitur prouidus circa scientiam iuris & artem iudicandi. glos. in cap. si fortè. infra de electio. in vj. & supra ostendimus: unde, generaliter ego teneo, quòd lex non præsumit neq; pro arbitro, neq; pro arbitratore, quòd iustè uel iniustè egerit, sed uelit eorum stari sententijs: quia partes ita promiserunt: unde, sibi imputet qui promisit stare eorum dicto, quia pacta seruãda sunt. cap. j. supra de pactis. & d. §. stari.*

4 ¶ *Et propterea, † qui petit reductionem, debet ipse probare iniquitatem: secundum* Dyn. *in dicto consi.* Ioan. Andr. *in d. §. sequitur, & ibi etiam* Bal. *in additio. & in d. l. si de meis. & in l. nec quicquã. §. ubi decretum, in vij. col. de officio proconsu. & lega. & in l. si arbitratu. ff. de uerbo.*

uerbo.oblig.Imo.in cap.in præsentia,supra de renuncia. Fely.in dicto c.quoniam contra:& hoc,non quòd habeat contra se præsumptionem, sed quia habet pactum.unde, si arbiter uel arbitrator aliquid agant extra compromissum, non præsumetur pro eis:quia tunc partibus nō obstaret pactum:secundum Ange.consi.ccxviij.uisa narratione.

¶ ADDITIO. ¶ *Quod petenti reductionem ad boni uiri arbitrium propter iniquitatem uel nullitatem laudi incumbat onus probandi illam,tenet Alexan in dicto consilio xliij.col.ij.in fi.lib.vj.dicit tamen istud esse propter præsumptionem quæ est pro laudo quòd sit rectè latum dicenti ergo contrarium incumbit probatio.l.ab ea.ff.de probatio.*

5 ¶ *Et facit quod uulgò dicitur,† respiciendum semper esse tenorem compromissi:quia omnis arbitrorum potestas ab eo dependet.l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbit.cap.cum dilectus, supra eod.titu.Curti.consi.xxxj.*

6 ¶ *Et sic,† concludo non præsumi pro laudo arbitrorum uel arbitratorum,nisi quatenus fecerint, quæ eis ex forma compromissi facere permissum erat, & ita procedit communis opinio. Si uero asseratur eos excessisse compromissum,tunc non præsumetur.Et ita intelligitur, quod notant Butri.& Alexan.in dictis consilijs.*

7 ¶ *Et pro hac distinctione facit:† quia etiā dato quòd nulla solennitas requisita interuenerit in cōpromisso uel laudo, & consequenter laudum uideretur nullum, tamen adhuc non potest dici de nullitate,quando tali nullitati renunciatum est in compromisso:secundum Barto.in l.ubi*

B 5 pactum

pactum.penulti.C.de transactio.Ange.consil.cc.A.& B. contraxerunt, Alexander *consilio xxij . in secunda columna , in secundo uolumine. Et istud est , non propter præsumptionem inde orientem , sed propter pactum , ut ibi per Alexandrum , facit textus in l.quanquam.de ritu nuptiarum.*

XIII. PRAESVMPTIO.

1 Notarius præsumitur bene exercere officium suum.
Amplia etiam si notarius sit idiota.3.
2 Scriptum in instrumento præsumitur scriptum de commissione & voluntate eius qui rogauit: & volens probare contrarium afficeretur duriori probatione.
4 Notarius si in instrumẽto attestetur se certioraſſe mulierem de beneficio velleiani, standum est tali instrumento.
5 Notarius qui in instrumento dicit mulierem certioratam renunciasse velleiano, an possit interrogari quid sit velleianum, & si nesciat respondere an valeat tale instrumentum seu renunciatio.
6 Notarius non potest ex postfacto corrigere instrumentum circa substantialia.
7 Præsumitur pro instrumento.
8 Instrumentum habet probationem probatam.
9 Instrumentum si dicat quod Titius ex certa scientia & bene consultus neque vi dolo neque metu &c.statur illi instrumento, nisi probetur contrarium.
Ex instrumento oriuntur tres præsumptiones, scilicet, quod sit verum, sit solẽne, & quod ea quæ sunt ibi scripta, fuerint dicta à partibus.

10 Error in notario potius præsumitur quàm falsi-tas si aliud reperiatur scriptum quàm sit dictum à partibus.

11 Notarius non punitur de falso, nisi de eius dolo constet. & notarius non præsumitur in dolo, nisi in casibus duobus in iure expressis. vt numero duodecimo.

12 Notarius præsumitur in dolo si in testamento omiserit debitas solennitates.

13 Notarius omittens debitas solennitates instrumentorum, præsumitur in dolo.

14 Notarius scribens contractum illicitum punitur de falso, & aliis pœnis.

15 Notarium quem esse si non constet, an præsumatur pro instrumento.

Notarium quem esse si negetur an stetur instrumento, si exerceat tanquam notarius.

16 In instrumentis antiquis, nõ est necesse probare quod ille qui scripsit fuerit notarius.

17 Instrumentum si producatur in longinquis partibus, & negetur eum qui confecit esse notarium, an præsumatur pro instrumento.

18 Notarii iuramento cum comparatione literarum per quam appareat eum plura instrumenta publice confecisse, an stetur, quando negatur tabellio.

19 Instrumento si testis contradicat, an præsumatur pro instrumento.

20 Notarius si examinauerit testem, & testis repetitus negat se ita dixisse, prout notarius scripsit, an magis præsumatur pro notario.

21 Notarius an præsumatur rogatus, si ipse de hoc nihil attestatur in instrumento.

22 Notarii declarationi an stetur, si verbum sit ambiguum in instrumento.

Decimo

Decimatertia præsumptio.

DEcimotertio. ¶ † Præsumitur pro notario, quòd bene exerceat officium suum. capitu. ad audientiam, de præscrip. & habetur in l. si quis Decurio. C. de falsis. & quod notabiliter decidit Bald. in l. Imperator. col. ij. uersi. sed an poterit. ff. de statu homi.

2 ¶ Et propterea, quicquid † est scriptum in instrumento, præsumitur scriptum de uoluntate & cōmißione eius, qui rogauit: scd'm Bald. in l. errore. col. j. C. de testa.

¶ ADDITIO. ¶ Et do. Francis. Curt. senio. consil. xlix. memoriæ recolendæ. col. xlix. uersicu. dum autem ultimo loco. nu. 75. ubi allegat concor. plures ad dotem huius dicti. Adde etiam Decium cōsi. cccel. apertißimi iuris. & consi. ccccxxiij. negari non potest. col. ij. cum similibus infra deducendis. Ioan. Nicol.

¶ Et uolens probare contrarium, afficeretur durioribus probationibus, prout in casu notabili dicit do. Philippus Decius consi. cy. in iij. col.

3 ¶ Et istud † procedit etiam si notarius alias esset idiota: secundum Barto. in l. qui filiabus. ff. de testa. tute. Roma. consi. clxxix. amplißime Doctor, in j. col.

4 ¶ Et propterea, si † in instrumento notarius attestetur se certioraſſe mulierē de beneficio Senatusconſ. uelle. standum erit tali instrumento, ut est communis conclusio per Alexan in l. sciendum. col. xj. ff. de uerbo. oblig.

¶ Est uerum, quòd Alberi. de Rosa. Fulgo. & Alexan. in
5 l. si mulier. §. si mulier. ff. ad uelleia. dicunt, † quòd sicut interrogatoria poſſunt fieri testibus: secundum Barto. in l. j. col. ij. ff. si cer. peta. ita etiam poterunt fieri notario, quid sit uelleianum: & si dixerit se nescire, talis renun-

nunciatio nihil operabitur.

¶ ADDITIO. ¶ *Illam decisionẽ Albe. refert & notabilem dicit Hipp. Mar. in rub. de fideiuſ. col. vj. nu. 39. ubi alleg. autori. & per ij. col. diſputãdo reſpõdet argu. Alex. contra. tenentis in l. ſciendum. de uerbo. obliga. & multis fundamentis hanc Alberi. deciſio. roborat. & idem Hippoly. ſingu. 661. examinaui.* Ioan. Nicol.

¶ *Sed iſtud ego non puto uerum, quia aliâs eſſet in facultate notarij, ex poſtfacto tollere ius partis.*

6 ¶ *Et confunditur ex communi doctrina, † quòd notarius non poteſt ex poſtfacto corrigere inſtrumentum, quò ad ſubſtantialia: ut habetur per* Barto. *in l. ſi librarius ff. de regu. iur. per* Docto. *in cap. cum* Ioannes. *de fide inſtru. &* Alexan. *conſil. lxx. in ij. col. in primo.* Et ratio *ipſorum probat contrarium: nam ſi notarius æquiparatur teſti, clarum eſt, quòd ex poſtfacto teſtis non poteſt perimere dictum ſuum. capit. præterea, de teſti. cogen. & per ſimilem rationem, ita dicit* Alex. *in d. l. ſciendum. in xiij. col. Vnde poſſet teneri qđ diminuitur aliqualiter de fide inſtrumenti: non autẽ renunciatio in totum tollitur, prout in ſimili dicitur de teſtibus, in dicto cap. præterea.*

¶ Et pro *hac præſumptione facit regula generalis, quòd*

7 *pro † inſtrumento præſumitur. l. cum precibus. C. de proba. de quo per Alex. cõſi. cxxxiiij. col. fin. in ij. et cõſil. xxiij. col. ij. & conſil. liij. col. vj. & cõſil. cxvj. in fi. in iij. uol. And. Sic. conſi. xliij. col. vj. & cõſi. lj. in prin. in j. lib.*

¶ ADDITIO. ¶ Et Roma. *conſilio ccccix. circa præpoſitum, col. fi. Soci. conſi. lxj. circa primum. lib. iiij. &* Decius *notabiliter conſi. xxxvj. diuino &c. col. iiij.*

& per

& per totum consilium, ubi multa adducit ad dotem totius præsumptionis istius. Ioan.Nico.

¶ Et *facit quod notant* Petrus *&* Cinus *in l.j.in vj.q.*C.
8 *de procurato.ubi dicunt,† quod instrumentum habet in se probationem probatam de quo etiam per Soci.cõsi. cclxvj.in iij.col.& habetur in l.minor xxv.annis cui fideicommis.ff.de minori.*

¶ ADDITIO. ¶ *Quod instrumentum sit probatio probata, ultra hic allegata adde* Bald.*in l.quoties.in fin.uerbis.*C.*de iudicijs.& Socinum consilio secundo, in causa testamentaria,libro tertio, & consilio .lxxxix.in causa agitata.colum.penulti.ubi allegat concordan.*Decius *consilio ccccxxiij.colum.secunda,& consilio xxxvj. diuino &c.columna secunda,ubi multas autoritates adducit,& consilio cccccclxxxij.in causa dominæ* Lucretiæ: *&* Hippoly.*Marsilium in rubrica de probationi.columna secunda, numero 3.ubi latißimas concordan.allegat & in l.si quis ne quæstio.nu.140.ff.de quæstionibus.&* Calcaneus *consilio lxxv.in causa prædicta, colum.v.&* Stepha.Bertran. *consil.cxcij.colum.iij. nume.10.lib.ij.in nouißi.* Ioan.Nicol.

9 ¶ Et *propterea,si † notarius dicat in instrumento, qualiter* Titius *ex certa scientia & bene consultus, non ui neque dolo &c.stabitur tali instrumento, nisi probetur contrarium:secundum* Baldum *in l.mater,in secunda columna.*C.*de rei uendicatione.& in l.secunda.*C.*de rescindenda uenditione.* Nam *ex tali instrumento, secundum eum oriuntur tres præsumptiones.*Prima, *quòd instrumentum sit uerum. Secunda, quòd sit solenne.*

Tertia

Tertia, quòd ea quæ scripsit notarius, sint dicta à partibus. de quo etiam per Bartolum & Modernio. in l. si dari. ff. de uerborum obligationibus. & in l. finali. §. idem quæsijt. ff. de condictione indebiti. Alexander consil. xlij. in tertia columna, in primo, & consilio sexagesimoprimo, in secundo.

¶ ADDITIO. ¶ Quod ex instrumento tres præsumptiones oriantur hic recitatæ uult etiam domi. Stepha. Bertran. consi. cxcij. multa sunt. col. iiij. nu. 14. lib. ij. in nouissimis. & Hippoly. in l. si quis ne quæstio. nu. 139. ff. de quæstio. Ioan. Nicol.

10 ¶ Et adde, quòd † ita præsumitur pro notario, ut si reperiatur aliud scriptum, quàm sit dictum, non tamen præsumitur falsitas, sed potius error: ut dicit Barto. in l. quoties. §. sed si notam. ff. de hæredibus instituendis. & in l. si librarius. ff. de regulis iuris. facit textus in l. penultima. C. de his qui sibi in testamen. De quo per Felinum in capi. ex literis, in tertia conclusio. supra de fide instrumentorum. & per Ancharanum consilio cclxxxvij. qui principaliter. columna prima, & per Comensem consilio cxxxv. ad primum, ubi multa ponit ad excusationem notariorum: & idem consil. cxlij, prædictus Petrus. Arcti. consilio xlvij. in ij. colum. Alexan. consilio xl. col. fina. in primo: & consilio xxvij. in principio. in secundo: Decius consilio clxxv.

¶ ADDITIO. ¶ Adde etiam Hippoly. de Marsilijs in l. prima. nume. 71. & sequenti. C. ad legem Corneliam de sicarijs. & in rubri. ff. de fideiusso. colum. 9. nu. 56. ubi etiam commendat decisionem Bartoli in dicta l. quoties. §. sed

§.sed si notarij. Subiungens in ambobus locis, quod uerba instrumenti quae uidentur falsa, si tamen possunt aliquo modo intelligi: ut euitetur falsum, illa interpretatio capienda est per quam notarius à pœna falsi excusatur & hoc per glos. ubi Bal. Ange. & Docto. notant in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pactis. & Alexan. consi. lxx. uiso processu. lib. ij. Ioan. Nicol.

11 ¶ Et propterea, † Notarius non punitur de falso, nisi de eius dolo constet, ex quo falsum non committitur sine dolo. l. nec exemplum. C. de falsis. & Notarius in dubio non præsumitur in dolo: per supradicta, & per Alexan. consil. lxxxviij. in ij. colum. in quarto, præterquam in duobus casibus in iure expreßis.

12 ¶ Primus † est in testamentis, ubi notarius omisit debitas solennitates. l. iubemus. C. de testamen de quo ibi per Moder. & Alexan. consil. lxxiij. ij. col. in primo.

¶ Secundus est in lege nulli, ubi Bartolus. C. de numera. libro xij.

13 ¶ Sed posset † per dicta iura teneri, quod licet in dubio non præsumatur dolus in notario, tamen non procedit in omittente solennitates instrumentorum: quia cùm illæ spectent maximè ad officium suum, si eas omisit, præsumitur dolus. Et illud mihi placet, quia nõ uideo bonam rationem specialitatis ad dicta iura. Et pro hac parte facit tex. in l. j. ubi Barto. C. de fide instrumen. lib. x. ubi probatur, quod mala fides præsumitur interuenisse, quando solennitas fuit omissa, & ordo debitus non seruatus. Et dicit Barto. in l. omnes. C. de petitio. bono. sublata. libro x. quod

14 Notarius † scribens contractum illicitum, nõ tantum punitur

punitur de falso: sed alijs pœnis. & uide Alexan. consilio lxxvij. circa medium.. in primo. ubi ponit indicia per quæ potest deueniri ad torturam contra Notarium imputatum de falso. Quomodo autem Notarius possit emendare errorem suum, ponit Barto. in. d. l. si librarius: & latè prosequitur felin. in capitu. ex literis, de fide instrumen.

¶ADDITIO. ¶Et melius quàm alibi per Do. Vitalem de camba. in suo tractatu clausula. in titulo de errore notarij. fo 40. per octo columnas. ultra. & uide omnino. Ioan. Nicol.

15 ¶Sed quid si † non constet aliquem fuisse notariū. numquid adhuc præsumetur pro instrumento. Et Ange. in §. hinc nobis, in autenti. de hæred. & falci. per glo. ibi in uerbo, quantum ad hoc. tenet quòd sic, dum tamen non negetur uel testes in instrumento descripti negent uera esse, quæ in instrumento continentur. ¶Sed tu aduerte, quia Ange. ibi loquutus est nimis breuiter, & decidit duas quæstiones ualde dubias. Prima est an si negetur instrumentum fuisse scriptum ab eo, qui uerè est Notarius, licet exerceret tanquam notarius, præsumatur pro instrumento. Et communis opinio est, quod non, imò requiritur quòd probetur uerus titulus, ut habetur in. l. barbarius. ff. de officio præto. & per Alexand. consilio cxxxviij. in primo. Quod tamen limitatur pluribus modis, ut per Iaso. in. l. barbarius. x. col.

¶ADDITIO. ¶Vide etiam Decium cōsilio. xxxvj.

16 diuino &c. et pro tenui. colum. ij. ubi limitat † non procedere in antiquis instrumentis. in eis enim non est

opus probare quòd notarius qui scripsit fuerit notarius alleg. Innocen. *in capi ueniens.de uerbo.signifi.aut secundùm* Anto. *in.c.j.de fide instru.sola fama sufficiet isto casu.& uide concor.per* Deci. *in dicto consi.& latius consilio.xlij.col.ij.uersi.uenio ad primum.& ibi uide abũde de hac nostra quæstione, an si negetur eum notarium fuisse qui instrumentum confecit, præsumatur pro instrumẽto, si probetur quod diu fuit in exercitio & quasi possessione notariatus & conficiendi instrumenta.*

17 ¶ *Et de† instrumento producto in longinquis partibus, si negetur illud esse à notario cõfectum, uel negetur eum qui confecit esse notarium, an tunc pro instrumento præsumatur, uide latißime do.* Hippol. *marsil in.l.si quis nè quæstio, col.xxij.xxiij.& xxiiij.ff.de quæstio.ubi citat plura loca & autoritates.& ibi etiam plura de materia istius nostræ quæstionis.* Ioan. Nicolaus.

18 ¶ *Et dicit notabil'r* Ang. *i.d.§.hinc nobis,† q̃d cũ istrumẽtũ negatur publicũ: et sic negatur quẽ esse tabelliõnẽ, quod probatur per iuramẽtũ ipsius* Tabellionis *se esse* Tabellionem, *cum comparatione literarum, per quam appareat eum plura instrumenta publicè confecisse. sequitur* Ias. *ualde hoc extollens in.d.l.barbarius: sed istud dictum ita simpliciter non est uerum, undè, intellige, non quando negatur eum qui fuit rogatus, esse* Notarium. Nam *tunc si staretur dicto suo, esset testis in caussa propria quod nõ est recipiendum.l.j.C.nè quis in caussa propria.l.pater.ff.de testi.l.diuus* Adria. *ff.de custo.reorũ.Sed intellige, q̃n negatur ab eo fuisse publicatũ, uel ab eo fuisse scriptũ.* Et *ita loquitur gl.in di.§.hinc nobis.si bene intelligatur.* Et

istud

istud est qd' uoluit Sali. in l. si qs Decurio, i quarta opposi. C. de fals. ubi creditur soli Tabellioni, quando de facto suo interrogatur, uidelicet an scripserit tale instrumentũ uel ne: allegat. §. si uerò, in autenti. de fide instrumen.

19 ¶ Secunda † quæstio est, dato quòd aliquis testis contradicat instrumento, an præsumetur pro instrumento? Quæ quæstio latè ponitur per Bar. & Imo. in l. ij. §. sed si neget. ff. quemadmo. testa. aperian. & Feli. in cap. cùm Ioan. de fide instrumen. de quo dicendum est, ut ibi.

20 ¶ Sed, † quid de notario qui examinauit testem, & testis repetitus negat se ita dixisse, prout notarius scripsit? an tunc magis præsumetur pro notario? Et dicendum est, quòd sic in iudicio ciuili: licet in criminali neutri credatur, ut dicit Specu. in tit. de teste, §. j. uersi. sed pone. domi. Abb. & Feli. in c. cùm caussam, primo, in fine: supra de testi. cum cõcor. per Alexand. consi. lxxiiij. in ulti. columna. in primo.

¶ Quod tamen intellige, quando pro instrumento est solus Notarius, undè, si Notarius ipse examinaret, & haberet scriptorem, qui scriberet examen: tũc si uterq; attestaretur, probarent contra testem negantem se ita dixisse, ut est de mente Abb. in d. c. cùm caussam: & uidi scriuari in practica. Cætera, circa hanc materiã, uide per Bar. à rub. C. de fide ĩstru. Sali. in. d. l. si qs Decurio. ¶ Et, an † Notarius præsumatur rogatus, si ipse de hoc nihil ĩ ĩstrumẽto attestetur: ponitur in. d. l. sciẽdũ, et p Alex. cõsi. clij. l. ij. ubi cõcluditur qd' non: quia talis est solẽnitas extrinseca.

21

¶ ADDITIO. ¶ Vide notabilem casum in quo etiã notario asserenti se rogatũ nõ creditur. per Ancha. consilio

silio.ccccxxxj.præmissa &c.uidelicet si notarius hoc asserat in scriptura nõ autentica,sed in quadã chartula nõ facta forma solennis & autentici instrumenti. rationes tradit ut per eum. Ioan.Nicol.

22 ¶ *Et si uerbum sit ambiguum in instrumento, an stabitur declarationi notarij? uide Ange.in l.* Imperator. *ff.de statu homi.ubi concludit,quòd sic.sequitur* Alexan, *consi.cxlvj.in quinta columna,in quinto.*

XIIII. PRAESVMPTIO.

1 Præsumitur pro nuncio in his quæ concernũt officium suum.

2 Nuncio referenti quod pars citata sibi respondit se nolle venire,an credatur,ita quod citatus dicatur manifestus contumax.

3 Nuncio creditur se non inuenisse personaliter citatum.

Nuncio creditur in discussione bonorum,non extare alia mobilia debitoris.

4 Nuncio creditur quod introduxit creditorem in possessionem bonorũ titij,& quod bona sunt titij.

5 Nuncio asserenti se fuisse verberatum vel affectum iniuria a parte citata,an credatur.

6 Nuncijs pluribus si iudex commiserit vt titium capiant,& ipsi reuertant,& asserãt titium captum, fuisse eis ab aliquo vi ablatum,vel se impeditos,an eis credatur vt possit iudex procedere aduersus impedientes.

7 Nuncio citanti aliquem,asserenti se de commissione iudicis hoc facere,an credatur & quid in citatione reali seu captione corporali.

8 Commissio citationis facta nuncio,an requirat scripturam

ſcripturam.

9 Citatum ſe non fuiſſe ſi pars neget, nuncius autem aſtruat contrarium, cui magis credatur.

DEcimoquartò.† Præſumitur pro nuncio in his, quæ concernunt officium ſuum, ut eſt glo. & ibi Docto. in capitu. cùm parati, per illum text. infra de appella. Et facit tex. in. l. ij. C. de executo. & exac. lib. xij. xiiij. præſumptio.

¶ ADDITIO. ¶ *Adde Iaſ. in l. nec is. col. ulti. ff. de acquiren. hære. nota tamen quod in his quæ non concernunt eius officium et nõ adhibetur fides, nec pro eis præſumitur, ut per Iaſon. in. l. age cum geminiano. colum. pe. C. de tranſac. & in. l. properandum. §. & ſi quidem. in. vj. nota. C. de iudic. & Hippol. marſil. in ſingu. cccccclx. habemus. Quod facit ad quæſtio. infra examinandam de nuncio qui dicit ſe accepiſſe iniuriam à citato. Ioan. Nicol.*

¶ *Et iſtud procedit, etiam in connexis officio ſuò.*

2 ¶ *Et propterea, † ſi refert quòd pars ſibi reſpondit ſe nolle uenire, uidetur etiam quòd debeat credi, ut ſic citatus dicatur manifeſtus contumax. Et ita tenet Barto. in l. fina. ff. de in integ. reſtitu. in lege tres denunciationes. C. quomodo & quando Iudex, in. l. ex conſeuſu. §. fina. ubi Imo. ff. de appella. Nam reſponſio citati uidetur eſſe de pertinentijs citationis: & propterea ſibi eſt credendum. argumen. capi. præterea, ſupra de officio delega. Et probatur in ſimili in dicto capitu. cùm parati, ubi creditur nuncio, quo ad locum. Et ita reſident Abb. Philip. de peruſ. & Moder. ibi.*

¶ ADDITIO. ¶ *Contrarium tenent plures ut per*

C 3 domi.

domi.Iaſ.in.l.properandum.§.& ſi quidem.in.vj.notab. C.de iudic.qui tandem relatis ab utraque parte opinionibus reſpondet rationi adductæ hic pro Barto. & uidetur reſidere cum contraria opinio.ſcilicet quod non credatur nuncio ad hoc ut citatus dicatur uerus contumax.Ioānes Nicolaus.

3 ¶*Eodem*†*modo creditur nuncio aſſerenti ſe perſonaliter non inueniſſe citatum:ut habetur in.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudic.*

¶ADDITIO.¶*Vbi Iaſ.in.vj.notab.adducit plura ſimilia & autoritates.* Ioan.Nicolaus.

¶*Item,creditur in diſcuſſione bonorum, quando refert non extare alia mobilia debitoris:ut per* Barto. & *Doctores in lege à diuo pio.§. in uenditione.ff.de re iudicata.*

¶ADDITIO.¶*Cum ampliſſimis concordantibus traditis per* Docto.*maxime per Iaſ.in.l. in illa.columna penulti.& final.ff.de uerborum obligationi. ubi etiam multas concordan.allegat,quod adhibeatur fides relationi factæ per nuncium,ibi uide ne chartas occupem.* Ioannes Nicolaus.

4 ¶*Item,*†*creditur quòd introduxerit creditorem in poſſeſſionem bonorum* Titij:& *quòd bona per eum apprehenſa ſint* Titij,*ut per* Ange.& Imo.*in dicta.l.à diuo pio.§.ſic quoque:& ibi* Alexand. *in.§.ſi ſuper rebus,& in.l.fina.in glo.in uerbo miſſus.C. de edicto diui Adria.tollen.*

5 ¶*Sed*† *nunquid creditur illi aſſerenti ſe fuiſſe uerberatum uel affectum iniuria à parte citata?* Philip. de

perufio

perusio in dicto capitulo cùm parati, præsupponit quòd non: tanquam istud sit extra ea, quæ spectant ad officium suum: & idem sentit Cardina. in clementina si ante, de dolo & contumacia. & Ioannes Andreæ in additionibus Specula. titu. de contuma. in additio. magna, uersiculo circa secundum. Et idem etiam tenuit pet. Iacob. in libello de constitu. pecun. uersicu. responsio, de appellatio. ubi allegat in argumen. legem eā quidem. C. de accusatio. sequitur Guid. pap. decisio. ccccclvij. & idem etiam tenet Ioan. de Imo. in. l. si finita. §. si plures in. ij. columna. ff. de dam. infec.

¶ADDITIO. ¶Et quod non credatur nuncio asserenti iniuriam sibi illatam, tanquam hoc non sit de connexis officio, sed extra officium, etiam tenet Ias. in. l. age cum geminiano. columna penultima. C. de transac. & in dicta lege properandum. § & si quidem. & Hippol. marsilius in dicto singula. ccccclx. ubi allegant autoritates. Ioan. Nicolaus.

¶Sed quòd imò credatur nuncio asserenti se uerberatum, tenuit domi. Floria. in dicta clementi. si ante, in octaua quæstione: tanquam istud satis sit de connexis relationis suæ. Pro quo facit, quia sicut staretur relationi suæ, quòd eum non potuit citare propter aliquam caussam. l. iij. C. de executo. & exacto. libro duodecimo. Ita uideretur standum, si afferat hanc caussam: quia fuerit sibi uis illata, unde non potuerit plenè fungi officio suo.

¶Puto primam opinionem ueriorem, nisi concurrerent etiam aliquæ bonæ coniecturæ pro dicto nuncij. Quo casu, poterit tantam fidem illi Iudex adhibere, ut sit indiciū

sufficiens ad torturã:iuxta no.per Bar.in l.fi ff. de quæst. Et ita potest saluari opinio do.Floria.

6 ¶ *Sed pone.Iudex† cõmisit pluribus nuncijs & Balliuarijs,ut caperent Titium,ipsi reuertunt ad Iudicẽ,& dicunt se cepisse,sed fuisse sibi per uim ablatum ab aliquo,uel aliter ab aliquo se impeditos,nũquid credetur eis, ut poßit Iudex procedere aduersus impedientes, secundũ no.per Bal.in.l.addictos.C.de episc. audien.& Docto.in l.cuiuscũq;.ff.ad legem iuliam Maiesta.Ias.in.l.j.§.quod prætor,in penul.col.ff.nè quis eum qui,& .§. pœnales, col.xxij.insti.de actio.Et supradicta faciunt quod sic,saltem quò ad indicium torturæ.Et quia ista relatio uidetur de connexis mandati. Item hoc suadetur,ex eo quòd sunt plures de hoc attestantes:sicut in simili dicitur in.c.cùm dilecti,infra de accusatio.ubi licet non credatur uni Iudici tantùm,si tamen sint plures,uidetur magis credendũ. De quo etiam in.c.inter.§.præterea,de exceßi.prælato.et Archidia.ij.q.vj.c.statuendum.Cy.in.l.nè in arbitris.C. de arbitr.Ange.in.l.errore,in lectura perusina.C.de testamen.quem refert & sequitur Iason in.l.iusiurandũ quod ex conuentione.§.procurator.in antepe.col.ff.de iureiur.*

¶ *Puto contrariũ:quia cùm iniuria & uis sit illata istis, non debent admitti in testimonium eius rei,undè ipsi redduntur suspecti,ut habetur in.l.j.§.j.ff. de quæstio.in.l.j. C.de curiosis.lib.xij.Et istud maximè procederet in casu, quo aliquod lucrum ueniret acquirendum istis nuncijs, quia tunc agerent de utilitate sua:unde non sunt admittẽdi.l.fi.ff de custo.reo.Et in istam partem debet inclinare Iudex propter utilitatẽ ipsorũ,ut per Bal.ĩ.l.ij.C.de testi.*

& in

& in.l.fi.in.viij.q.C.de edic.diui Adria.tollen.

¶ Nec obstat, quòd istud uideatur de connexis mandato, quia potest negari: ex quo nihil ipsis erat mandatum quò ad istos tertios: & in hoc, hæc quæstio distat à præcedenti: & dato quòd sit de connexis: tamen adhuc non debet credi: quia præsumptio suspecti odij propter uim illatam eos repellit. dicto. §. j.

3 ¶ Sed nunquid creditur † nuncio citanti quòd illud faciat de commißione Iudicis, prout requiritur ad hoc ut citatio teneat: uide per Barto. in.l. neminem. C. de exhibē. reis, & in.l. sed si hac, ubi Alexander & cæteri. §. prætor ff. de in ius uocan. Et communis opinio uidetur quòd non, nisi constet de ea in actis. d.c. quoniam contra, & per Barto. in.l. ij qui ad ciuilia. C. de appellatio. Et quia commißio est solennitas extrinseca, undè non præsumitur. di.l. quæcunq;. §. fina. de publica. & ita est communis opinio in.d.l. sciendum, & per Abba. & alios in capi. j. supra de iudic. Aret. consilio. xxiij. & Alexand. consilio. cxxiij. in secundo. Et ita etiam tenent Modernio. in dicto capitulo cùm parati, Angel. in tracta. malefic. in uerbo Iudex commisit.

¶ ADDITIO. ¶ Et Hippoli. de Marsilijs in lege de minore. §. plurimum. columna tertia. nume. 21. ff. de quæstio. & latißi. melius quàm alibi in Repe. l. de unoquoque folio. 6. numero. 115. 116, 117. 118. & pluribus sequenti. ff. de re iudicata. ex quo loco plures remißiones & egregia dicta colliges in hac materia. Ioan. Nicolaus.

¶ Con rarium tenuit Guido de Suza in lege ad peremptorium. ff. de iudic. Imo in dicta lege fina. §. si plures, in

*ſecunda columna.& in capitulo primo,ſuprà de iudic. Tancre. in materia citatio.in x.quæſt.*Et *eſt ratio ſecundum illos,quia iſtud eſt de connexis citationis.*Et *propter ea debet credi ſicut ipſi relationi. dicto capitulo cùm parati.*

¶*Confirmo iſtam opinionem,quia niſi præſumeretur commiſsio,ſequeretur quòd nuncius falſum committeret.l.qui nomine.ff.de falſis.*Roma. *ſingula. cccxiij.hodie fuit.quæ præſumptio non eſt capienda.d.l.merito,& ſuprà uidimus.*

¶*Confirmatur etiam:quia iſta commiſsio ex ſeipſa eſt modicæ importantiæ,nec requirit cauſſæ cognitionem: ergo de ea debet ſtari nuncio.l.magis puto.§.nè tamen. ff.de reb.eorum.gloſ.in capitulo ea noſcitur, infrà de his quæ fiunt à maio.par. capituli.* Abb.*in dicto capitulo.*

¶Et *hoc procedit in citatoria uerbali,ſecus in reali,quæ requirit ſaltem aliqualem cauſſæ cognitionem, ut per* Salice.*in.l. nullus,*C.*de exhiben.reis.* Bald.*in. l. conſentaneum.* C.*quomodo & quando* Iud. *& diximus in capitulo primo,de offi.ordina.*Et *iſta opinio mihi magis placet,quia eam conſuetudo approbauit,ut dicunt* Ioãnes Andreæ *&* Abbas *in dicto capidulo quoniam contra.*

¶ADDITIO. ¶ *Occaſione huius diſtinctionis de citatione uerbali & reali, unũ ſum cõtẽtus hic adijcere multũ notabile ĩ hac materia,quod nuncius publicus,& generalis poteſt citare aliquem ſine ſpeciali commiſsione, ſecundum* Bal.*in.l.ſi quando. columna penul. uerſiculo*

Duodecimo

Duodecimo quæro. C. de testibus. allegat Innocen. & Ioannem andreæ in. icto capitulo quoniam contra falsam. & quia Cy. in. l. neminem. C. de exhi. reis. tenet contrarium. ipse Bald. pro concordia tradit distinctionem. aut loquimur in citatione reali: ut captura: & tunc requiritur quòd appareat de commißione dictæ. l. neminem, aut in citatione uerbali. & subdistinguit, aut citatio illa requirit caussæ cognitionem, & debet constare de commißione. Aut non & tunc procedat dictum Innocen. & Ioannnis andreæ quod sufficiat generalis autoritas nuncij, absq; speciali commißione. & ita dicit consuetudinem communiter Florentiæ obseruare, quæ in hoc est sequenda, & reuera ita etiam magis communiter in gallia ferè obseruattur. Ioannes Nicolaus.

8 ¶ Nec † obstat quòd requirit scripturam, unde nisi appareat scripta, tollitur præsumptio solennitatis adhibitæ: secundum Barto. in, l. hi qui ad ciuilia, & per Docto. in. d. capitulo quoniam contra, quia potest negari, quòd requiratur scriptura: quia text. in. d. cap. quoniam contra. describens actus, qui requirunt scripturam, incipit à citatione: & sic, præsupponit commißionem ipsam non requirere scripturam.

¶ Et confirmatur hoc, quia cõmißio citationis non est de actis litis: ex quo lis non incipit à tali cõnußione, sed à citatione nuncij. clemẽti. fina. ut lite penden. per Soci. in rubri. C. de in ius uocan.

¶ Preterea, si facta ctatione, Iudex procedat ad ulteriora: satis declarat, quòd citatio ex eius commißione facta est.

l. à procedente,

*l.à procedente.C de dilatio.capi.primo,ubi nota.suprà de ordi.cogni. nec in isto casu,*Barto. *in .l.*1.§. *quies.ff. de offic.præfec.urb. & alij* Docto *. tam in. d.l. sciendum, quàm in dicto capi.primo,dicunt contrarium:quia licet uerum sit simpliciter,quòd non credatur nuncio de commißione citationis,tamen non attingunt quando* Iudex *proceßit ad ulteriora,uigore illius citationis.*

¶Nam *tunc uidetur præsumendum mandatũ.l. si filius,ubi* Bald.*& Salice.C.de petit.hæredi.*Et *in isto casu,saluatur consuetudo,sicut etiam si pars compareret, & nihil opponeret.per glos.in.l.prima.ff.de fer.*Alexã: *in.d.consilio.cxxiij.& felin.in capitulo illud,uersiculo quarta declaratio.de præscrip.*

9 ¶ *Quid †autem si pars neget se fuisse citatam:cui magis credetur: communis opinio est,quòd nuncio,nisi* Iudex *ex aliqua coniectura arbitraretur contrarium.ut per moder.in.d. capi. cum parati.*

¶ADDITIO.¶*Huius etiam sententiæ est* Ias.*in.d. l.properandum.§.si quidem. in.*vj.*nota.ubi hanc.q.mouet.& ita residet.* Io.Nico.

¶ *Et istud crederem nisi nos essemus in caussa ualde graui,puta in caussa criminali. Quid enim si nuncius affirmet se fecisse præceptum* Titio *in caussa criminali,ut compareat sub pœna cõfeßi & conuicti,et* Titius *neget:*Certe *tũc neutri crederetur,prout in simili dicunt* Docto.*de teste contradicente* Notario *in.d.cap.cum caussam.*1.*in fine, suprà de testi.& suprà diximus .*Et *istud putarem procedere,etiam si in præcepto esset clausula,quòd plena daretur fides nũcio:quia talis cõminatio*

non debet

non debet operari,nisi in casibus in quibus aliàs de iure plena fides illi danda esset. Non enim licet iudici alterare *probationes,quæ sunt iurisgentium.cap. licet uniuersis, suprà de testi.Cætera dic,ut in.d.capi.cum parati.*

PRAESVMPTIO XV.

1 Præsumitur pro quolibet officiali
Fallit nu.2.3.et.5.
3 Officialis si faciat aliquid contra naturã officij, contra eum præsumitur.
Mortuus si quis reperiat in carceribus,præsumitur contra custodes.
Carceratus si euadat,præsumitur contra custodem.
4 Custos carceris tenetur parti ad interesse quando culpa sua carceratus aut mortuus est,aut euasit.

D*Ecimo quintò †Generaliter præsumitur pro quolibet officiali unde, si aliquid neglectum reperiatur, præsumitur potius fuisse culpa partis,quàm ipsius.l.j.* C.*de suscepto.libro.x.*Et *per illum text.dicit* Barto.in.l. *dãni.§.sabini, in ulti. columna.ff. de dam.infec.quòd licet testes iurauerint in termino,si tamen non fuerunt examinati,lex præsumit fuisse culpa partis,non* Iudicis. Et *etiam facit text.in.§.super hoc autem, in auten.ut nulli* Iudic.*ubi præsumitur officialem cauisse prout debuit de inserendis pecunijs fisci.* Et *ista procedunt tantò magis in ecclesiasticis, quorum facta lex maximè interpretatur in meliorem partem.xj. quæstio, tertia. capitulo absit.* Et *propterea, si* Abbas *corrigit monachum,lex præsumit pro* Abbate:*nec competit appellatio,nisi* XV.*præsumptio.*

tio, nisi excedatur modus in corrigendo. cap. ad nostram infrà de appellatio.

2 ¶ *Fallit † ista præsumptio, quò ad prouidendum circa negocia de futuro, quia lex præsumit contra officiales, ut poßit prouideri nè delinquant. & ita intelligitur textus ut om. obediant iudi. §. nec latet nos. ubi præsumuntur officiales magis deferre potentibus, quàm petentibus iustitiam* Et *ita procedit etiam text. in lege ex aula, C. de priuile. eorum qui in sacro pala. & in. l. prima. C. de numera. libro. xij. ubi lex præsumit rapacitatem & furtum contra numerarios. &. l. neminem, de suscepto. ubi susceptores præsumuntur uexare prouincias. & tex. in. §. ad excludendas, in auten. de litigiosis, & in autenti. de exequuto. in princip. ubi præsumuntur exequutores fraudulenti.*

3 ¶ *Fallit etiam, † quando aliquid factum est contra naturam officij: quia tunc lex præsumit aduersus officialem.* Et *propterea, si reperiatur aliquis in carceribus mortuus, lex præsumit culpam custodis, nisi probet eum casu perijsse. l. fina. de custo. reo.*

¶ Et *eodem modo si carceratus euadat, lex præsumit contra custodiem, ut ibi probatur. & per Barto. in. l. si quis ex argentarijs §. finali. ff. de edendo.* Et *facit lex diuus. in fine. ff. de offi. præsid.* Nec *præsumitur, quòd ferrum, uenenum, & similia poßint in carcere deferri sine culpa & negligentia custodis. l. carceri, in fine, de custo. reo.*

4 ¶ Et *propterea, † in istis casibus tenetur custos ipse parti etiam ad intereße, ut consuluit Aretinus consilio*

silio xxxviij. consultißime domine, per totum. Et *secundum hanc fallentiam etiam procedit textus in l. prima. C. de censi. libro xj. ubi lex præsumit, quòd tabularij ciuitatum, per collusionem superiorum sarcinas ad inferiores transferant. facit etiam textus in capitulo primo. de dila. & in. l. quamuis. in fine. C. de* Decurio. *ubi præsumitur contra* Iudicem, *qui breuem terminum in citatione statuit.* Ad *idem facit, quod notabiliter uoluit* Innocen. *in di. capitulo quoniam contra. ubi dicit, quòd* Iudex *uidens testem uacillare debet hoc facere scribi in actis: alioquin* Iudex *appellationis potius præsumet eum non adhibuisse fidem testibus ex imprudentia sua, quàm ex defectu testium: sequitur felin. ibi in antepenul. col.*

5 ¶ *Fallit † etiam generaliter, quando alia coniectura esset in contrarium.* Nam *tunc cessat talis præsumptio pro officiali.*

¶ Et *propterea, si officialis semel aliquid iniuste fecit, præsumitur quòd uelit factum suum tueri, quacunque uia poterit, secundum* Innocen. *in capitulo secundo, de arbi. & in capitu. diuersis, infrà de cleri. coniuga.* Idem *si fecit aliquid contemplatione potentioris uel aliter ad se non pertinens, semper sit præsumptio contra eum. capitulo bene quidē. in fine, xcvj. distinctione.*

PRAESVMPTIO XVI

1 Præsumitur pro iuramēto, vt quilibet iuret ueritatem.

Iuramento asserentis statur in his quæ depen-

dent ab

dent ab animo.

2 Iuramento asserentis an stetur in his quæ dependent ab animo, quando aliqua præsumptio est contra asserentem.

3 Præsumitur pro dicto testis iurati.

Pluralitas actuum præsumitur ne testes incidant in periurium.

4 Præsumitur pro ijs qui iurant a principio eorũ artem fideliter exercere.

Libri rationum eorum qui a principio iurant eorum artem fideliter exercere, faciunt semiplenam probationem quo ad tertium.

xvj. *Præsumptio.* *DEcimo sexto.† præsumitur pro iuramento, quod aliquis non iuret nisi ueritatem l. fina. C. ad legem* Iul. *repetundæ.* Et *propterea, in his quæ dependẽt ab animo, statur iuramento asserentis. ut est glo. in §. aliæ, institu. de actio. & in ca. significasti. ubi moder. infrà de homici.* ¶ ADDITIO. ¶ *Quamuis illa glo. in uersicu aliæ sub §. sed istæ. de actio. ad hoc cõmuniter allegetur per doctio. tamen non uidetur loqui de iuramento, ut etiam aduertunt* Ange. *areti. &* Ias. *ibi, habemus tamen alias glo. magis expressas in iure, uidelicet in l. j. C. ad l. cornel. de sic. ubi an quis occiderit animo occidendi, necne, statur iuramento occisoris: quia hoc consistit in animo. & gloss. in l. at qui natura. §. cum me absente. in gloss. mag. ubi* Barto. *ff. de nego. gestis, gloss. in l. j. §. hoc interdicto. in uerbo usus. ubi* Barto. *de itine. actu' que pri. gloss. in l. si cui. §. ijsdẽ. ubi* Bologni. *in interpretationibus post* Bald. *ff. de accusat. gloss. notabilem in capitulo proposuisti,*

ſuiſti.lxxxij.diſtinc.in uerbo non probatur.et in capitulo qui & humanis.xij.quæſtio.ſecunda,& in capi.ſi uero,ſecundo,de ſenten.excom.& in capitulo præſentium.de teſti. & in capitulo paſtoralis,per illum tex.de excep.Barto.in infinitis locis relatis per Iaſ.in dicto.§. ſed iſtæ. & ultra concor. ibi per eum traditas, adde Oldra. conſilio.cclxxxvj.in electionis negocio . Angel. conſilio.cccxiiij.uiſo.Anchara.notabil. conſilio.clix.rationes.in fi.& conſilio.clxxiiij.dominus lazarius.Romanus egregie conſilio.cccxcviij. ut clarior. in fi.ubi pulchre.& conſilio.lxxvj.in cauſa nobilis,columna ſecunda.& conſilio.cij.ſuper eo.& melius conſilio. cccxx. hæc iſtorum.& conſilio.ccccl xxxij. præſentis.in fi. aliquid per Areti.in capitulo primo,columna tertia.de accuſa.Floria. in.l.j.§. ſinautem.ff. ſi quad.paupe.fe . dicatur.Cepol.conſilio.xxiiij.uiſa accuſatione.columna penulti.Deci.conſilio.clx.in cauſſa monaſterij. ex quibus locis habes bene roboratam autoritatibus hanc deciſionem,quod in his quæ conſiſtunt in animo, utputa bona fide, ſcientia, uel ignorantia, & ſimilibus, ſtatur aſſertioni uel negationi alicuius cum iuramento. Ioannes Nico.

¶ Quod intelligit Barto.in.l.inter omnes.§. recte.ff. de
2 furtis.procedere† niſi aliqua eſſet iuris præſumptio contra aſſerentem.l.ſi non comuitij.C. de iniur.declara ut ibi per eum, quem ſequitur felin . in dicto capitulo ſignificaſti,& in capitulo inquiſitionis.§.ſecundo.in ſecunda columna, de accuſatio. & in capitulo ſecundo de calum.columna tertia. Iaſ in.§.ſed iſte,colum.xxxiiij.

institu.de actio.

¶ *Sed tu aduerte:quia ista limitatio non uidetur uera.* Et *primò contra eam est text.in capitulo fi.infra.qui matrimo.accusa. pos. ubi quando fit publicè denunciatio seu proclama,præsumitur quòd quilibet sciat, ut ibi dicitur.* Et *tamen admittitur probatio ignorantiæ per iuramentum.*

¶ Et *propterea,dicit* Bal.*in.l. secunda.§. penultimo. in fin.ff.si quis caut.quòd si quis citatus sit obsens à domo, stabitur iuramento eius,an citatio peruenerit ad eius notitiam.quæ opinio optimè probatur in dicto capitulo fina.licet* Iason *in dicto.§.sed iste,eam reprobet & malè.*

¶ *Secundò in contrarium facere uidetur,quia lex præsumit pro sententia lata per iuramentum iudiciale:& consequenter,quòd uictus non habeat aliqua instrumenta, unde tueatur ius suum:& tamen contra talem præsumptionem,ad rescißionem sententiæ admittitur probatio per iuramentum,quòd instrumenta de nouo superuenerint,secundùm* Barto.& Docto.*in.l.admonendi, per illum tex.ff.de iureiuran.*Et *facit text.in capit.pastoralis, infra de exceptio.*

¶ Tertio *in contrarium facere uidetur commuuis doctrina posita in capitu.nouit, supra de iudic.ubi in denunciatione euangelica statur iuramento denunciantis,etiam non concurrente alia suspitione,quòd solus solo denunciauerit, ut abstineat à crimine: & tamen contra talem denunciantem est præsumptio iuris, quòd talis denunciatus sit innocens:quia quilibet præsumitur bonus, ut supra uidimus.*

Quartò

¶ *Quartò facit ratio: quia admissa ista limitatione, nunquam admitteretur probatio per iuramentum. Nam aut lex præsumit pro actore, & non est opus quòd iuret, ex quo habet præsumptionem iuris, quæ transfert onus probandi in alium. l. siue poßidetis. C. de proba. aut præsumit pro reo, & tunc actor non posset iurare: & actore non probante, lex semper præsumit pro reo. l. arrianus. ff. de actionibus & obligationi. l. qui accusare. C. de edendo.*

¶ *Sed tamen saluando Bartolũ dic quòd eius opinio procedit, quando præsumptio iuris est efficacior & uerisimilior quàm illa quæ oritur ex iuramento. Nam tunc non staretur iuramento, aliàs sic l. diuus. ff. de in integrum restitutione. & ita intelliguntur supradicta.*

¶ ADDITIO. ¶ *Hanc autem decisionem quod in ijs quæ consistunt in animo stetur iuramento asserentis, limitat Ias. quatuor modis in dicto. §. sed iste. de actio. in glos. magna, uersicu. imprimis ergo limitat istam. &c. & Feli. in c. significasti. de homicid. Vltra quos tu limita ut procedat in ijs quæ sunt parui præiudicij, secus autem si ageretur de magno præiudicio, ita limitat Pau. de leaza. in cle. constitutionem. de elect. & Domini. de sancto Gemi. in capitu. eos. de temporibus ordi. in. vj. Abb. in cap. quosdã. de præsump. extra. Feli. in capitu. cognoscentes. columna penul. uersicu. fallit tertio. de constitu. & do. Hippol. marsilius singula. cccccclv. memoriæ.* Ioannes Nicolaus.

8 ¶ *Et † ex hac præsumptione infertur, q̃d etiã præsu-*

matur pro dicto testis, ex quo ipse solet iurare. capit. tuis, supra de testi. & per Felinum in dicto cap. quoniam contra, in antepenul. colum. unde, ne inducatur in illis periurium, præsumitur potius geminatio actus. cap. cum tu fili, supra de testib. per Barto. & Docto. in l. ij. C. de bono. possessio. secun. tabu. & ita tenent omnes.

¶ *Sed mihi uidetur contra hanc opinio. esse text. in l. finali. C. de rebus creditis. ubi si quis iuret sibi deberi legatum seu fideicommissum, reperto deinde testamento in quo de hoc nihil sit scriptum, præsumitur periurus: & tamen debuisset lex interpretari quòd fecisset aliud testamentum, in quo sibi relinqueretur ad finem euitandi periurij.*

¶ *Potes respondere periurium magis præsumi in parte quæ agit de proprio lucro, quàm in testibus qui pro sola ueritate attestantur, nec aliquam utilitatem consequuntur.*

4 ¶ *Ex † eadem præsumptione etiam infertur, ut præsumatur pro ijs qui à principio iurant exercere artem suam legaliter. Et propterea rationes & libri istorum facerent semiplenam probationem quò ad tertium. l. quædam. §. nummularios. ff. de edendo. ubi not. & Bartolus in l. nuda ratio, in penultima. ff. de donationibus. quod est summè notandum pro Gabellarijs, Thesaurarijs, & Mercatoribus, de quo latè per Iaso. post alios in repetitio. l. admonendi. in xij. charta. ff. de iureiurando. & propterea, lex etiam præsumit pro milite, quòd reipubli. causa absit. unde, restituitur in integrum. & ratio est, quia à principio antequam assumatur ad militiam, iurat secundum*

glos.in.l.penul.ff.ex quibus caus.maio.

XVII. PRAESVMPTIO.

1 Præsumitur pro matricula.
Matricula probat quem esse de numero eorum qui debent matriculari.
2 Aestimum commune facit in dubio pro se præsumptionem.
3 Frater si emat proprio nomine aliqua bona, et deinde in catasto communis fecit prædium describi tanquam commune cæteris fratribus, sibi præiudicat.
4 Notarius an quis præsumatur ex eo quod repetitur descriptus in matricula notariorum.

Decimoseptimò. † Præsumitur pro matricula.l.matriculam, in uerbo diuali probatoria, ubi Bar.*ff.de agē. in reb.lib.xij.Et sic probat matricula quem esse de numero eorum qui debent matriculari* .Et idem no. Bar.in *l.petitionem.C.de Aduoca.diuer.iudi.Et idem tenent* Bal. Pau.*de castro,*Roma.*&* Corne.*in.l.scriniarios.C.de testamen.milita.* xvij.præsumptio.

2 ¶ *Facit etiam in simili: † quia in dubio præsumitur pro æstimo communi.l.fina.ubi* Barto.*C.de præd. mino. lib.x\.l.censualis.C.de donatio.l.forma.§.primo.& quod ibi no.ff.de censi.*

¶ *Et dicit* Angelus *&* Ioan.*de plat.in.l.rura.C.de omni*
3 *agro deser.per illum text. † quod si frater emit aliqua bona proprio nomine, deinde in catasto communis fecit illud prædium describi tanquam cōmune cæteris fra-*

 tribus,

tribus, quòd sibi præiudicabit, & censebitur cōmunicatū. allegat etiam legem solennibus.C.de rei uendica.

4 ¶*Et hæc præsumptio facit ad.q.* † *an præsumatur quis notarius eo ipso, quòd reperitur descriptus in matricula* Notariorum: *& uidetur quòd sic, prout tenent* Bal. Salicet.Roma.Pau.*&* Corne.*in dicta.l.scriniarios,* Bald. *in.l.ij.ff.de offic.præto.& in.l.ij.col.ij.C.de sentē.*Ange. *cōsi.cxl.quidam* Matthæus.Ludoui.Roma.*in.l.in ista, in ix.colum.ff.de uerbo.obliga.&* Ias. *in.d.l.* Barbarius, *in quarta limita. ubi appellat istam ueram & communem opinionem.*

¶*Cōtrarium tenuit* Marti.*fillima.quem refert & sequitur eius discipulus* Ioan.Andr.*in additio.Specula.titu.de instrumen.ædit.§.restat, in uerbo & scias, per legem herennius.ff.de decurioni.iuncta gl.ubi quamuis fuerit quis descriptus in albo, non tamen præsumitur* Decurio.Nam *si matricula induceret quasi possessionem officij, prout dicunt præfati* Docto.*debuisset in illo casu habere locum præscriptio.Et ita debet induci illa lex, ut tollatur responsio* Roma.*in dicta.l.in illa.*

¶Mouetur *etiam alia ratione: quia matricula est tanquā instrumentum asserens rem de præterito factam, undè illi non statur.auten.si quis in aliquo.C.de edendo.* Et *istam opinionem dicit de iure ueriorem* Alberi.de Rosa.*in.l.cū precibus.col.j.C.de fide instrumen.Et idem expreßè approbant* Butri.Inno.*&* Feli.*in capi.primo.supra de fide instrumen.& do.*Alexan.*in dicta.l.scriniarios. & dicit ibi* Roma.*quòd non auderet cōsulere contrarium.Et sine dubio, puto quòd hæc opinio sit uerior, quia matricula cū*

sit in=

ſit inſtrumentum inter alios factum, non inter eum qui habet autoritatem conſtituendi Notarium,*non debet facere præſumptionem ſufficientem ad transferendum onus probandi,ſed ſolùm quandam ſuſpitionem, ut habetur in l.ij.C.de eden.undè,poſſunt concordari opiniones ſecundum do.*Anto.de Butri.Alex.*& Feli. ut ſi loquamur in matricula confecta de autoritate ſuperioris,qui potuit notariatum conferre,procedet prima opinio,quòd præſumatur pro ea. Si uerò eſt confecta ab alijs quibus non competeret talis facultas,tunc matricula ſolùm faciet quandam ſuſpitionem,non autem probat titulum.* Et propter *ea, quamuis notarij in aliqua ciuitate conſtituant collegium,& habeant matriculam:tamen talis matricula non probabit quem notarium:ex quo,ipſi non habent autoritatem creandi:ſed talis autoritas eſt reſeruata* Principi,*ut habetur per* Inno.*in cap.cùm* P.Tabellio,*de fide inſtrumen.&* Bar.*in.l.nec ei.ff.de adoptio.*

XVIII. PRAESVMPTIO.

1 Dei memoriam habentes,non præſumūtur ad tutelas & curas libenter accedere.
2 Religioſi non poſſunt curas aut tutelas accipere, niſi cum ſuperioris licentia,fratres minores autem nec cum licentia accipere poſſunt.
3 Religioſi ſi faciant arbitramenta, ſeruari debēt, licet ipſi male faciant cōpromiſſum acceptando.& quid in fratribus minoribus.& de veritate dicti.

D*Ecimooctauo.* † *Præſumuntur qui* Dei *memoriam habent,ad tutelas & curas non libenter accedere.§.* xviij. *Præſumptio.*

quoniam autem,in auten.ut qui obliga Et est ratio, quia ista satis deuiant hominem à cõtemplatione diuina: quod nota contra religiosos assumentes in se Exequutoris officium uel arbitratoris.

2 ¶ Et † ex hac ratione fuit introductum,nè illa officia assumerent sine licentia superioris. capitu.ij. de testa. in vj.clemen.religiosus,de procura.licet fratres minores nõ posśint,etiam cum licentia.clemen.exiui,uersicu.itẽ quòd exequutiones,de uerbo.signifi.& consuluit Bal. consilio cccxiij.in quinto.Alexan.consi.lxxx.in quinto.Soci.consilio.xcix.in tertio.

¶ Et cũ istud sit simpliciter prohibitũ propter honesta-
3 tem,sequitur † quòd si ferant arbitramenta, debeant seruari,licet à principio malè fecerint compromissum acceptare:secundùm Federi.de senis,consi.ccxciij.factum tale,in fine.Roman.consi.ccccix.quò ad primum, in secundo dubio:sequitur Feli.in capi.decernimus,in.ij. col. de iudi.Ias in.l.patre furioso,in.iiij.col.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.

¶ Sed istud dictum potest procedere in alijs religiosis,nõ in fratribus minoribus:ex quo d.clemen. exiui. habet in fine clausulam prohibitiuam & pœnalem, undè, actus redditur nullus.l.nemo martyres,ubi Doct.C.de sacrosan. eccle.& in.l.non dubium.C. de legi. Item illa clementi. continet eorum regulam,undè contrauenientes cõmittũt contra uotum suum solenne,quod fit per profeßionem. undè actus non debet esse alicuius effectus.capitu.rursus, qui cleri.uel uouen.c.j.de uoto.in.vj. Et illa opinio est expreßè contra intentionem Bal.Alex.& Soci.in præallegatis

*gatis consilijs,qui dicunt ista arbitramenta non tenere,nõ simpliciter per illam rationẽ,quòd prohibeãtur propter honestatem,sed propter necessitatẽ regulæ,quæ eos arctat & quia sunt penitus mortui mundo.nec etiam frederi.de sen.in dicto consilio audet hoc firmare,sed simpliciter dicit forsitã attentari:& dicit uerũ in casu suo,uidelicet in exequutore quando est facta exequutio approbata à partibus,ut ipsi loquuntur.*Et hoc *habet in se aliquid rationis,secus in arbitramento à quo aliquis reclamat.c. nisi essent,infra de præbẽ.& in simili casu contra* Fede.*dicit* Decius *in.d.c.decernimus,se consuluisse unà cum do.*Frãcisco *de* Aret.*& ita resideo.*

¶*Et ad dictã præsumptionẽ adde quod no.*Bar.*ĩ.l.nemo potest,in quarta opposi.ff.de lega.j.ubi dicit,quòd præsumitur quod uir catholicus adeat hæreditatem,etiam quòd inde non speret aliquod lucrum:quia habebit satis cõmodi à* Deo,*quia facit piũ opus,uoluntatem defuncti exequẽdo.§.si uerò expressim,in autenti.de hæredi.& falcid.*Et *inde infert ad rationem,cur hodie testator possit prohibere detractionem falcidiæ.*De *quo dic ut ibi per eum.*

XIX. PRAESVMPTIO.

1 Electus ad officium præsumitur dignus & sufficiens.Infertur,ad papam, episcopum, sacerdotes, magistratus,doctorem &c.
2 Doctor præsumitur sufficiens.
3 Præsumitur pro peritis in arte.
Peritis in arte creditur.
4 Electio alicuius si fuerit cassata,præsumitur in dubio cassata uitio fortunæ non personæ.

5 Electus in officium, si reperiatur insufficiens, potest remoueri.
Prælatus insufficiens debet deponi.
6 Medicus insufficiens potest reprobari.
Doctor insufficiens potest reprobari.
7 Doctor qui alias fuit sufficiens, nunc autem propter senectutem vel infirmitatem reperitur insufficiens, an possit reprobari. & quid in alijs officijs.

XIX. Præsumptio.

Decimonono. ¶ † Præsumitur pro electo ad aliquod officium, quòd sit dignus & sufficiens. Et propterea præsumitur pro sanctimonia & integritate Roma. Ponti. quem apex tantæ dignitatis attollit. capitulo non uos. iiij. distinc. Item præsumitur pro Episcopo & sacerdotibus. xj. q. iij. absit. Item magistratibus. ut in autenti. ut defunc. seu fune. in prin. & suprà uidimus.

2 *¶ Item † præsumitur pro Doctore quòd sit sufficiens. l. unica. C. de professo. qui in urbe Constantinopoli: libro xij. & in. l. j. §. ideoq;. C. de Iustinia. C. componen. Item præsumitur pro eo qui publice deputatus est alicui officio: quòd ipse nec fallat nec fallatur. l. ij. C. de pondera. & auri illa. lib. x.*

¶ Et generaliter, præsumitur pro peritis in arte: & propterea illis creditur. l. semel. C. de re milita. libro xij. Bald. in. d. capitulo cùm inter Canoni. de electio. per moder. in. l. prima. §. fina. ubi late diximus. ff. de uerbo. obligatio.

¶ ADDITIO. *¶ Adde tex. ubi notat Barto. & allegat concor. in. l. j. circa princ. ff. de uentre inspic. & idē Bar. in proœmio. ff. per illum tex. circa finē principij. & Bar. etiā in. l. fi. ubi multa cōgerit Do. Hippol. marsil. ff. ad*

ff.ad.l.cor.de sica.Alex.consi.clxxix.uisa scriptura.col. iij.lib.ij. Ioan.Nico.

4 ¶ Et dicit †Abb.post alios in capi.super eo.in fine supra de electio.quòd si electio alicuius sit cassata,præsumitur in dubio cassata uitio fortunæ,non autem personæ:quia hæc interpretatio est benignior.l.si præses.ff. de pœnis.facit glo.in.§.suspectus,institu.de suspec.tutor.

¶ Adde etiam quòd præsumitur pro electo,quòd sit gratus eligenti,& cogēte reuerentia eius uoluntatibus obediat.viij.q.ij.cap.illud.Et si princeps eligit aliquos Ambasiatores,præsumitur pro sufficientia ipsorum,& quòd sint grati principi. ut est text.in episto.inter claras.§. liquet,in fine.C.de summa Trinita.& fide catho.& ibi Alberi.de rosa.not.

¶ Supradicta tamē præsumptio recipit probationē in
5 cōtrarium. unde,†tales si probētur īsufficiētes debēt remoueri.l.ut gradatim.§.reprobari.ff.de mune.et hono.

¶ Et ideo,si prælati sunt insufficientes,debent deponi. ut est glo.communiter approbata in capitulo primo.in uerbo insufficientem,de renunciatio.lib.vj.

¶ Quod tamen non procedit in Papa,ut ibi.

6 ¶ †Et medicus īsufficiēs reprobatur.l.sed ut reprobari.ff.de excusa.tuto.ubi Nico.de neapo.& Bal.

¶ Idem in Doctore:ut est tex.in.l.ij.C.de professori.& medi.lib.xj.Abb.in cap.in sui,de Magistr.& in capitu. cùm uenerabilis,in fine.ubi moder.de exceptio.& quòd not.Bar.in.l.nunquid,in fine.ff.si cer.pe.& istud nō habet dubiū,qñ à principio fuerant insufficiētes et indigni.

7 ¶ Sed †pone,quòd semel fuerint sufficientes,sed nūc non sunt

non sunt forte propter senectutem uel aliam infirmitatem: & uidetur adhuc debere reprobari.ut est text.in l. si quos iudices.C.de officio præfec.præto.& ibi Albert. de Rosa.& Salice.ubi Iudices propter longam infirmitatem debent remoueri,& quòd notant Moderni in capitulo si pro debilitate,suprà de offi.Delega.& in l.j.ff. de officio eius cui &c. et in l.si longius.ff.de iudic.

¶ *In contrarium facit text.in capitulo quamuis triste. vij.q.prima.& ibi Archidiaco.& quòd nota.in capi.j. infrà de parochia.ubi Episcopi quamuis inhabiles propter infirmitatem non remouentur,facit quod not.Bart. in.l.prima.§.diuus,per illum textum.ff.de uari. & extraordi. ubi debetur merces Aduocatis & Iudicibus, dummodo per ipsorum uoluntatem non stet, quominus seruiant.*

¶ *Puto distinguendum. Aut enim loquimur de òfficio quod magis datur propter dignitatem, quàm propter onus annexum, & quod est natura sui perpetuũ:& tunc nõ debet propter infirmitatẽ seu ĩhabilitatẽ superuenietẽ remoueri.facit capitulo grandi,de supplen.negligen.prælato.in.vj.Aut loquimur de officio qd' datur principaliter ꝑpter exercitiũ,puta de officio iudicaturæ,& tũc procedit dicta lex si quos.debent tamen habere integrum stipendium illius anni quo superuenit inhabilitas.§.diuus, & quod ibi Barto.nota.Item si diutius fuerint in seruitijs principis, & in illis consenuerint, spectat ad eius curam prouidere, nè in senectute indigeant. lege lucius,ibi ueteranis in præmium aßigna. ff. de euictio.*

Præsumptio

PRAESVMPTIO XX.

1 Præsumitur pro inuentario.
Hæres si inuentarium in iudicio exhibeat, & dicat non esse alia bona in hæreditate, creditores vero & legatarij contradicant, statur inuentario, nisi probent alia extare.
2 Negatiua vt possit partis assertione probari, iuxta glo. l. cum lege. de probat. an requiratur quod cum assertione concurrat iuris præsumptio, aut aliqua coniectura.

Vigesimo† Præsumitur p Inuentario: Et ppterea, si hæres illud exhibeat in iudicio, & dicat nõ esse alia bona in hæreditate. Creditores uerò & legatarij contrà dicant, stabitur inuentario, nisi ipsi probent alia extare l. scimus. § licentia. C. de iure deliberandi, ubi Bartol. & Doctores, Imola Alexander & Iason in. l. si constante. ff. solu. matrimonio, quod istud est, quia aliás sequeretur, quòd hæres subtraxisset bona hæreditaria, quod delictum non debet præsumi. l. merito. ff. pro socio. & ita tenent Alexan. & Areti. in. l. in illa, in penul. col. ff. de uerbo. obligatio. XX. Præsumptio.

¶ Et propterea concludit Ias. in. d. §. licentia, & in. d. l. si
2 *constante, in prima. q. Barto. quòd† glo. in. l. cùm de. lege. ff. de proba. uolens negatiuam probari per assertionem partis, non habet locum nisi cum tali assertione concurreret aliqua præsumptio iuris.*

¶ Sed tu aduerte: quia si intelligamus de uera præsumptione iuris, illa ex se absq; alia assertione transfert onus probandi. l. siue possidetis. C. de probatio. & uidimus suprà in

prà in princ.& sic illa glo.nobis seruiret de nihilo,quæ tamen uidetur communiter approbata,ut per Docto.in dicta.l.si constante,& Alexan.in rubri.ff.de noui ope. nuncia.columna penulti.& fran.de Cur.consilio.xxvij. co.viij.& seruatur ĩ practica,ut per Bal.cõsi.cccxviij.in primo.Item non esset aliqua differentia inter probationem affirmatiuæ & negatiuæ.& tamen Barto.& Docto.in dicta.l.in illa,propter difficultatem probationis negatiuæ, admittunt istam probationem per assertionem.undè,intellige dictum Iaso.procedere etiam quando cum assertione partis concurrit aliqua præsumptio leuior,quàm sit præsumptio iuris.Et sic,dummodo concurrat aliqua suspitio seu coniectura.Et istud necessariò infertur ex ratione Docto.dum dicunt istud esse in casu dicti.§.licentia: quia aliàs præsumeretur delictum.d.l, meritò. Nam præsumptio oriens ex dicta.l.meritò, non est sufficiens ut operetur in præiudicum tertij:secundum glo.in capitulo statutum.§.cùm uerò,de rescrip.in.vj. & per felin.in capitulo cùm in iure,de offi.delega. & suprà uidimus.Sed est in tali casu simplex suspitio,& tamen sufficit,iuncta assertione,quò ad probandam negatiuam.

¶ *Et propterea,dum Iason,in.d.§.licentia,dicit quòd in practica usus est simili cautela ad probandum quòd aliquis mortuus esset,nullis relictis filijs:putarem istud procedere,quando aliqua suspitio pro hoc esset, puta quia adessent aliqui testes de auditu uel credulitate,qui faciunt saltem suspitionem,ut per Iaso.in rubri.ff.de iureiuran. in.vij.limitatio.Idẽ si nuncius missus ad loca in quibus*

uerisimiliter

uerisimiliter deberet stare, fama & hoc referret nō esse ali quam famam. argumen. notato. per Barto. & Docto. *in d. l. in illa: & nota, quia quotidiana.*

PRAESVMPTIO XXI.

1 Dispositio quælibet præsumitur esse vera.
Error nō præsumit, nisi probetur. & qualiter probetur error late.
2 Minor præsumitur errore confessus delictum, quando alia probatio nō aderat.
3 Confessio si statim reuocetur, non est opus probare errorem.
4 Mulier si ex confessione damnificetur, an præsumatur potius iuris error, quam donatio.
5 Confessio negatiua quam pars non acceptauit potest reuocari, prætextu erroris, secus si pars acceptauit. late de veritate, vtriusquæ dicti disputatur.
6 Confessio non acceptata an probet. late.
7 Renunciatio nō acceptata non iuuat.
8 Confessio non inducit nouum contractum, sed eum qui iam inductus est probat.
9 Confessio facta parte absente, facit semiplenam probationem.
10 Confessionē factam a parte, videtur pars tacens acceptare.
11 Confessio acceptata an possit reuocari.
12 Recognoscens rem propriam in emphyteusim vel cēsum etiam ab ecclesia præsumitur errore hoc facere.
Intellige & declara ut nu. 13.
13 Recognitio facit præsumi dominium esse illius cui recognoscitur.

Vigesimoprimo

XXI. Præsumptio.

Vigesimoprimo. † Præsumitur quælibet dispositio esse uera.l.prima,ubi Bal.C.de fal.cau.adiec.lega.Et consequenter, error non præsumitur nisi probetur.l. si post diuisionem,C.de iur.& fac.ignoran.Probatur autem ex antecedentibus & subsequentibus,ut per Barto. in.l.errore.C.de testa.

¶ ADDITIO.¶ De probatione erroris in ultimis uoluntatibus,uide amplissime.d.uitalem de cambanis,in tract.clausul.folio.42.uersicu.sequitur qualiter probetur error,in ultimis uoluntatibus. Io.Nico.

¶ Itẽ si probetur rem aliter se habere.dicta.l.si post diuisionem. declarando ut per Barto.in.l.non fatetur.ff. de confessis.& Docto . in capitulo fina, suprà eodem titulo.

¶ ADDITIO.¶ Et per deci.not.consilio.cccc viij. in præsenti.per totum. Ioan.Nico.

¶ Item ĩ aliquibus casibus probatur eoipso quòd nõ probatur contrarium,ut in minore† confitente delictum, quando alia probatio non aderat, ut per Docto.in.l.certum.§.in pupillo.ff.de confessis. & per Alexã.in.l. nam & postea.§.si minor.ff.de iureiuran.& in consilio.cxvj. in secundo.

3 ¶ Idem† quando confessio incontinenti esset reuocata. Nam tunc non esset opus aliter probare errorem. glo.in capitulo fina in uerbo iusta caussa,de iureiuran. in.vj.per Iaso.in.l.error.in secunda colum.C.de iuris & facti ignoran.

¶ ADDITIO.¶ Et Alex.cõsi.xcij.uiso & opportune &c.columna.fina.lib.y. & consi.lxxxvij. quamuis. eo.lib.

eo.lib.ubi limitat nisi fuisset redacta in scriptis, tūc enim non posset reuocare,nisi docto de errore, per iura & autoritates copiose per eum. Ioan.Nicol.

¶ Idem quando constaret aliquem in una parte confessionis iuratæ errasse. Nam de facili debet Iudex credere eum etiam in alia idē fecisse.argu.l.si ex falsis.C.de transactio.& ita dicit Comen.consi.cliiij.in ulti.col.

4 ¶ Idem † in muliere confitente aliquid,dum damnificatur.Nam potius in ea præsumitur iuris error, quàm quòd uelit de suo donare.arg.l.cum de indebito.ff.de probatio.& ita tenet Comen.cōsi.xxxvij.in fi.de quo tamen dicendum est,ut per Barto.& Docto.in l.fina.C.de iur. & facti igno.Areti.consi.cxiiij.in fine.

5 ¶ Idem † in confeßione negatiua,quàm pars non acceptauit:secundum Bal.in l.non solum.in prin.in ulti.col. ff.de procura.ubi uerò pars acceptasset, quælibet confeßio generaliter non potest reuocari prætextu erroris: ex quo dicitur ius quæsitum parti:secūdum Bal.in l.gallus. §.quidam rectè,in ij.col.ff.de lib.& posthu.Rom.Aret. & Moder.in l.j.§.si quis simpliciter.ff.de uerbo.obliga. Alexan.cōsi.xc.ferè omnis,in j.uolu.Et ex hoc dicto ponderat Ias.in d.l.error.quòd confeßio licet non acceptata teneat ex se,nisi probetur error.quòd non admittitur,ubi sit acceptata:secundum supradicta.

6 ¶ Sed † uideamus de ueritate utriusq; dicti, & quòd confeßio non acceptata non probet,uidetur tenuisse Cyn. in l.j.in vj.q.C.de confeßis.& ibi Salice.in xv.oppo.& in l.generaliter.in vj.q.C.de non nume.pecu.cum cōcordan.per Iaso.in d.l.error.& in l.postquam liti.C.de pact.

Fely.in cap.si cautio.de fide instru.& in cap.capitulum, in xv.col.de rescrip.Et est diffusum consilium Francis.de Cur.consi.lxxvij.incip.super articulo. Mouentur omnes. Primò,quia confeßio requirit simultaneum consensum utriusq; partis.quod ostenditur argu.illius dictionis cum, dicitur enim ab illa dictione & à uerbo faris uel fare fatur,secundum eos.

¶ ADDITIO. ¶ Et do.Alexan.consi.ccxij.pondera tis his,col.vj.uersic.alia ratione. lib.vj.& consi.cxj.uiso superiore.col.penul.nu.5.& 6.lib.iij.ubi etiam asseuerat hac ratione confeßionem non acceptatam non probare, & consi.xx.in causa,lib.iiij.ubi autoritatibus comprobat,& consil.lxxxij.eodem lib.& Hippoly.Marsil.latè autoritates adducit in rubri.de probationi.nume.113.& latius in l.de unoquoque.nume.125.& sequen.de re iudic. ubi infinitas autorita.adducit:ibi uideto. Ioan.Nicol.

¶ Sed ista ratio non est uera:quia imò deducitur à uerbo confiteor: nec est differentia, siue quis dicat fatetur,siue confitetur.l.ij.ff.de confes.

¶ Secundo, quia in confeßione quasi contrahitur.l.de ætate.§.qui interrogatus.ff.de interrog.actio.sed in quasi contractu,consensus exigitur.l.obligationum substantia. §.j.ff.de actio.& obliga.

¶ Sed tu responde,quòd respectu confitentis requiritur consensus:& ita loquitur d.§.qui interrogatus,non respectu partis.Et dato quòd consensus utriusque requiratur, debet sufficere acceptatio,etiam ex postfacto,sicut in contractibus,qui regulariter non uitiantur per interuallum. l.si stipuler.in fine.ff.de uerbo.obliga.

Tertiò

7 ¶ Tertiò adducitur, quòd † renunciatio non acceptata non iuuat, secundum Baldum in capitulo cum uenissent, in iiij.col.de cau.possessio.& proprieta.& in l.iij.& in iij.nota.C.de repud.hæredi.& quod not.Barto.in l.postquam liti.C.de pactis.

¶ ADDITIO. ¶ Et domi.Hippoly.Marsil.in rub. de probatio.nu.114. Ioan.Nicol.

¶ Sed responde, quod dato quòd istud sit uerum, non tamen facit in proposito: quia eoipso quòd pars uult uti tali confessione, satis dicitur eam acceptare. Nec Bald.requirit, quòd acceptetur incontinenti, sicut nec Cy.in d.l. unica, in vj.q.& infra declarabo.

¶ Contrarium ergo est uerius: pro qua opinione primò
8 facit: quia † confessio non inducit nouum contractum, sed eum qui iam inductus est probat: & sic succedit loco probationis.l. publia.§.finali.ff.depositi.Floria. in dicta l.cum de indebito.§.finali.Docto.in l.inter chartulas: ubi Iacobus Rebuf.C.de iure fisci, lib.x.unde, sicut probatio non requirit acceptationem, imò ex quo dependet à iure publico, satis est quòd inducatur à parte: ita confessio satis est quòd à parte probetur: & eoipso quòd pars allegat in sui utilitatem, dicitur eam acceptare: sicut in simili dicimus de præsumptione legis, quæ etiam ipsa releuat ab onere probandi, sicut confessio, ut habetur in rubrica, supra de probationibus. Et satis est quòd allegetur à parte.l.si adulterium.§.idem pollioni.ubi Bartolus.ff.de adulterijs. Quamuis ergo Docto. antiqui requirant acceptationem confessionis, non tamen uolunt quòd fiat incontinenti: imò satis est, quandocunq;

pars alleget an ea uti uelit.

¶ *Secundo pro ista opinione, adduco doctrinam* Barto. *communiter approbatam in lege admonendi. ff. de iure-*
9 *iuran. ubi uoluit † quòd confeßio facta parte absente, faciat semiplenam probationem, ergo si pars sit præsens, debet plenè probare, quamuis non acceptata: aliás sequeretur absurdum, quòd plus operaretur si fieret parte penitus absente, quàm præsente.*

¶ ADDITIO. ¶ *Accedat quod uoluit* Imol. *in cap. si cautio. de fide instru. quem ibi refert & sequitur feli. columna. ix. uersicu. undecimo fallit. &* Hippol. *in rub. de proba. nu. 96. quod licet confeßio facta absente parte non probet, tamen si absente parte aliquis confitetur coram aliquo se debere certam pecuniam alicui, & ille coram quo fit confeßio acceptet pro absente & nomine absentis illam confeßionem, si demum absens ille ratificet illa confeßio probat et obest confitenti. quod probant & confirmant iuribus ut per eos. adde etiam eundem* Hippol. *in l. si quis nè. q. nu. 128. ff. de quæstio.* Ioan. Nico.

¶ *Tertio adduco doctrinam* Barto. *in l. 1. ff. de pac. ubi si promitto tibi præsenti & tacenti, tamen est pactum non pollicitatio: quia lex præsumit tacitum consensum, ex quo agitur de utilitate tua. l. qui patitur. ff. manda. & est communis conclusio in rubri. ff. de uerbo. obliga.* Ergo *idem*
10 *debemus dicere in confeßione † quia pars tacens uidetur eam acceptare & consentire.* Et *per istam rationem hoc tenuit do.* Alexan. *in d. l. iij. C. de repud. hæred. licet* Francis. *de Cur. in d. consilio. lxxvij. non bene aduerterit ad fundamentum ipsius.*

Addi-

¶ADDITIO.¶ *Sentire etiam uidetur* Deci.*consilio cxlvj.col.ij.* Ioan.Nico.

¶*Idem expresse tenuit do.Abb.in capit.fina.in tertio notabi.de succeßio.ab intestato,Soci.in consilio.ccxxviij.in.ij. columna.*Ioan.*Bapti.de sancto Seueri.in repetitio.legis admonendi,colum.lxvij.ff.de iureiuran,ubi dicit istud esse de mente omnium Canonistarum in.d.capitulo fina.& puto quòd dicat ueritatem,ex quo in illo casu* Docto.*tenēt quòd confeßio plenè non præiudicat,quia incidenter facta:non quia quòd non esset acceptata.*Et *si huic sententiæ adderemus autoritatem Baldi in.d.§.quidam rectè,& aliorum in.d.§.si quis simpliciter:ista secunda opinio quæ est uerior haberet etiam longè plures autoritates pro se: bene fateor,quòd quando* Iudex *ex qualitate negocij & personarum deprehenderet talem confeßionem emanasse ioco, uel simulatè,tunc non probaret.*Et *isto casu,procedit quædam ratio Salice.in.d.xv.oppositio.*

11 ¶*Circa†secundum dictum,an cōfeßio acceptata poßit reuocari: licet* Ias.*in.d.l.error. alleget* Bal.*tenentem quòd non:tamen* Bald.*& docto.non ita simpliciter loquuntur: sed uolunt,quòd si sit acceptata,non poßit reuocari etiam incontinenti,nisi probato errore,& istud est uerius:& ita etiam tenent Areti.& Andre.sicu.in.d.§.si quis simpliciter:& ibi dixi.*

¶ADDITIO.¶*Et quod confeßio acceptata poßit reuocari probato de errore,tenet etiam* Alex.*consilio.xcij. col.fi.lib.v.ubi allegat* Bal.*in loco hic allegato.* Ioannes Nico.

12 ¶Reperitur†*etiam alius casus,in quo lex præsumit*

errorem absq; alia probatione, uidelicet in eo qui recognoscit rem propriam in emphyteusim uel censum ab alio, etiam si ab Ecclesia. Nam nisi expresse cõstet, quòd istam recognitionem fecit, sciens rem esse suam, & uolẽs transferre ius in alium, præsumetur recognitio per errorem facta: secundum Specula. titu. de locato, in viij. col. uersic. an quis soluens: per Alexan. consi. lxix. in penulti. colum. in v. & facit quod not. Barto. & Docto. in l. si rem aliquam. ff. de acquir. posses. Rapha. Comen. consil. clxv. Gaspar, cum simili,

¶ ADDITIO. ¶ Vide præceptorem meum domi. à Ripa in d. l. si aliquam rem. nu. 34. ubi citat Corne. consil. cccj. circa primum. lib. j. Ioan. Nicol.

13 ¶ Quod † intelligo, quando constaret esse recognoscentis, aliâs eo non constito, illa recognitio faceret præsumi, quòd dominium esset illius cui recognoscitur, nisi probaretur contrarium: secundum Doctrinam Bartoli in l. cum falsa, uersiculo quid si confitcor. C. de iuris & facti ignorantia. Baldus in l. si certis annis in quinta columna. C. de pactis. Raphael Comensis; consilio clxxxvij. in fine. Guid. Papæ in decisione Delphina. quæst. cclxxij, per totum, cum concordan. per Iasonem in l. secunda. in xvj. quæstione. C. de iure emphyteotico. declarando ut non procedat, quò ad tertium. ut per Socinum consilio cclxvj. in quinta columna. Cætera dic, ut per Bartolum in dicta l. non fatetur. & Doctores in capitu. fina. de confessis.

¶ ADDITIO. ¶ An per recognitionem præsumatur & probetur dominium in fauorem concedentis contra

contra recognoscentem, uel eius hæredes, & an contra tertium possessorem, melius quàm alibi uide domi. meum Ioannem à Ripa in d.l. si aliquam rem. nu. 38. 39. 40. & sequen. Ioan. Nicol.

VIGESIMASECVNDA PRAESVMPTIO.

1 Sententia lata contra absentem, præsumitur lata potius ob contumaciam quàm quod malam causam habeat.
Declaratur nume. 9.
2 Statutum volens patrem teneri ad pœnam pecuniariam pro filio homicida, non habet locum, si filius sit damnatus ob contumaciam.
3 Notarius quamuis si in parte instrumenti falsum fecerit, totum instrumentum corruat, si tamen ob contumaciam vigore statuti de falso damnatus fuerit, non corruit totum instrumentum.
4 Bannitus si commisit delictum irrogans infamiam, vbique [etiam extra territorium] infamis est, nisi per contumaciam tantum de delicto constet.
5 Bona damnatorum ob contumaciam, vigore statuti habentis eos pro conuictis & confessis, non censentur applicata fisco in consequentiam condemnationis.
6 Statutum volens damnum emendari, intelligitur si prius constet de damno illato, non autem ficte per contumaciam accusati.
7 Sententia lata secundum positiones confessas ex contumacia, potest pars probare contrarium, secus si lata sit ex confessione vera.

9 Sententia lata propter contumaciam, non præiudicat in alia causa, etiam inter easdem partes: nec præiudicat alteri, etiam in casibus in quibus sententia solet præiudicare.

10 Bannitus ob contumaciam, si deinde fuerit admissus ad defensiones, poterit tamen absq; aliquo nouo indicio torqueri.

Vigesimosecundo. ¶ † Sententia lata contra absentem, præsumitur potius lata ratione contumaciæ, quàm quòd malam caussam habeat.l.Papinianus.§.meminisse, ubi Barto.& Docto.ff.de inoffic.testa.l.& ideo.ff. de euict.quod dicit Barto.esse notandum ad multa.Et hoc primo facit ad id quod not.Barto.in l.cum filius, in prin.
2 *ff.de uerbo.obli.ubi † statutum uolens patrem teneri ad certam pœnam pecuniariam pro filio homicida, non habebit locum si filius sit condemnatus de homicidio in contumaciam: dato quòd ex forma statuti contumaces habeantur pro confeßis & conuictis.Et ita etiam tenuit in disputa.iij.incipi.statuto Perusinæ ciuitatis: & communiter approbatur, ut ibi per Iaso.& Corne.cõsi.clxxxix. in primo, & consi.cxliij.in secundo.*
3 *¶ Secundò facit † ad id quod not.Bal.in l.fi.C.de fide instru.ubi quamuis notarius si fecerit falsum in parte instrumenti, totum instrumentum cancelletur: tamen si non constat de isto falso, nisi uigore cõdemnationis latæ in contumaciam propter dictum statutum, cætera sustinebuntur, sequitur do.Riminal.in l.si ex falsis.C.de transactio. colum.fina.ubi declarat hoc dictum.*
4 *¶ Tertiò facit † ad id quod not.Albe.de Rosa.in l.ex*

ea.ff.de postulan.ubi si aliquis bannitus commisit delictum irrogans infamiam etiam quòd tendat extra territorium, tamen semper cum infamia sequitur, sicut lepra leprosum. Si uerò non constat de illo delicto nisi per cõtumaciam, non erit infamis neq; in ipso territorio: prout latius firmat Barto.in l.ictus fustium.ff.de his qui notan. infa. Alexan consi.cxiiij.in ij.uolumi. Et ultra prædictam rationem, assignatur alia ratio: quia talis censetur bannitus potius uigore statuti, quàm ex lege publici iudicij: ex quo, omnia statuta sunt leges priuatorum iudiciorum, secundum Bal. Ange. Salice. & Roma. in l.ij.C.qui testa.facere pos. cum concordan. per Corne.consi.xlij.in j.uolu. unde, tales non censentur infames: nec continentur in l.j. ff.de his qui notan.infa. Quæ lex loquitur de damnatis ex publico iudicio.

5 ¶ Et † propterea inferunt, quòd bona talium condemnatorum in consequentiam condemnationis, non censebuntur applicata fisco: prout etiã tenuit Ange.in auten. bona damnatorum.C.de bonis proscrip. Est uerum, quòd contra hanc rationem tenet Areti.in l.eius qui.§.j.ff.de testamentis. quia licet statutum imponat nouam pœnam pro crimine publico: non tamen tale iudicium ideo desinit esse publicum: secundum Barto.in l.prima.ff.de publicis iudic.in ultima colum. Et uidetur statutum subrogari loco iuris communis, & habere eosdem effectus, ut ibi per eum: unde, melior est ratio: quia dicta lex prima, loquens de condemnato, debet intelligi de condemnato uerè, non per fictionem statuti l.tertia.§.hæc uerba.ff.de negocijs gestis.

6 ¶ Quartò facit, quia † si statutum uelit damnum emendari, debet intelligi si prius constet de damno illato, non autem fictè per contumaciam accusati: secundum Rayne. de Forli. in l. ij. ad finem. ff. ad sillani. quem refert & sequitur Bald. in l. si quando. C. unde ui.

7 ¶ Quintò facit: † quia ubi sententia est lata secundum positiones confessas ex contumacia, potest pars probare contrarium: secus si sit lata ex confeßione uera: secundum domi. Anto. in capi. fina. supra de confeßis. argumen. glos. in cap. ex tuarum, de purga. canoni. & idem tenet Imo. in l. creditor. §. iussus. ff. de appellatio. & latè per Franciscum de Aretio consil. cxlvij. uisa consultatione. in primo dubio.

8 ¶ Sextò facit: † quia talis sententia lata propter contumaciam, non parit præiudicium in alia caussa, etiam inter easdem personas. l. ij. §. diuus, & l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. Quod non esset, si fuisset lata propter malam caussam: ut per Bal. in l. ij. C. de eden. Corne. consi. ccxi. in fine, in iij. uolumi. unde etiam talis sententia nunquam præiudicat alteri, etiam in casibus in quibus aliâs præiudicaret. l. qui repudiantis, in fine. ff. de inoffic. testamen. & d. l. & ideo. ff. de euictio. glos. in §. fina. institu. de noxali. Barto. in d. l. cum filius. Bal. in l. i. in vi. q. C. ne filius pro patre.

9 ¶ Declaratur † supradicta præsumptio: ut licet talis contumax non præsumatur succubuisse propter malam caussam, sed propter contumaciam, habeat talis contra se etiam aliquam præsumptionem malæ caussæ. argumen. cap. nullus, infra eodem, ubi præsumitur contra eum qui dila-

dilationibus quærit ſubterfugere iudicium.

10 ¶ Et † *facit illud quod notabiliter dicit* Bald. *in l. j. in vj. col. C. de hæredi. inſtituen. ubi ſi aliquis ſit bannitus in contumaciam pro aliquo crimine, deinde admittatur ad nouas defenſiones, ſuberit tamen contra eum aliqua ſuſpitio delicti.* Et *propterea, etiam ſine alio indicio poterit torqueri. argumento. l. milites. C. de quæſtionibus. l. ſecunda & tertia. ff. de requirendis reis. quod nota in practica.*

XXIII. PRAESVMPTIO.

1 Opus in ſuo faciens, non præſumitur nocendi animo facere.
Intellige ſi ſibi proſit, alias ſi nihil proſit, & alteri noceat, præſumitur facere vt noceat: nec ſibi permittitur.
2 Opus in ſuo facere an alicui liceat, ſi ex eo facto alteri quàm ſibi reſultet vtilitas, & alteri noceat.
3 Frater vnus ſi vult vendere partem ſuam caſtri alicui extraneo, ſolum ad ęmulationem fratris, non poteſt, nec valet venditio.

Vigeſimatertia præſumptio.

V*Igeſimotertio.* ¶ † *Præſumitur ſi quis aliquod opus in ſuo agat, non nocendi animo facere. l. fluminum. §. fina. & l. ſequen. ff. de dam. infec.*

¶ *Quod intellige procedere, quãdo tale opus ſibi facienti prodeſt: aliâs ſi nihil ſibi prodeſſet & alteri noceret, præſumeretur facere ut noceat, & non permitteretur, quia doloſè ageret, ſecundum* Ioannem Fab. *inſtitutioni.*

de lege

de lege fusi.cani.tol.& legem primam.§.deniq; Marcellus.ff.de aqua pluuia arcen.& ita intelligitur l.domum. ff.de regu.iur.& idem tenet Imo.in l.si in eo fundo.ff.de aqua pluuia arcen.Et istud etiam uoluerunt Cyn.Rayn. & Salice.in l.altius.C.de serui.& Paul.de Cast.in l.cum eo.ff de serui.urba prædio.Bartholo.Veronen.in tract.de seruitu.urba.prædio.titu.de solo seu arca,col.ij.uersic.secundo fallit.& per do.Alexan.consi.clxxiiij.in ij.uolu. & hoc est utile ad multas quæstiones, de quibus ibi per eos.Et puto,quòd etiam qualibet leuis utilitas erit consideranda ad finē, quòd iste permittatur facere in suo quod uult.argu.l.res bona fide.ubi glos.ff.de contrahen.empt. & l.quamuis.C.de distract.pigno.Et ita intelligitur regula legis nullus uidetur.ff.de regu.iur.nam iniuriam alteri non facit,qui utitur iure suo.Sed si aliqua utilitas sibi nō resultet, non dicitur uti,sed abuti ad nocumentum tertij.

¶ ADDITIO. ¶ *Materiam huius præsumptionis & limitationis eius & quicquid hic traditur,latius multò & copiosius quàm hic tractat do.meus Ioan.Francis. à Ripa in l.quominus.col.v.& vj.nu.25.cum pluribus sequenti.ff.de flumini.in illa quæstio.Barto.an liceat domino fundi superioris,ædificare ibi molendinum,cum damno molendini inferioris, cui aufertur uel diminuitur aqua,uide ibi omnino copiose & plures cōcordan.ac autoritates.* Ioan.Nicol.

2 ¶ Quid † *autem si ex tali facto alteri resultaret aliqua utilitas licet sibi non resultet? Putarem licitum esse facere in suo,licet alteri inde noceat.l.cum in fundo. §.primo.uersi.quòd si uxor.ff.de iure dotium.*

Nec

¶ *Nec obstat textus in l.uirilis.§.si adierit.ff.de legatis præstandis.quia respondet* Ioan.Fabri,*quòd ibi ille faciebat principaliter ut noceret huic,sed non ut prodesset alteri. Sed istud mihi non placet, quia diuinat.unde, dic quòd in illo casu ille non utebatur iure suo, ex quo edictum prætoris simpliciter illi conseruauerat portionem suam,ut sibi prodesset,non ut alteri.*Et *propterea, si admonitus adijt hæreditatem, ut noceat emancipato, debet teneri de dolo,licet prosit seruis.*

¶ Pro *opinio.tamen* Ioan.Fabri *facit quod notat* Baldus *in l.prima,in penultima quæstio.C.qui testamenta facere*
3 *possunt.ubi dicit,quòd† si unus frater uult extraneo puta ueneto uendere partem suam castri, si principaliter hoc facit ad æmulationem alterius fratris, non potest nec ualet uenditio.l.quicunque castellorum.C.de fundo limitro.libro* x).*&* *in simili quod notant* Bartolus Paulus *de Castro &* Modernio.*in l.secunda.C ne fiscus uel respublica.&* Iason *in l.serui electione.§.labeo.ff.de legatis primo.*

¶ *Sed responde quòd illud procedit in castellis, quæ natura sui præstant magnam securitatem uolenti offendere, præsertim quando sunt limitropha,ut ibi dicitur: unde, illud non est trahendum generaliter ad quaslibet res,prout satis sentiunt* Docto.*in dicta l.ij.& in d.l.quicunq;. Cætera dic,ut per* Ioan.Fab.*in dicto loco,&* Bart.*in l.ij. in iiij.col.ff.solu.matri.*Ludo.Roma.*in d l.fluminiũ.§.fi.*

V*Igesimoquarto.* ¶ *Verberans seruum communem, non præsumitur id facere caussa iniuriæ alterius domini,* *xxiiij.præsumptio.*

domini, sed potius iure suo.l.item apud labeonem.§.si communem,ff.de iniurijs. Idem in fructuario uel proprietario tantum ut ibi, quod tamen puto intelligendum, nisi ex qualitate uerberum aliter esset coniecturandum, per ea quæ in simili notat Alexan.*consi.ciij.in iij.colum. in primo.& supra diximus.facit textus in l.prima.C.de emend.propinq.& glos.in l.nullus uidetur.ff.de regulis iuris. ubi licitum est propinquo, uerberibus corrigere minorem, dum tamen non excedat ex facti atrocitate: quia tunc hoc pertinet ad* Iudicem.*& uidimus supra in prima regula.*Et *adde etiam text.in l.aduersus.C.fami.ercis. ubi non datur actio expilatæ hæreditatis aduersus cohæredem:quia lex præsumit, quòd acceperit bona hæreditaria ratione partis suæ,non malo animo subtrahendi.*

XXV. PRAESVMPTIO.

1 Præsumitur quis militare, de pecunia patris vel affinium.

2 Empta res de pecunia mea, non est propterea mihi obligata.

Vigesima quinta præsumptio.

Vigesimoquintò. ¶ † *Præsumitur quis militare ex pecunia patris uel affinium.l.fina.C.de pigno.ubi si quis habens omnia sua obligata, emit militiam filio uel cognato,potest creditor intentare ius hypothecæ contra talem:quia lex præsumit emptam de pecunia sua:de quo etiam per* Barto.*in l.Imperator.§.fina.in fine.ff.de lega. secundo.*Quod *hodie declaratur per autenti.ibi positam, ut pro-*

ut procedat quando creditor ad hoc mutuauerat pecu-
1 *niam, ut emeretur militia. Alioqui regula est, † quòd res empta de pecunijs meis, mihi obligata non est, nec in ea sum potior iure hypothecæ l. quamuis ex ea. C. de pignori. præterquam in certis casibus: de quibus in l. interdum. ff. qui potio. in pigno. habean. per Cepolam cautela cxxiiij. uulgata est regula, & habetur in tractatu clausularum* VITALIS, *col. xlvij. in uerbo & specialiter obligauit.*

¶ ADDITIO. ¶ *Et latißime per Alexan. post alios in l. si cum dotem. §. finali. ff. soluto matrimonio. & præceptorem meum domi. à Ripa melius quàm alibi uspiam in l. Senatusconsul. quæ est lex prima, col. iij. & iiij. ff. in quib. cau. pig. uel hypo. tacit. contra. ubi tradit hanc regulam & multas limitationes.* Ioan. Nicol.

XXVI. PRAESVMPTIO.

1 Vxor quicquid acquisiuit constante matrimonio præsumitur acquisiuisse de bonis mariti ratione turpis questus euitandi.
Declaratur & restringitur nume. 2. 4. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16.
2 Concubina an præsumatur acquisiuisse de bonis concubinarij, quæ acquisiuit durante concubinatu. de veritate ibi: & seq.
3 Donatio est permissa inter concubinam & concubinarium, nisi sit miles vel doctor.
4 Vidua post annum luctus aliquid emens, non præsumitur emisse de pecunijs prædefuncti. Intellige nisi subesset aliqua cõiectura, quod etiam procederet, dato ꝙ trãsiuisset ad secũda vota. nu. 5.

Vxorem

6 Vxorem acquisiuisse constante matrimonio vel intra annum luctus, an agenti incumbat onus probādi, adhoc vt procedat præsumptio.l.quintus.de dona.inter virum & vxo.
7 Vxorē acquisiuisse de bonis mariti si extraneus dicat, an audiatur, sicut audiretur maritus, vel eius hæredes.
8 Vxor quæ acquisiuit constante matrimonio, licet præsumatur de bonis mariti acquisiuisse, tamen in possessorio iudicio debet ipsa obtinere: scilicet quando ipsa sola possideret, secus si cum marito.
9 Mariti præsumuntur esse quæ in sua domo reperiuntur, quamuis sint vxoris.
10 Vxor quæ habet bona, vel est negociatrix vel apparet quod aliunde habuit, non præsumitur de bonis mariti acquisiuisse.
11 Vxor si fuerit negociatrix, an quæ acquirit, viro acquirat, quasi teneatur operari viro.
12 Vxor si affirmat & probet, quod bona quæ acquisiuit constante matrimonio, habuit ab Amasio, illa non acquiruntur marito.
13 Vxor si probauerit sibi fuisse aliquid donatum ab aliquo consanguineo, cessat præsumptio & dispositio.l.quintus.de donationi.inter virum & vxo. Quid autem si sit illi donatum ab extraneo.
14 Vxor licet empta constante matrimonio, præsumatur de pecunia mariti emisse, rerum tamen dominium non transit in maritum, sed solum agere poterit ad pretium rerum.
15 Vxor non præsumitur constante matrimonio quæsita, de bonis mariti acquisiuisse, si habeat fortiorem præsumptionem pro se, quod aliunde acquisierit ex quæstu honesto.
16 Maritus si confiteatur quæsita per vxorem constante matrimonio, esse lucrum ipsius vxoris, an illi confessioni stetur, maxime in præiudicium tertij. nume.17.

Vigesimosexto.† præsumitur uxor quicquid acquisiuit constante matrimonio, acquisiuisse de bonis mariti, ratione turpis quæstus euitandi. l. quintus, ff. de dona. inter uir. & uxor. l. etiam. C. eodem. capitulo significauit, infra eodem titu. Et propterea talia bona erunt mariti seu eius hæredum. XXVI. Præsumptio.

¶ADDITIO.¶ De materia huius præsumptionis uide per Decium consilio. ccxxxvij. in casu proposito. colum. pe. Ioan. Nico.

2 ¶Declara† primò istud non procedere in concubina, quia lex facilius præsumit turpem quæstum in tali, quàm in uxore: & meritò. d. l. quintus. uidetur præcisè requirere, quòd sit uxor. Et istud suadet eius ratio. & facit: quia dato quòd talia bona peruenissent à concubinario, non tamen deberent ita simpliciter illi restitui.
3 †quia inter eos est permissa donatio, nisi sit miles uel Doctor. l. secunda. C. de donatio. inter uir. & uxo. Barto. in. l. affectionis. ff. de donatio. in. l. miles ita. §. mulier. ff. de testamen. milita. moder. in. l. miles, in princip. ff. de re iudicata.

¶Contrarium uidetur decidere Bald. in. l. j. per illum text. C. de natural. libe. ubi notat quòd concubina præsumitur acquisiuisse ex bonis amasij. sed Bald. ibi loquitur non de præsumptione legis, quæ transfert onus probandi: sed de præsumptione hominis seu coniectura, quæ arbitratu Iudicis posset esse ita efficax, quod faceret sufficiens indicium ad torturam. Et ita loquitur dicta lex prima, & sic debet intelligi quod not. Francis. de Crem. in singu. sexto. & Baldus in. l. cùm oportet, in quarta

 columna

columna.C.de bon.quæ libe.& Andre.sicul.in capi.j. in secundo no.de pecul.clerico.

4 ¶ Secundò † declara, ut non procedat in uidua emente post annum luctus, secundùm Ange.consil.cxlj. super primo. aliàs sequeretur secundum eum, quòd nulla mulier posset acquirere tutò, nisi ostenderet unde pecunia prouenerit. Et ita etiam debet saluari quod not.glos. in dicta.l.quintus, & Bald.in dicta.l cùm oportet, & in.l. fina.C.de pigno.& in consilio.clxiiij.à libello, in quarto uolumine.& est de mente Alberi in dicta.l.etiam, ubi distinguit, an mulier incontinenti post mortem uiri emat, an ex interuallo. Intellige ergo incontinenti intra annũ luctus. sequitur Cremen.in.d.singulari.vj.

¶ ADDITIO. ¶ Adde Deci.consilio præallegato ccxxxvij. & melius per domi. & præceptorem meum Francis.à Ripa.in.l.fœminæ, numero.40.folio.21.C. de secun.nuptijs, quàm lecturam inter opera de secundis nuptijs quæ aliàs congessimus adposui.ubi quicquid in hac limitatione traditur abunde pertractat. Ioannes Nicolaus.

5 ¶ Quod † procedit, quando non esset aliqua alia coniectura, per quam uerisimile esset etiam empta ultra annum luctus fuisse de bonis mariti: aliàs adhuc ista præsumptio militaret: datò etiam quòd ad secunda uota trãsiuisset, declarando ut per Ange.in dicto consilio centesimoquadragesimoprimo.

6 ¶ Tertiò † intellige, quòd ad hoc ut præsumptio procedat, agenti incumbit onus probandi quòd acquisiuerit constante matrimonio, uel intra annum luctus: aliàs præ-

sumptio

sumptio non procederet, secundùm Salice. in dicta. l. quintus, & in dicta. l. etiam. Quod puto uerum, quia isto casu intentio agentis fundat se in tempore: undè ipse debet probare: iuxta nota. in. l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de noui ope. nunciatio. Et quia (ut supra diximus) in definitione signa unde oriuntur præsumptiones sunt probãda. Et istud satis uoluit Bal. in. l. si uxorem. C. de cõditio. inser. & Alexan. consi. xlij. in quinto.

¶ Contrarium consuluit Areti. consi. xxj. & est de mente uberti de Bob. quem refert Alberi. de rosa. in dicta. l. etiam. Sed ista opinio posset procedere quando constat ex qualitate personæ & facultatum, talem mulierem uerisimiliter non potuisse habere ante tempus constantis matrimonij unde acquireret, De quo etiam per Alexan. in dicto consi. xlij. faciunt in simili no. per Abba. & Docto. in dicto capi. j. de pecul. cleri.

7 ¶ Quartò † declara supradicta, secundùm Bal. in. l. si uxorem, in ultima colum. C. de conditio. inser. procede re quò ad ipsum maritũ seu eius hæredes qui possunt opponere uxori, qđ dicta bona sunt quæsita de bonis ipsius mariti: secus quò ad extraneũ. ꝑ no. ĩ. l. ob maritorũ. C. nè uxor ꝓ marito. sequitur Alex. ĩ. l. q iure. ff. de acqui. pos.

¶ ADDITIO. ¶ Et idem Alexan. consi. cj. super primo dubio. lib. vij. Ioan. Nicolaus.

¶ Sed ista opinio restringit tex. in. d. l. quintus. & uerius uidetur, qđ quilibet cuius ĩtersit poßit opponere: ex quo ista præsumptio non est inducta ita demum, si maritus uelit, sed generaliter ut euitetur mala suspitio. faciunt nota. per Bar. in. l. ij. ff. de excep. rei iudica.

¶ADDITIO. ¶Vide etiam Deci. hanc sententiam amplectentem in præallega. consi. ccxxxvij. colum. penul. & fi. Ioan. Nicolaus.

¶Confirmatur: quia dato quòd maritus consentiret non esse quæsita de bonis suis, tamen talis consensus non deberet præiudicare illi tertio: quia talis confeßio est inter personas prohibitas: undè nemini præiudicat. l. qui testamentum. ff. de probatio. & infra etiam aliquid dicam. Facit glo. in. l. scripturæ. C. de fide instrumentorum.

8 ¶Quintò† declarat idem Bal. in dicta. l. si uxorem, non procedere istam præsumptionem quò ad possessoriũ quia in possessorio iudicio, mulier obtinebit, nec in eo inquiremus de hac præsumptione. l. fina. C. quorum bonorum, facit quod notat idem Bald. in dicta. l. cùm oportet, colum. iij. ubi filiusfami. habitans seorsum à patre, est tutus in possessorio, quòd bona quæ poßidet non sint profectitia. Intellige dictum Baldi, quando uxor sola poßideret, aliàs si poßideret cum marito, præsumeretur potius posseßio mariti, & ipsam poßidere iure familiaritatis: secundùm Alexand. post alios in dicta. l. qui iure, & quod

9 no. Bal. in dicta. l. ob maritorum. †ubi res quæ sunt in domo uiri, præsumũtur ipsius, propter præeminentiam, non uxoris.

¶Considera quòd hæc est magna ampliatio ad. d. l. qui iure: ut ille qui habet titulum, præsumatur adhuc poßidere iure familiaritatis, quando titulus ille iuris præsumptione ad alium spectabat.

10 ¶Sextò† non procedit quando constat, quòd mulier aliũde habebat undè potuit acquirere, puta quia habebat multa

multa bona ultra dotalia, uel erat negociatrix: secūdū Bal. in d. l. cùm oportet. Roma consi. clix. super eo, in. ij. col. Alex. consi. xl in penul. col. in tertio. Nam in isto casu, cessat turpis lucri suspitio, meritò ergo debet cessare ista præsumptio. Et idem etiam uidemus in prælatis, de quibus in capi. j. de pecul. cleri.

11 ¶ Adde† tamen, quòd in muliere negociatrice, ista declaratio uidetur dubia, ex quo mulier tenetur operari uiro. l. sicut. ff. de oper. liber. l. sed si uir, in prin. ff. de dona. inter uir. & uxorem, undè, uideretur quòd omne hoc lucrum tanquã ex operis debitis marito, esset mariti: prout est de mente practi. papien. in forma libelli, quo uxor agit ad dotem in uerbo tanquam bona paraphernalia.

¶ ADDITIO. ¶ Vide etiam Alexan. consi. ccix. ponderatis his. col. ij. lib. vj. Ioan. Nicolaus.

¶ Puto opinionem Bal. ueriorem: quia licet uxor teneatur operari uiro, non tamen tenetur negociari pro eo, ubi uerò sors esset mariti, fortè opinio alia procederet: & si in hoc esset aliqua consuetudo, ea deberet attendi: secundum hostien. & cæteros in dicto capi. significauit, infra de donatio. inter uirum & uxorem.

¶ ADDITIO. ¶ Adde etiam Alex. melius quàm alibi in consi. cxxxiij. uere crudelis. col. ij. lib. iiij. ubi egregiè pluribus arg. firmat, quod ea quæ uxor ex negociatione arte uel mercantia acquisiuit esse sua & non acquiri marito: nec teneri eam negociari pro marito. & abunde etiam D. meus à Ripa responsorum lib. iij. capite. iiij. quẽ omnino uide. Ioan. Nicolaus.

1 ¶ Septimò intellige supradicta per uiam præsumptionis,

ptionis,quæ oritur in casu dubio.Sed si simus in claro:puta quia mulier asserat se etiam illa bona lucratam ab amasio,& probet:tunc cessat præsumptio,ut probatur in dicta.l.quintus,& per Ang.in repetitio.l.sciendum,penul. col.ff.de uerbo.obliga.Et firmat practica,papien.in loco supra allega.& Guid.Pap.quæst.ccccxlviij.in fine:& addunt rationem,qua datum mulieri etiam ex turpi caussa,fit ipsius mulieris.l.deniq;.§.sed quod meretrici.ff. de condi.ob tur.cau.l.ij.& l.mercalem.C.eo. Sed illa iura loquuntur in muliere cum qua licitus sit coitus nec punibilis.l.iulia.de quo per Moder. in.l.si qua illustris.C. ad Orficia.aliàs ista lucra applicarentur fisco,ut per Ange. in dicta.l ij.& Iason.in dicto.§.sed quod meretrici.

13 ¶ *Idem † est,si mulier probet se aliunde lucratam quàm ab amasio,puta quòd frater suus sibi donauerit:secundum Fulgo.consi.cxcviij.in quæstione proposita.nam non præsumeretur fratrem fuisse interpositam personã, sed potius uerè sibi donasse,secundùm eum. Idem tenet Alberi.in dicta.l.etiam.quod fortè non procederet in extraneo.arg.l.fina.C.de pignori.Et quia extraneus eoipso quòd donat uxori alienæ inducit malam præsumptionẽ: undè potius credendum est,quòd adhuc pecunia peruenerit à uiro,& ipse sit interpositus per fraudem mulieris. In quo tamen,bonus Iudex arbitrabitur.*

14 ¶ *Octauo † intellige supradicta,ut quamuis mulier præsumatur emisse de bonis uiri , dominium tamen non transeat in maritum uel eius hæredes:sed solùm teneatur mulier actione personali ad pretiũ: secũdùm Bar.in.l.& si instrumenta, per illũ tex.C.de fide instr.lib.x.Bal.cõsi. lxvj.*

lxvj.punctus talis est in libro catasti,in quinto.Signor.de homod.consi.cxxij.factum sic præsupponitur quædam,et in consi.cxxvj.A.habens.

¶ADDITIO.¶Ita etiam uult præceptor meus do. à Ripa in.l.fœminæ.nu.40.fol.21. & respon.lib.iij.c.iiij. col.fi. Ioannes Nicolaus.

¶Sed in contrarium facit,quod notat hubert.de Bob.quē sequitur Alberi.in dicta.l.etiam,ubi uoluit quòd ista præsumptio operetur pro marito agente contra eum cui mulier uendidit:ex quo talis in eius locum succedit. regula is qui in ius,de regu.iur.in.vj.ergo sequitur,quòd non teneatur simpliciter actione personali,quia illa non transiret in emptorem.l.fina.§.fina.ff.de contrahen.emptio.et idē est de mente Abba.& Moder.in dicto capi.ij. ubi dicūt, quòd marito competit rei uendicatio.

¶Sed responde,quòd Barto.loquitur de re,quam constat fuisse emptam à muliere.Nam licet pecunia sit uiri,nō tamen res.l.j.& .l.multum.C.si quis alteri uel sibi. Sed dictum Alberi.debet intelligi,quando nō constat rem fuisse emptam à muliere:quia tunc præsumitur rem ipsam,quò ad dominium,pertinuisse ad maritum.d.l.quintus.

15 ¶Nono†declara supradictam præsumptionem, ut cedat fortiori præsumptioni,iuxta legē diuus.ff. de in integrum restitu.secundum Andre.sicul.in dicto capi.j.in secūdo notab.Pro quo facit quod ibi dicunt Butri.& Anchara.dum uolunt dictam legem quintus,non procedere, quando mulier esset diues,quæ nupsisset alicui pauperi. Nam tunc præsumeretur potens acquisiuisse de suo : & hoc satis probatur in.d.l.quimtus,& ex supradictis.

16 ¶ Decimò † declara supradicta, ut procedant etiam si maritus confiteretur esse lucrum mulieris: quia adhuc staret præsumptio, ex quo talis confeßio inter personas prohibitas non releuat. dicta. l. qui testamentum. ff. de probatio. & propterea censeretur maritus donare, unde nõ staretur huic confeßioni, nisi esset confirmata per mortẽ: secundùm Bal. in dicto consi. lxvj. in quinto.

¶ Potest dubitari de ista decisione: quia contrarium tenet Salice. in l. cùm propria, per illum tex. C. si quis alte. uel sibi, in fine.

¶ Non obstat lex qui testamentum, quia donatio inter uirum & uxorem est prohibita: & consequenter, si maritus donat rem suam, non tenet donatio. Sed in casu nostro non constat quòd sit sua, & sic cessat prohibitio, & si dicas constat, saltem per præsumptionẽ d. legis quintus, respondeo, quòd non uidetur minus efficax contraria præsumptio oriens ex confeßione mariti, cuius principaliter interest: prout uoluit Bal. in. d. l. si uxorem, de quo supra.

¶ Puto considerandos tres casus. Primus est, cùm pecunia numeratur per uxorem ementem suo nomine, & maritus fatetur esse uxoris: tunc stabitur confeßioni in præiudicium mariti. l. si mater, ubi Salice. C. de contrahẽ. emp. Alexan. consi. xxiiij. in prima colum. in primo. Soci. consi. lxv. uersiculo uigesimo.

¶ ADDITIO. ¶ Ita etiam cõsuluit do. meus à Ripa responsorum lib. iij. capite. iiij. ubi uult cessare præsumptionẽ dictæ. l. quintus. quando mulier emit de proprijs pecunijs, præsente & consentiente marito, & licentiam acquirendi dante: & uide ibi latißime de materia huius

præsum

præsumptionis. Ioan.Nicolaus.

¶ *Secundus casus est, quando ipse maritus emit nomine uxoris, & fatetur pecuniam uxoris: & tunc non stabitur illi confeßioni: quia præsumetur maritus donare. d.l. cùm propria. l. si non uerum. l. si filij, in uerbo nō donandi animo. C. de donatio. inter uir. & uxo. undè, non conualidabitur nisi per mortem, prout cæteræ donationes. l. cùm hic status. ff. eodem titu.* Bal. *in dicto consi. lxvj. uel per iuramentum: secundum nota. per* Moder. *in l. pacta quæ contra. C. de pact.* Et *est ratio. quia ex quo maritus numerat pecuniam, lex præsumit eam numerantis. l. ij. pro soc. ubi* Barto. *undè, confeßio sua aduersus præsumptionem legis inter personas prohibitas non tenet. dicta. l. qui testamentum.*

¶ ADDITIO. ¶ *Ista omnia etiam egregie tradit do. meus à* Ripa *in dicto capitu. iiij. responso. libro tertio.* Ioan.Nicolaus.

¶ Et *propterea, idem esset etiam si ipsa uxor emeret nomine suo, dummodo pecunia numeraretur à marito: per supradictam rationem.*

17 ¶ Tertius † *casus est, quid iuris respectu tertij?* Et *in utroque casu dicendum est talem confeßionem non præiudicare tertio creditori mariti. argumen. §. aliud, uersicu. si uerò non fuerit, in autenti. de æqualit. dotis. ubi si maritus confiteretur in instrumento augmentum dotis: licet talis confeßio sibi præiudicet: non tamen præiudicat creditoribus.* Sequitur Salice. *in dicta. l. si mater.* Et *istud tantò magis procederet stante statuto, quòd ad remouendas fraudes quæsita per uxorem acquirerentur marito.* Nam

tale statutum non fundaret se super ratione legis quintus: sed propter tollendas fraudes maritorum: qui, ut circumueniant creditores, faciunt quòd instrumenta acquisitionum cantent in personam uxoris. Nam tunc quò ad creditores sine dubio eorum confessiones nihil operarentur per supradicta.

¶ADDITIO. ¶ *Alias limitationes in quibus non procedit dispositio dictæ.l.quintus.uide per* Neuizanum *in sua sylua nuptiali fo.*28. Ioan.Nico.

PRAESVMPTIO XXVIII.

1 Dolum committere non præsumitur qui fraudem excludit.
2 Fraudibus uti licet habenti bonam causam, ad excludendas fraudes alterius partis.
3 Sponsiones quæ fiunt ludendo sunt stricti iuris & in eis licet captare verba.
4 Iudex promittens reo impunitatem si confiteatur delictum, an teneatur illi seruare fidem. sed an ex tali confessione veniat cõdemnandus, nu. 5.

xxvij. *Præsumptio.* *Vigesimoseptimo.†Præsumitur non committere dolum, qui fraudem excludit.l.cùm pater.§.titio.in fi. ff.de lega.ij.facit quod not.Cor.cõsi.lij.in.ij. col.in.ij.uolu.ubi non uidetur dolo egisse, qui clam renunciauit alicui iuri, sub fiducia, nè tale ius ueniret in cõpromissum, quod erat incontinenti facturus. Quod fit quotidie in his qui dubitant propter magnos fauores partis, uel ex alia caussa.*

Et facit

2 ¶ Et facit † etiam glo.in capitulo cupientes,de electio.in sexto. & in capitulo dominus .uigesimatertia, quæstione secunda. cum similibus.ubi,licet habenti bonam caussam uti fraudibus ad excludendas fraudes alterius partis. De quo etiam per Corne.consilio sexto, penultima columna.in tertio.Andr.sicu.in.l.prima § . si stipulanti.ff.de uerborum obligationibus , & talis dolus dicitur bonus & solertia,non autem dolus malus. l.j.§.non fuit.ff.de dolo.

¶ Et facit quod not.Archidiaconus.xxij.quæst . ij . utilem,& Iason in lege si mora,in tertio notab.ff.soluto matrimonio.ubi loquuntur de quodam papa,qui simili dolo extorsit confessionem simoniæ ab aliquo Episcopo: Et quod de Carolo rege, notat Andr.de Isernia,in capitulo publici latrones,in fine,de pace tenen.& eius uio. uide Andr.sicu.in repeti.legis cùm acutissimi. columna xxiiij.C.de fideicommiss.Iaso.in.l.si is qui pro emptore, in.v.colum.ff.de usucapio.

¶ Facit etiam quod not.Bald.in.l.addictos.C.de episcopa.audien. ubi dubitat, nunquid baruarij dicantur uti simili dolo,qui aliquem reum interficiunt: dum timent, nè sibi per uim eripiatur.ubi tamen concludit quòd non licet.Et ad supradicta facit regula,quòd dolus cum dolo compensatur.l.uiro atq; uxore.ff.soluto matrimonio.l. domum,in fine.ff.de contrahen.emptio.De qua dicendum est ,ut per Moder . in.l. finali.§.sed & si stipulator.ff.de eo per quem factum erit. ¶ Et ista præsumptio

3 † facit ad istas spōsiones,quæ fiunt quotidie ludēdo,in quibus ex natura actus uidetur licita eē captatio uerborū

& sunt

& sunt stricti iuris.l.si rem.§.fina.ff.de præscrip.uerb.
4 †Et facit etiã ad quæstio.an Iudex debeat seruare reo fidem, cui promisit impunitatem, si confiteretur, & uidetur quod nõ:ut per Geminia.in cap.nos in quemcunq;,secundo.& felin.in cap.afferte.infrà eod.& in capt.accedens,ut lite non contesta.facit quod notat Bald.in cap. primo.§.fina.col.penulti.de pace iura. firman.Et facit etiam glo.in§.neq; autem in uerbo homicidis,in auten. de manda.Princi.petrus & Cyn.in l.præsenti,in fine.C. de his qui ad ecclesiam confug.Et est ratio,quia talis promißio non est de dependenti à uoluntate Iudicis,qui non debet per hoc posse alterare ius publicum,l.illicitas.§. ueritas.ff.de offic.præsid.Est uerum,quòd si conijectaretur illam confeßionem emanasse,ut spe illius promißionis tantum,non quod ita se ueritas haberet,tunc nõ esset standum tali confeßioni:quia confeßiones reorũ non semper pro exploratis criminibus habentur.l.prima,ĩ fine. ff.de quæstio.Et ita intelligo quod notant moder.in l.ea est natura.ff.de regulis iuris.

5 ¶ADDITIO.¶Aduerte†quod licet iudex non debeat ei dare impunitatem,non tamen ex tali cõfeßione ita dolose extorta uenit aliquo pacto condemnandus ut egregie & per multa fundamẽta consuluit Ioã.de Imol. consi.cix.uisa inquisitione prædicta.refert & sequitur & illius fundamẽta recitat Hippol.marsil.in.l.1.§.quæstioni.ante fi.ff.de quæstio.& sing.cc1.in confessum.& in.l.si quis obrepserit.col.fi.ff.de falsis.& in rub.de pbatio.nu.us.uersi.itẽ scias quod confeßio debet esse pura &c. Ioan.Nico.

Præsumptio,

PRAESVMPTIO XXVIII.

1 Feudũ in dubio præſumitur antiquum. quod qualiter intelligatur, late traditur.
2 Prælatus ſi inueſtiat aliquẽ in feudo, & aſſerat eſſe antiquum, an ſtetur ſuæ confeſſioni, in præiudicium eccleſiæ.
3 Contrahentium aſſertioni nõ ſtatur, vbi actus alias illicitus per talem aſſertionẽ fieret licitus.
4 Feudum conceſſum cum clauſula iure antiqui & paterni feudi, an dato quod feudum ſit nouum, habeat effectus omnes antiqui feudi.
5 Epiſcopus non poteſt concedere nouũ feudum, cũ clauſula, iure antiqui & paterni feudi.
6 Feudum eſſe antiquũ [quod tamẽ nouũ erat] licet princeps confeſſus fuerit, ſi tamẽ hoc non fuit factum per verba conceſſiua ſeu diſpoſitiua, non obeſt veritati talis confeſſio.

XXVIII. *Præſumptio*

Vigeſimooctauo.†Feudum in dubio præſumitur antiquum, non autem nouum. capitulo.1.§, primo, de ſucceßio. fratrum, ſeu gradi. ſucceßio. in feud. quem ibi not. Bald. *& text. in capitulo primo. ubi Aluaro. poſt alios, ſi de feud. fue. controuer. inter domi. & agna. & dicit ibi* Iaco. *de* Belui. *& nicol. de neapo. quòd benignior præſumptio eſt, ex quo conſtat, quòd fuit feudum præſumere potius quòd ſit antiquum, quàm quòd ſit nouum, ut agnati ſuccedant, qui aliter excluderentur, ut ibi per eos.*

¶ ADDITIO. ¶ *Contrarium uidetur tenere* Do. *Matthæus de afflictis, in cõmentarijs conſtitutionũ* Nea*poli. in titul. de ſucceſ. nobiliũ. col.* xvj. *nu.* 60. Rub. xxvj.

dicens

*dicens quod in dubio feudum præsumitur nouum,nisi sint indicia quod sit paternum,& quod indicium erit,si probetur antiquitas temporis.*Item *si probetur quod pars feudi est antiqua,quia tunc ratione partis præsumitur idem de toto,& mouetur in his autoritate* Bal.*& aliorum:dic ut per eum.* Ioan.Nico.

2 ¶Et *ex his infertur,quòd †si prælatus inuestiat aliquem in feudo,& asserat esse antiquum, quod stabitur tali confeßioni,& ualebit inuestitura,licet si esset nouum,non ualeret.& est ratio,quia statur confeßioni prælati in præiudicium* Ecclesiæ,*quando cum illa confeßione concurrit præsumptio iuris.cap.si diligenti,ubi* Abbas *in tertio notabi.infrà de præscrip.ca.ij.infrà de capell. monach.& ita resident aliqui moderni.*

¶*Sed tu aduerte,quia contrarium tenuit* Bald.*in proœ.*
3 *feudo .in tertia diuisione:quia† non statur assertioni simplici contrahentium,ubi actus per talem confeßionẽ fieret licitus:qui aliàs esset illicitus.l.si fortè,ubi* Barto. *ff.de castren.pecul.l.si donatione.C.de collatio.sequitur marti.de laud.in capitu.j.in.vij. columna.qui feud.dare poss.*Imo.*in capi.ij.infra de feud.*Alexan.*consi.x.ponderatis,in tertio uolumi.*Et *istud procedet,etiam si prælatus cum capitulo iurassent:secundũ* Iaso.*post alios,in.d. proœmio feudo.in.vij.charta.*Et *istud tenẽdo,quod uidetur uerius,potes respondere ad argumentum contrariũ, negando quòd confeßio prælati sit conformis præsumptioni iuris.*Nam *ad hoc,ut præsumptio ista habeat locum,requiritur quòd constet de posseßione anteriore:& sic si inuestitus probaret,quòd ante illam confeßionem*

nem possideret: tunc procederet præsumptio: & ita propriè loquuntur iura supra allegata. Et isto casu, uera est opinio modernorum. Aliâs si dominus possideret, tunc cessat præsumptio. cap. j. de conten. inter me & do. Alexand. in. d. consilio. x. & moder. in. d. procem. Et idē credo, quando non constat, an dominus an uasallus possederit: quia licet hodie uasallus habeat, non præsumetur retro. ut no. in. l. ex persona. C. de probatio. & supra diximus in secunda principali regula. & probatur in. d. ca. primo, de cōten. inter me & c. uersicu. alioquin: nisi probet paternum. Et cùm supradicta procedant per uiā præsumptionis, sequitur quòd si probaretur contrarium, probatio præualeret: ut habetur in dictis iuribus.

4 ¶ *Quòd† intellige si concessio feudi esset facta cum clausula, quòd concedit iure antiqui & paterni feudi. Nam tūc, dato quòd feudū esset nouū, haberet tamē effectus omnes antiqui feudi, secūdū Bal. in. c. j. de aliena. feudi paterni, cū multis cōcordā. per Frāc. de Cur cōsi. xlix. uer. v. & fortius, & ī uersi. ad quintū. & est cōis opinio.*

¶ ADDITIO. ¶ *An feudū nouū cōcessum cū clausula, iure feudi paterni & antiqui & c. habeat effectus feudi antiqui, uide post alios hic allegatos, Do. Frāc. Curtiū Iuniorem in suo tractatu feudo. in. viij. q. primæ partis. col. ij. nu. 8. ubi melius quā alibi hæc. q. examinatur, & cōcludit cōem esse quod sic. & ultra hic allegata, etiā allegat Aret. consi. pe. & Alex. cōsi. lv. perspectis. col. xij. in iiij. uolu. & consi. primo. col. ix. in. v. & cōsi. xxix. col. fi. eodem lib. uide etiam Do. meū à Ripa in. l. j. colum. ij. ff. de legat. j.* Ioan. Nico.

Pro qua

pro qua facit, quia princeps concedendo feudum nouum iure antiqui & paterni, satis ostendit se tribuere illi iura antiqui feudi: licet non sit. argumen. l. primæ. C. de iure aureo. anulo, ubi si liberto concedit ius ingenuitatis, uult eum perinde haberi, ac ingenuum, licet non sit. Nam *aliud est esse feudum antiquum, aliud concedi iure antiqui.*

5 ¶ *Limita† tamē hoc non procedere, quando concedens non haberet potestatem ita paciscendi, puta in* Episco*po: secundum* Bald. *in. d. tertia diuisione.* Paul. *de castro consilio. clvj. quod istud feudum.* Alexan. *in. d. consi. x.*
¶ ADDITIO. ¶ *Ita etiam limitat* Do. Fran. Curt. *iunior in suo egregio tracta. feud. in. viij. q. primæ partis. colum. iiij. nu. 11. in fi. & nu. 12. cum seq. ubi etiā exemplificat in episcopo. & ibi etiam sublimitat hanc limitationem. uide omnino.* Ioan. Nico.

¶ *Idem si inde oriretur aliquod præiudicium tertio, ubi dominus non intenderet præiudicium, argu. capi. primi. de uasallo decrepi. æta. & cap. j. an agna. uel fil.* Bal. *in. l. j. q. xlj. ff. de rerum diuisio.* Alexan. *cōsilio. xxx. in primo uolumi. ubi si princeps concedit feudum antiquum iure feudi noui: per talem concessionē, non præiudicatur tertio, & sic agnatis, quominus succedant in tali feudo.*
¶ ADDITIO. ¶ *Ita etiam tradit* Do. *Franciscus* Curt. *iunior, in tracta. feudo. in. viij. q. primæ partis. col. iij. nu. 10. & 11.* Ioan. Nico.

6 ¶ *Limitatur etiā† quādo clausula illa nō esset prolata per uerba dispositiua seu concessiua: sed princeps simpliciter fuisset confessus feudum esse antiquum.* Nam *cum confeßio*

confessio nihil inducat de nouo, sed inductum probet.l. publia.in princi.ff.deposi.probato, quòd feudum esset nouum, starctur probationi uerę aduersus confeßionem, ut per Barto.& Paul.in l.cum falsa.C.de iur.& facti igno. Et secundum has limitationes, potest etiam intelligi, quod notant Paulus de Castro & Alexan.in dicto consilio:& Oldradus consilio clxxviij.quidam nobilis: aliâs malè loqueretur.

¶ ADDITIO. ¶ *Et Alberi.de Rosa.in suo dictionario, in uerbo feudum. Ioan.Nicol.*

¶ *Et responde ad rationes contrarias, ut per Francis.de Curtc in consil.præallegato.*

XXIX. PRAESVMPTIO.

1 Furtiua res licèt reperiatur in domo alicuius, nõ tamen ille præsumitur fur, nisi & aliæ concurrant coniecturæ.

Emens rem furatam, licet ignoranter, tenetur tamen rem domino restituere, nullo etiam pretio, sibi reddito.

Limitatur.2.3.4.5.7.

2 Emens rem furatam, cum protestatione, quod casu quo sit aliena, intendit eam emisse nomine domini, & quod paratus est reddere restituto sibi pretio, an recuperet pretium à domino propter talem protestationem.

3 Redimens rem alicuius ab hostibus vel latrunculis exteræ gentis, non tenetur rem illam domino restituere, nisi restituto sibi pretio.

5 Furtiuæ rei dominus si emptori bonę fidei pretium restituerit, non potest postea illud condicere.
6 Ludo si quis lucretur pecuniam filiofami. vel famulo, quæ erat domini vel patris, an præsumatur sciuisse pecuniam fuisse patris vel domini.
7 Statutum vel consuetudo dictans quod ementes vel in pignus accipientes res furtiuas non teneantur eas restituere nisi pretio recuperato à domino, est validum. Sed quos liget, quos vero non, late traditur.
Iudæi habent priuilegium à communitatibus vel principibus, quod non posint conueniri rei vendicatione, nisi dominus offerat pecuniam.
8 Priuilegia concessa à communitatibus non ligant clericos inquantum sunt illis præiudicabilia.
9 Scholares alienigenæ non ligantur statutis vel priuilegijs ciuitatum circa ea quæ respiciunt decisoria litium, secus circa præparatoria & ordinatoria iudiciorum.
10 Scholares non dicuntur in loco studij contraxisse domicilium, nisi ibi per decennium habitauerint cum animo contrahendi domicilium.
Statutum quod scholares habeantur pro ciuibus, intelligitur ad sibi vtilia, non ad damnosa.

Vigesimanona præsumptio.

Vigesimonono. ¶ † Quamuis res furtiua in domo reperiatur alicuius, non tamen præsumitur ille esse fur nisi concurrentibus alijs coniecturis. l. inciuilem. ubi glos. Bartolus Baldus & Paulus. C. de furtis. Baldus & Imola in l. finali. ff. de hæredi. instituen. Salice. in l. finali. C. de quæstio. Ange. in tracta. malefi. in uerbo & uestem cælestem abstulit.

Additio

¶ ADDITIO. *Cum alijs pluribus concordan.allegatis per* Hippoly.*consil.lij.misericordia.colum.viij.nu.33. & nume.40.& eundem consil.lxxij.munda.colum.penulti.& fina.& in l.qui falsam.colum.penulti.ff.de falsis.& in singulari cccxcij.aduertas.in quibus locis multa cōgerit ad hoc, quòd si res furtiua fuerit reperta penes aliquem uirum bonæ famæ & non solitum furari non præsumitur ille fur esse, secus si reperiatur penes aliquem malæ famæ & conditionis, quia tunc præsumetur fur, quæ præsumptio sufficiet ad torturam, secundum* Barto.*in l.fina.de quæstio.& alios in uarijs locis ut per* Hippoly.*latißi.ubi supra.* Ioan.Nicol.

¶ Et *propterea, quamuis aliquis emerit rem furatam, non tamen tenetur furti,nisi scienter hoc fecerit, licet compellatur restituere rem domino sine pretio.dicta lege inciuilem.quod not.contra* Iudæos *fœnerantes super uestibus alienis.*Nam *quamuis nesciant esse alienas: tamen tenebuntur ad restitutionem, nullo sibi pretio reddito. facit text.in clemen prima.de usuris.* Recipit *tamen ista opinio aliquas declarationes.*

2 ¶ Prima † *est,ut non procedat quando emptor protestaretur in contractu,quòd casu quo sit aliena,intendit eam emisse nomine domini: & quòd paratus erit reddere ac sibi restituere ,reddito tamen pretio & interesse: secundum* Hostiensem *in summa de pœnitentijs & remißioni.§.finali.uersiculo quid si emit rem deprædatam. tenet & sequitur* Bartholomæus Veronensis *in cautela decima,incipien.si quis emit:*Iason *in l.si pretium.*C.*de procuratori.*

¶ Sed ista opinio sic intellecta, non habet nec bonam rationem, nec legem, unde teneo contrarium: quia cum domino competat libera rei uendicatio ad rem suam: fatuum est dicere, quòd per talem protestationẽ tollatur ius ipsius domini, contra regulam legis id quod nostrum. ff. de regu. iur. Imò talis protestatio potius debet facere dolum præsumi, qui colligitur ex coniecturis. Quo casu, etiam emptor teneretur furti, ut not. in l. inciuilem. Nam ista protestatio emptoris ex nimia diligentia arguit dolum. l. si quis sub conditio. ubi glos. Barto. & Docto. ff. de condit. institu. & quod not. Bald. in cap. j. uersic. quæro de quibusdam, in titu. de feud. dato in uicem legis commissor. & in l. emptione. C. plus ualere quod agitur: aliàs esset aperta uia euadendi euictiones: etiam si inutiliter negocium gereretur pro domino: quod est ualde absurdum.

¶ Secundò declarat Bartholo. Veronen. & Ias. in dictis
3 locis, † ut non procedat, quando emptor redemisset rem ab hostibus uel latrunculis exteræ gentis. l. mulier in opus. ff. de capti. Nam tunc, dominus non poterit eam habere nisi soluto pretio. Et istud est ualde æquum: ex quo, omnino dominus non potuisset eam consequi aliqua actione ab eis: meritò debet teneri redemptori.

4 ¶ Tertiò declaratur, † quando pretium rei uenditæ esset conuersum in utilitatem domini: quia tunc non poterit rem ab emptore habere, nisi pretium restituat. d. l. si pretium. ubi glos. & Docto. C. de procurato.

5 ¶ Quartò † declaratur ut non procedat, quando ipse dominus restituisset pretium emptori bonæ fidei: nam tunc non poterit amplius illud condicere, ut uidetur probari

bari in l.seruus cuiusdam.ubi Paul.& Ias.ff.de condi.indebi.Et licet ille text.loquatur in eo qui accepit pignori magidem,id est lancem rotundam argenteam:tamen idem est in emptore.Et potest esse ratio,quia soluēdo pretium, uidetur dominus tacitè confiteri, quòd illam rem dederit tertio,ut illam pignoraret.Quæ præsumptio capitur in fauorem eius,qui bona fide mutuauit:secus si sciens.

¶ Sed posset dubitari in casu dictæ legis seruus, si ipse seruus pignorasset,nunquid fœnerator præsumeretur sciuisse? dubium facit:quia debuit fœnerator scire conditionem istius.l qui cum alio.ff.de regu.iur.Barto.in l.fina. de adulte.non debuit ergo credere seruo,nisi pignorasset nomine domini:quia tunc uerisimiliter potuit præsumere

6 de mandato.Et † hoc facit ad quæstionem si quis lucretur pecuniam famulo dispensatori uel filio famil.quæ erat domini uel patris:si scienter, furti tenetur:aliâs, potest conueniri tantummodo ciuiliter: secundum Bal.in rubri.C.de condi.ob turpem cau.Ias.in d.l.seruus, per illum tex.Augusti.de arimi.in additio.ad tracta.malefic.Ange. in uerbo mentidori, de mali dadi.col.prima, nunquid in dubio præsumetur sciuisse? crederem quòd sic, ex quo debet esse certus de conditione ipsorum,d.l.qui cum alio.& debet scire quòd filijfamil.uel institores seu famuli non solent habere de proprio multas pecunias,quas ludant.facit quod notat Paris de Puteo in tracta.de ludo, in tertio, & in vij.col.non tamen posset procedi aduersus tales lusores ad pœnam corporalem:ex quo non sunt in dolo, sed in culpa prout in simili dicit Paul.consil.xxxij.licet ista sit quæstio,in fine,uersicu.uenio ad quartum, de quo per

Moder.in d.l.qui cum alio.

7 ¶ Quinto † declaratur,ut non procedat quando statutum uel consuetudo aliter dictaret,unde, Iudæi habent priuilegium à communitatibus uel principibus,quòd non poßint cōueniri rei uendi,nisi dominus offerat pecuniam: ut dicit Abb.in cap.quod clericis,in viij.col.de foro competenti.Ioan.de Ana.consilio lxx.uisis & ponderatis.Est uerum, quòd oritur non modica suspitio auaritiæ & fœnoris contra ipsos concedentes.

¶ Tale tamen priuilegium uel statutum non haberet locum,quando mutuans sciret rem esse alienam,ex quo furtum committeret.dicta l.seruus.quod non potest remitti quando est de futuro.l.iuris gentium.§.si paciscar.ff.de pactis.& ita tenet domi.Paul.Pic.in repetitio.rubri.ff.de rei uendica.in vj charta.

8 ¶ Item † non haberet locum aduersus clericos uel extraneos:secundum Abba.in dicto c.quod clericis: quia talia priuilegia non ligant eos,qui non sunt subditi concedenti:sequitur Fely.in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ,de constitu.col.xlvj.uersi.quartum exemplum.

9 ¶ Et eadē ratione,† non ligaret scholares alienigenas existentes in studio:secundum Abba.ibi,& Francis.Cremen.in singu.lxxxj.pone Iudæi, & late per Pic.in dicta repetitione. Statuta enim & consuetudines respicientes decisoria litium,non ligant extraneos: ut habetur in d.c. quod clericis,& in l.j.C.de summa trinita.& fide catho.

10 prout sunt scholares,† qui non dicuntur contraxisse domicilium in dubio, nisi habitauerint per decennium.l. ij.C.de incol.lib.x.& etiam ultra decennium, si non habent

bent animum contrahendi domicilium, non contrahunt: ut per Abba. in cap. fina. infra de parochia.

¶ ADDITIO. ¶ *Vide Barto. in l. quæsitum. ff. de lega. iij. Alexan. & Iason. in l. cum filiusfami. ff. si cer. peta. Ludoui. Bologni. in repe. auten. habita. col. xxvj. uersi. sed quæritur ex quo quis stat &c.* Ioan. Nicol.

¶ *Et ista procederent, etiam si statutum uellet, quòd scholares haberentur pro ciuibus: quia tale statutum non intelligeretur, nisi ad sibi utilia, per Barto. in l. iij. §. si emancipatus. ff. de bono. pos. con. tab. Moder. in l. si ruffinus. C. de testa. mili. Alexan. consi. xxxij. in prima col. in quinto.*

¶ ADDITIO. ¶ *Adde etiam Ludouic. Bologni. in dicta autentica habita. colum. xxv. uersicu. quærit, Salice. & egregie domi. meus Franciscus à Ripa, in l. prima. colum. ij. nume. 7. ff. de legatis primo. ubi allegat concordan. quod stante statuto, quod scholares per omnia tractentur ut ciues, quod nō per hoc perdunt priuilegium dictæ auten. habita. quia illud statutum intelligitur quo ad eis utilia non quò ad damnosa: quem uide quia multa egregia tradit.* Ioan. Nicol.

¶ *Quò † uerò ad præparatoria & ordinatiua, uerum est quòd scholares ligantur consuetudine ciuitatis: ut per Gemi. & Cardina. Alexan. in cap. qui contra. viij. distinc. Idem in his, quæ aliâs essent scandalo ciuitatis. capit. illa. xij. distinc. & per Cardina. in clemen. fina. in v. q. de celebratio. missa. Abbas in capit. penulti. de obserua. ieiunio. Christopho. Porcus in §. constat, institutio. de iure naturali gent. & ciui. Et ita distinguendo, tolluntur quædam obiecta Pici in dicta repetitione.*

XXX. PRAESVMPTIO.

Errans in iure non præsumitur in dolo.
Limitatur nu.3.& 4.
2 In præscriptione non sufficit quem carere dolo, sed etiam bona fides requiritur, ideo error iuris nõ excusat, secus in acquisitione fructuum.
3 Errans in iure vbi ius resistit actui præsumitur in dolo.
4 Errans in iure naturali vel quasi præsumitur in dolo, nec ei succurritur: idem si in iure ciuili notorio & indubitato.
5 Error iuris notorij & indubitati non excusat.
6 Causam quamlibet etiam iniustam excusare à dolo, quomodo debeat intelligi.
Error iuris qualiter probetur, & an probetur iuramento partis.

Trigesima præsumptio.

TRigesimò. ¶ † *Non præsumitur quis in dolo, licet errauerit in iure.l.sed si lege.§.scire autem.ff.de petitione hæredita.l.si quis in graui.§.si quis ignorans.ff.ad sillania.l.si quis id quod.ubi Alexand.ff.de iurisdictione omnium iudicum.§.quia tamen.ubi Ange.Institu.ui bonorum rapto.*

2 ¶ *Et propterea, in his casibus in quibus satis est quẽ dolo carere, etiam error iuris excusat: prout est in acquisitione fructuum: licet secus sit in præscriptione: quia in ea, non est satis carere dolo, sed requiritur quòd bona fides adsit: ut per Barto.imol.Paul.in l.si fur.§.1.ff.de usucap. domi.Abb.in cap.si diligenti, in 7.col.ubi etiam alij, infra de præscriptio.*

Limita-

3 ¶ Limitatur † ista præsumptio, ubi ius contraueniret, uel resisteret actui: quia tunc præsumeretur in dolo. cap. qui contra, de regu. iuris, in vj. l. quemadmodum. C. de agricolis & censitis. libro xj. Et sic, regula non procedit, nisi quando ius non adsistit nec resistit: secus si resistat, ut declarat Barto. in dicto §. scire. sequitur Abbas in capitu. consultationibus, de iure patronatus, & in capitulo grauis, colum. penultima, de restitutio. spoliato. & in capitu. dilecto, colum. iij. de præbendis. Alexan. consilio lxxiij. in ultima colum. in secundo, & Curtius consi. lxxj. princeps defunctus, col. v. & sequenti, Fely. in cap. de quarta, col. x. de præscrip. ubi respondet quibusdam rationibus Abba. in dicto capi. si diligenti. Et quando dicatur lex resistere uel non adsistere, ponit Barto. in l. cum lex. ff. de fideiusso. & in l. j. col. fina. de nouatio. & Bald. in l. non dubium. colum. penulti. ubi alij. C. de legi.

4 ¶ Limitatur † etiam ultra Barto. quando quis erraret in iure naturali uel quasi. Nam tunc, præsumeretur dolus, & huic erranti nullo pacto succurreretur: secundum Ange. Rapha. Comen. & Imo. ibi in ultima charta, in princi. in l. ex consensu. §. fina. ff. de appellatio.

¶ ADDITIO. ¶ Adeo ut nec rustico quidem in eo iure erranti parcitur, tex. not. in l. uenia. ubi Ias. post alios notat, & Decius ibidem col. ij. & notabiliter do. Francis. Curtius iunior ibidem, col. j. C. de in ius uocan. ubi quantum ad rusticum adducit aliqua iura in contrarium: quibus respondet, ut per eum. Ioan. Nicol.

¶ Et idem si erraret in iure ciuili notorio & indubitato, ut ibi per eos: qui inde concludunt, quòd non admitte-

retur excusatio contumacis, si allegaret talem errorem: imò sua allegatione non obstante, haberetur pro uero contumace: sequitur Alexan.consil.ciij.uideretur prima, col.penul.in primo uolumi.

5 ¶ *Et facit,† quia talis error nunquam excusat: ut concludit Alexand post Dyn.& alios in d.l.si quis id quod. Bal.in l.error.in prima quæstio.C.de iur.& facti ignoran.& quod notat idem Bald.in l.leges sacratißimæ.C.de legi.Et secundum has declarationes, debet intelligi tex.in l.igitur §.potest, de liberali cau.glos.in l.plagij.C.de pla-*
6 *gia.in l.j.in fine.ff.de abige.dum dicitur,† quòd quælibet caussa etiam iniusta excusat à dolo: declara, dummodo non sit iniusta: quia contra ius prohibitiuum uel naturale, uel etiam ciuile notorium & indubitatum. Quomodo autem probetur iste error, ponit Barto.in l.nō fatetur. ff.de confeßis.Alexan. consil.xlvj.penulti.col.in tertio. Corne.consil.cxxxvj.col.iij.nume.2.& dicit Bal.in l.j.C. si quis ignorans rem mino.quod probatur ex indicijs & coniecturis.Si autem persona est fide digna, probabitur per suum sacramentum: sequitur Curti.dicto consil.lxxj. col.ix.Quòd posset procedere, quando esset tanta præsumptio probitatis uel aliæ coniecturæ cōcurrentes, quòd offuscarent præsumptionem legis, quòd quilibet præsumatur scire iura: de qua infra dicam. Cætera dic, ut per Alexan.in dicta l.si quis id quod.*

XXXI. PRAESVMPTIO.

1 Scire iura quilibet præsumitur: & iuris error non

non præſumitur niſi probetur.
Quæ præſumptio non procedit in præiudicium tertij. nume.2.
3 Inſtrumenti tenorem ſi quis velit probare nõ ſat eſt quod teſtes ſimpliciter dicãt de contentis in eo, ſed requiritur quod ſint periti, vt ſciant deponere de ſolennitatibus.
4 Actum nullum & peccantem in forma facientes, an præſumantur neſcire eſſe nullum.
5 Extrauagantis notitiam, non præſumitur quis in dubio habere, quando illa non eſt publice nota.
6 Ignorans leges an præſumatur in dolo vel lata culpa.

Trigeſima prima præſumptio.

Trigeſimoprimò. ¶ † *Quilibet præſumitur ſcire iura.l.leges ſacratiſſimæ.C.de legibus.& propterea, error iuris nõ præſumitur, niſi probetur.l.ſi hæres ab eo.§.fina.ff.ad Trebellia.& per Barto.in d.l.non fatetur.*

¶ *Sed tu aduerte: quia iſta regula prima fronte eſt dubitabilis, nam præſumptiones legum accommodantur circa ueriſimilia & communiter accidentia, ut per Bald.in l.ſiue poſſidetis.C.de probatio.& in rubri.C.eodem titu. Facit gloſ.in l.non hoc.C.unde legi.& diximus ſupra in definitioni. Sed nos uidemus à communiter accidentibus, quòd maxima pars hominum ignorat iura, imò etiam periti falluntur.l ij.§.ſeruius autem Sulpi.ff.de origi.iuris. & gloſ.notabi.xxiij.diſtinctio.cap.preterea. Et ideo non uidetur quòd iſta præſumptio ſecundum legitimos iuris tramites procedat.*

¶ *Sed reſponde, quòd dato quòd multi ſint qui neſciant iura, tamen omnes debent ſcire.dicta lege leges, uel per ſe, uel per alium, ut per Barto.in l.bonorum.ff.de bono.poſ. titu.*

titu.genera.& in l.regula.ff.de iur.& facti ignoran.& habetur in l.iuris.C.qui admitti.meritò cum teneantur scire,lex præsumit quòd sciant: quia lex præsumit, quòd quisque sciat quod debet.argu.d.l.meritò. Et *quia paria sunt scire uel scire debere.l.quòd te.ff.si cer.pet.l.penul. §.cum ita,ubi* Barto.*ff.de auro & argen.lega.*Bal.*in auten.ad hæc,in iiij.col.C.de usur.*Et *consequenter, si probatur eos nesciisse,nō tamen succurritur illis,nisi in certis casibus, de quibus in l.j.& in l.iuris.C.de iuris & facti*
2 *ignoran.*Cum † *ergo lex introduxerit istam præsumptionem,ex eo quia omnes scire debent, & sic in odium ipsorum,ne eis succurratur:sequitur, quòd talis præsumptio non debet operari in præiudicium tertij.*

3 ¶ Et *propterea,† si aliquis uelit probare tenorem instrumenti,non est satis, quòd testes simpliciter dicant de contentis in eo, sed requiritur quòd sint idonei & periti in iure,qui sciant bene deponere de solennitatibus: secundum text.in cap.cum olim,primo, infra de priuileg. & in l.sicut.C.de fide instrumen.per* Barto.*in autenti si quis in aliquo.C.de edendo.& in l.j.col.penulti.ff.si cer. peti.nec staretur huic præsumptioni,nisi aliter constaret esse peritos,ut ibi habetur:& ratio est,quia istud respicit præiudicium tertij,non autem ipsorum.*Et *ita intelligendum est quod notat* Areti.*in l.sciendum.in v.colum.ff.de uerbo.obliga.ubi hac ratione concludit, quòd debet credi cuilibet testi asserenti stipulationem, ex quo illa habet formam à iure:quam nisi periti præsumuntur scire, de quo per* Barto.*in l.j.C.de usuris.*

¶ Et *ex hoc infertur, quòd malè loquutus sit* Comensis *quem*

quem refert & sequitur Alexan.in l prima.§.si quis ita, 4 in iij.col.ff.de uerbo.obliga.dum dicit,† quòd partes facientes actum nullum & peccantem in forma, præsumuntur nescire esse nullum,nisi sint periti argumen,d.§. seruius autem.Et propterea obligabuntur saltem naturaliter:& ita intelligit legem an inutilis.ff.de acceptilatio. & uidetur sequi Fely.in dicto capi.de quarta.in vij.col. declarando tamen quòd talis ignorantia non excuset, ut per eum. Sed ista declaratio confundit opinionem Raphae.& Alexan.quia ubi lex præsumit ueram ignorantiam, ibi etiam excusat.l.fina.uersicu.arma.C.de iure deliberan.Et ideo, legum scientia præsumitur, quia debent sciri:aliâs,sibi imputet nesciens,ut supra uisum est, unde dicendum est,quòd si non excusat, neque etiam præsumitur,per supra dicta. Et ista opinio Raphae.est apertissimè contra mentem Barto.& Docto.in d.l.non fatetur. & in d l.iuris ignorantia.cum similibus.

5 ¶ Non procedit † supra dicta præsumptio in constitutione extrauaganti quæ non est publicè nota :quia talis non præsumitur peruenisse ad notitiam cuiuslibet:secundum Baldum in d.l.leges.ubi etiam ponit quid de statuto & de consuetudine.Et habetur in cap.primo, de constitutio.in vj.

6 ¶ Et an † ignorans leges præsumatur in dolo uel in lata culpa, communis conclusio est, quòd in lata culpa: ut per Iacobum Butriga.Bartolum & Baldum & cæteros in dicta l.leges.Quod intellige procedere extra casus positos in præcedenti præsumptione, in quibus præsumitur dolus:de quo,dic ut ibi.

Trigesima

XXXII. PRAESVMPTIO.

1 Voluntatem suam secundum leges accommodare quilibet præsumitur,& secundum statuta, in his in quibus statuta corrigunt ius commune, & ibi late pro resolutione distinguitur:cum seq.

2 Verba disponentis vbi secundum proprium significatum concordant cum dispositione legis, stamus verbis, licet mens disponentis alia forsan præsumeretur.

3 Statuto disponente quod masculi excludant fœminas, si testator fideicommittat & mandet aliquid dari filijs suis, admittentur masculi tantum.

4 Statuto disponente quod masculi excludant fœminas,si testator instituit duos filios, & si aliquis eorum decesserit sine filijs,substituit superstitem, filia nata non faciet deficere conditionem fideicommissi.

5 Verborum proprietas si repugnet, & voluntas non potest declarari secundum legis dispositionem,nisi per improprietatem, potius verbis standum est.

Intellige.6.7.

Testator si instituat quendam extraneum & eius filios,non intelligũtur ordine successiuo vocati filij, sed simul cum patre.

7 Voluntatem suam iuris dispositioni conformasse quis videtur, etiam contra verborum proprietatem,quando talis impropriatio fieret circa verba non præiudicantia illi cum quo contrahitur, & de quorum natura est, vt referantur ad terminos iuris,

Emphyteosim si quis fuerit stipulatus pro se & liberis,vel pro se & filijs masculis & fœminis,stante statuto quod extantibus masculis fœminæ non succedant,

cedant, masculi cēsentur prius vocati quàm fœminæ.

8 Statuto disponente quod masculi excludant fœminas, si testator instituit filios & filias hæredes, an primo censeantur vocati filij, quàm filiæ.

9 Verba quæ in sui generalitate repugnant, an restringi debeant, vt intentio accommodetur secundum leges. latissime.

10 Statuto excludente fœminas stantibus masculis, si testator caueat per fideicommissum proximiores descendentes admitti, donec stabunt masculi non admittentur fœminæ.

11 Statuto disponente, quod prædecedēte vxore sine liberis, maritus lucretur dimidiam dotis, si pater ab eo stipulatus sit simpliciter dotem reddi, intelligitur secundum formam statuti, de veritate tamen nume. 12.

13 Casus omissus recipit interpretationem à iuris dispositione.

Contractus clerici regulatur à dispositione legis respicientis modum contrahendi, quando nec verba nec mens ipsius agētis repugnat, sed casus est omissus.

Infertur ad plura ibi.

14 Actum faciens, an videatur se astringere legi de illo actu loquenti.

15 Feudum simpliciter accipiens, censetur respectu fœminarum se retulisse ad morem patriæ.

Trigesima secunda præsumptio.

T*Rigesimosecundò.* ¶ † *Quilibet præsumitur accommodare uoluntatem suam secundum leges. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. quidam cum filium. ff. de uerbo. obligatio. Et ubi statuta corrigunt ius commune, præsumitur accommodare secundum statuta, ut per Bartolum in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. ubi*

ubi Alexan.cum concordan.& per Feli.in cap.ius generale,v.col.prima distinctio.& in cap.cum M.Ferrarien. ultimo notabili,de constitu.

¶ ADDITIO. ¶ *De materia huius regulæ uide abunde per do.meum à Ripa.in d.l.hæredes mei.§.cum ita. ubi multa congerit & multas concord.allegat:ad quem sufficiat remißio.& ad declarationem seu limitationem huius regulæ, ultra quatuor casus infra consideratos per domi.Alciatum uide aliam considerationem per domi. meum à Ripa in l.centurio.col.xxxvj.nu.110.ff.de uulg.* Ioan.Nicol.

¶ *Sed tu, pro resolutione materiæ, distingue quatuor casus.*

2 ¶ *Primus † est,ubi dispositioni legis concordant uerba disponentis, secundum proprium significatum, licet mens disponentis alia præsumatur:& tunc,talis præsumptio tollitur per istam præsumptionẽ contrariam,& statur uerbis:secundum* Barto.*in d.l.hæredes mei.§.cum ita, ff.ad* Trebellia.*nam in casu suo, neptis contra uim uerborum testatoris,admittebatur in præiudicium consanguinei ad fideicommissum. Sed hoc ex præsumpta uoluntate testatoris,de qua in illo textu:unde,si statutum sit, quòd masculi excludant fœminas, cessabit dicta præsumptio, & excludetur neptis:quia uerisimilius est, quòd testator habuerit respectum ad succeßionem legalem, & in contrarietate stabitur proprietati uerborum.* Et Barto.*præcisè loquitur in tali casu: licet* Doctores *aliqui non bene aduertentes eum generaliter intelligant.*

¶ Et *secundum istam declarationem procedit etiam decisio*

cisio Baldi & Petri de anchara. in lege tres fratres. ff. de
3 pactis. ubi † si testator fideicommittat, & mandet ali
quid dari filijs suis, stante tali statuto, admittentur mascu
li tantùm. sequitur Alexand. in dicta l. gallus §. primo, in
fine, & in consil. cxxvij. in primo. Corne. consi. cxx. in se
cundo. Iason in l. si quis filiabus. in v. nota. ff. de lega. pri
mo. Deci. consil. cclx. in ij. colum. cum concordan. Et ra-
tio est, quia appellatione filij, non ueniunt filiæ nisi per
extensionem: quia masculinum concipit fœmininum: nō
ex proprietate sermonis, sed per extensionem ex mente
præsumpta. l. prima, ubi glos. de uerborum significatio.
& per Barto. in l. liberorum, eodem titulo. Et est text.
in l. penultima. C. de præposi. sac. cubicu. lib. xij. quæ mēs
præsumpta tollitur per contrariam præsumptionem ori
entem ex tali statuto.

4 ¶ Et † propterea infertur, quòd si testator instituit
duos filios, & si aliquis eorum decesserit sine filijs sub-
stituat superstitem, filia nata, non faciet deficere conditio
nem fideicommissi stante tali statuto per supradicta. &
ita consuluit Dyn. quem sequitur Feli. in d. c. ius genera-
le. præsupponit tamen Paulus Castrensis in consi. cccc x.
Casus est frequenter, in nouissimis, in secundo, idem esse
etiam non stante tali statuto, quando alia præsumptio mi
litaret: puta quia testator proprias filias exclusisset. Nam
non est uerisimile, quòd plus dilexerit neptem. l. si uiua
matre. C. de bon. mater. & illā tenet Fulg. in l. j. C. de con
di. inser. & latè per Socin. in l. cum auus. in xiiij. col. uer
si. iij. ff. de condi. & demonstra. sed ego non sequor hanc
opinio. nisi stante tali statuto.

5 ¶ Secundus† casus est, quando proprietas uerborum repugnat, & uoluntas non potest declarari secundum dispositionem legis, nisi per improprietatem: & isto casu uidetur concludendum, quòd potius debeamus stare uerbis, ut probatur in capitu. Raynutius, & in capitu. Raynaldus, infra de testamen. & no. per Docto. in dicta. l. gallus. §. 1. ubi cessante ordine necessitatis & charitatis, instituit Titium patrem & eius filios, non censentur uocati ordine successiuo, & sic secundum dispositionem legis: sed ueniunt simul, propter naturam copulæ, quæ omnes eodem tempore uocat. l. si duobus, de lega. 1. l. prima. §. his ita. C. de cadu. tollen. aliàs dicta copula impropriaretur. & ita etiam firmant Pau. de cast. & Soci. in. l. in his, per illum text. ff. de conditio. & demonstratio. & tandem residet domi. Alexan. in dicto. §. cùm ita.

6 ¶ Fallit† ista conclusio, quando esset alia coniectura, quæ corroboraret istam præsumptionem: quia tunc ambæ tanquam fortiores tollerent præsumptionem orientem ex proprietate sermonis: ueluti est, quando necessarius ordo naturæ & sanguinis suaderet aliud, quàm quòd uerba impropriarentur: dicto. §. quidam rectè, per illum tex. secundum communem intellectum.

7 ¶ Item fallit, † quando impropriatio fieret circa uerba non præiudicantia illi, cum quo cōtrahitur, & de quorum natura est, ut ad terminos iuris referrantur, ueluti in casu Barto. in lege ut iurisiuran. §. si liberi. ff. de oper. liberto. quando quis stipulatur sibi emphyteusim. Nam stante statuto, quòd masculi fœminas excludant, erunt prius uocati masculi: & idem si stipulatio esset concepta

cepta pro filijs masculis & fœminis: secundùm Barto. consilio.lx.incipien.Quæstio ista &c.Alexā.in dicto.§. primo,in ultima columna.Et est ratio,quia illa uerba referuntur ad terminos iuris secundum quod & quatenus de iure sunt hæredes. Nam pater in dubio censetur stipulari filijs ut hæredibus,ut habetur per Barto.in di.§. primo,per Barto.in.l.quod dicitur.ff. de uerbo. obligationi.& decisio Barto.in dicto.§.ut liberi,est communiter approbata:ut per Feli.in dicto capitu.quæ in ecclesiarum,in fine.de constitu.& quod no.Areti.in.l.ita stipulatus.§.fina.ff.de uerbo.obligatio.

¶Et propterea,remanet dubia decisio petri de anchara.
8 in dicta.l.tres fratres,dum dicit,† quòd si testator (stante tali statuto)instituat filios & filias hæredes,quòd primò censebuntur uocati filij.refert Alexan. in dicto.§. cùm ita. Nam istud uidetur confundi per dictum capitu. Raynutius,& nota.in dicto.§.primo.Et licet Soci. ibi in tertia columna sustinuerit distinguendo inter ius commune & statuta,tamen ista distinctio non placet,quia ita præsumitur notitia iuris communis in uiuente iure communi,sicut iuris statutarij in cæteris.l.leges.C.de legi. Et sicut leges generales sunt à principe, ita & statuta ab ipso fieri possunt uel ab eius Officialibus,& non participan.de negocio cum ciuibus,declarando ut per Barto. in.l.oēs populi,in.j.q pricipali.ff.de iustitia et iure.undè idem Soci.istam Anch.distinc.reprobat in.d.l.in his, & melius:nisi saluetur in casu prædictarum fallentiarum.

9 ¶Tertius† casus est,qn̄ uerba ī gn̄alitate sui repugnāt nūquid ut ītētio accōmodetur secūdū leges,debēt restrīgi?

 Et uidetur

Et uidetur dicēdū,qđ sic.Pro qua opi.primò facit qđ no.
10 But.ī cōsi.ij.sub rub.de cōstitutio.ī prīo dubio:†ubi testator per fidcicōmissum cauerat,ut descendētes proximiores admitterentur.Quæ uerba,ex qualitate sui (propriè intelligendo)comprehendunt etiam fœminas;& tamen stante tali statuto,concludit per prædictam rationē, quòd donec stabunt masculi, non admittentur fœminæ. Et istud etiam uidetur sensisse Aretin.consilio,clvj.in.iij. columna.

¶Secundò facit,quod notabiliter decidit Rayne.de forliuio,in.l.post dotem,in quarta lectura.ff.soluto matrimo.
11 quem sequitur Alexander ibi in ultima colum.†ubi stāte statuto,quòd prædecedēte uxore sine liberis,maritus lucretur partem dimidiam dotis,si pater ab eo stipulatus sit simpliciter dotem reddi:intelligitur secundū formam statuti,scilicet de dimidia:secundùm Alexan.cōsi.cxxxiij. in secunda columna.in quinto uolumine,& cōsi.quin o in ultima colum.in tertio,& in simili quæstione idem decidit Angelus in lege damni infecti quidam.§.cùm parietem.per illum textum.ff.de damno infecto.

¶Tertiò facit text.in lege fina.ubi Cy.Baldus & cæteri,ad legem falcidiam,ubi si hæres promittat soluere legatum,& ita caueat:intelligitur promisisse deducta falcidia:quia talis promißio regulatur secundum dispositionem legis,nisi promisisset integraliter soluere, ut ibi habetur.

¶Quartò facit textus in dicta.l inter locatorem:ubi promißio de non expellendo durante locatione,restringitur, si pensio fuerit soluta.

Contraria

¶ Contraria opinio uidetur uerior: quia, ut supra uidimus, ista præsumptio non operatur contra proprietatem uerborum: uidetur autem fieri impropriatio, quando uerba significantia totum restringuũtur ad partem. l. si quis cùm totum, ubi moder. ff. de exceptio. rei iudica. nota. in. l. si rem. ff. de rei uendicatio. & per Imolam in. l. si patronus. ff. de donatio. in fine. Non obstat quód notat Butri. in dicto consilio: quia in casu suo erat relictum pósteris & succéssoribus. Quæ qualitas natura sui, refertur ad ius. Et sic, illis posteris qui aliàs de iure essent abintéstato successuri.

¶ Nón obstant notata per Rayn. in dicta. l. post dotem,
12 Ange. & Imo. in dicto. §. cùm parietem: quia † illa decisio ita simpliciter intellecta, non est uera: & contra glo. cõmuniter approbatam in lege si prior. ff. soluto matrimo. Et quia uerba repugnant tali interpretationi, promitto dotem, id est dimidium dotis: secundum Imolam in dicta. l. si patronus: & uoluit Bal. in. l. quòd nomine, in penulti. col. ff. de condi. indebi. unde, intellige illam quandò uerba promißionis expreßè referréntur ad ius, puta quia esset promissa restitutio dotis debitæ. Nam illa dictio debita, qualificat promißionem, ut non intelligatur promissa, nisi quatenus debetur ex forma legis.

¶ Non obstat dicta lex fina. cum ibi nota. & in dicto. §. cùm parietem: quia cùm promißio illa seu cautio fiat ex neceßitate legis: meritò recipit declarationem à lege, nè uideatur promissor renunciare beneficio sibi per legem dato. l. in prætorijs, ubi nota. ff. de prætorijs stipulatio. secus est in contractibus descendentibus ex libera uoluntate

agentis:in quibus idem præsumitur uoluisse, quod uerba indicant.l.non aliter.ff.de lega.iij.l.quicquid.ff.de uerbo. obligatio.

¶*Nec obstat dictus.§.si inter locatorem:quia illa uerba licet generalia habent tacitam interpretationem ex natura contractus,si pensio solueretur. Quæ natura contractus est attendenda,etiam si uerba impropriarentur.l.si uno.ff.loca.l.si stipulatus.l.si insulā,de præscrip.uerbis.*

13 ¶*Quartus † casus est, quando nec uerba nec mens agentis repugnant:sed casus est omissus:& tunc clarum est,quòd casus omissus recipiet interpretationem à dispositione legis.l.si extraneus.ff.de condictio.ob cau.* Et *in isto casu,contractus clerici regulabitur etiam à dispositione legis,respicientis modum contrahendi:licet aliàs clericus non præsumatur accommodare uoluntatem suam secundum dispositionem legis laicorũ,ex quo illi nō subest. capi.ecclesia sanctæ Mariæ,supra de constitutio.*Et *infert Salice.in autenti.cassa.in fine.C.de sacrosanc.eccle. quòd licet quis beneficio clericali gaudens, domum locauerit scholari,locatio illa intelligitur facta cum priuilegio inquilinatus,scholari per statutum cōcesso,*Et *eodem modo clericus contrahens tenebitur soluere secūdùm formā monetæ à statuto expressæ:quia uidetur secundum eum ita conuenisse:quæ conuentio tanquam suppletiua contractus est attendenda.argumen. glos.in .l.ædem.C. loca.* Et *hoc, nisi clerici aliam contrariam constitutionem haberēt.c.cum uenissent.infra de eo qui mittitur in possessio.* Et *ad istum casum facit quod notat* Imola *in lege fina.ff.de conditio.& demonstra.ubi si testator legat alicui,*

cui,cùm res suas administrabit,intelligitur ad tempus,de quo per statutum permissum est,quòd poßit aliquis administrare etiam si sit intra terminum xxv.annorum.

14 ¶ Et† ad hoc etiam facit quod notat Bal.in.l.si duo, per illum textum.ff.de acquiren.hæredita.ubi notat quòd ille qui facit aliquem actum,uidetur se astringere legi loquenti de illo actu. Et dicit ibi glos. quòd ista est fictio, quæ non uidetur recipere probationem in contrarium: quod est menti tenendum,secundum Baldum ibi. Sed dictum glo.potest procedere,quando lex ad quam censetur facta relatio,est talis,ut illi non poßit renunciari: prout erat in casu dictæ legis si duo. Non enim potest quis hæres pro parte esse,ut ibi dicitur:secus si illi legi posset renunciari:quia tunc,erit præsumptio,non autem fictio,ut per Areti.in dicta.l.si duo.

15 ¶ Et adde† quod notat Andre.de Isernia in capitulo primo,quibus modis feudum amittatur: quòd accipiens feudum simpliciter,censetur respectu fœminarum se retulisse ad morem patriæ.Et ad supradicta facit quod notat Riminal.in lege si quis maior,in prima colum.C. de transactionibus. & aliqua ponit Sicul.in repetitione capituli Raynutius, in uigesimaseptima charta.

XXXIII. PRAESVMPTIO.

1 Delinquens non præsumitur delinquere sub spe immunitatis ecclesiæ.
Immunitate an frui debeat is,quē apparet, sub spe immunitatis deliquisse.
2 Delinquēs in cœmiterio vel prope ecclesiam nō gaudet immunitate.
3 Occidens aliquem ex proposito, & confugiens statim ad ecclesiā,an gaudere debeat immunitate.
4 Immunitatis in materia, quando ius ciuile distat a canonico,quid debeat attendi in foro ciuili.
5 Delinquens debet puniri secundum legem iudicis ad quem fit remissio,non iudicis remittentis.

xxxiij. præsumptio.

TRigesimo tertio.† Præsumitur quis delinquens non delinquere sub spe immunitatis ecclesiæ, & propterea admittitur per ecclesiam.capit.fina.ubi hosti. & Cardi.infra de immu.ecclesi.

¶ Sed dubium est,pone constat aliquem sub hac spe deliquisse,nūquid debeat frui immunitate? & uidetur quod sic,quia tex.c.fina.solum loquitur quando quis delinquit in ecclesia.unde ille tex.tanquam odiosus & restringens immunitatem, non debet extendi ultra eius uerba. argu. capi.odia.de regu.iuris. & istud uidetur uoluisse Abbas in capi.innotuit.in quinta columna,eodem titulo.

¶ Teneo quod iste talis delinquens prætextu immunitatis & extra ecclesiā uel cœmiterium, non fruatur immunitate,quia utraq; ratio posita in dicto capitulo fina. habet locum etiam in isto casu.Prima est quod iste debet puniri in eo,in quo delinquit:secunda est quia frustra.l.

auxilium

auxilium &c. Sed iste qui delinquit sub huiusmodi fiducia, delinquit contra ecclesiam: imò secundùm aliquos, peccat in spiritum sanctum, secundùm Abba. in dicto capitu. fina. Item committit in legem ecclesiæ, quia facit quòd illa. l. quæ fuit ad unum finem pro reuerentia ecclesiarum tribuat incentiuam delinquendi, & sic operetur malum xxiiij. q. iiij. c. est iniusta.

¶ Nec obstat, quòd in casu dicti capituli fina. delictum esset factum in ecclesia, quia illud ibi acciderat ex contingentia facti, à qua non est licitum arguere: sed attenditur ratio finalis, ut est gloss. quam ibi Docto. exornant in. l. prima. C. quando non peten. part. & Ioan. Andre. in capi. dilecto. de præbendis. & quod notat glo. ij. quæstione. iiij. capitu. monomachia. & ista opinio fuit etiam Ancha.
2 *in dicto capitulo fina. dum uult, quod † si aliquis prope ecclesiam uel cœmiterium delinquat, non fruatur immunitate tanquam ex uicinitate loci arguatur intẽtio delinquentis sub spe immunitatis. quod no.*

3 *¶ Et propterea † ex hoc infero, quòd si aliquis ex proposito aliquem interficiat, & protinus currat ad ecclesiam, satis uidetur concedi, quòd iste deliquit sub spe immunitatis: nam si occidit animo deliberato, uerisimile est quod etiam cogitauerit quomodo euaderet. argumen. l. primæ. ff. de recept. unde ex subsequenti satis ostenditur prior uoluntas: argumento. l. si ij qui. C. de adulter. præsertim quùm incontinenti illuc cucurrit. facit. l. prima, in princi. ibi spe immunis libertatis. & in. §. & generaliter. & in. l. fina. ff. si quis testamen. liber esse iussus.*

¶ ADDITIO. ¶ Accedant notata per Bart. & post

eum do. à Ripa.*in l.si uentri.§.finali.ff.de priuileg. credito.* Ioan.Nicol.

¶ *Et probatur apertè ista conclusio in c.j.infra de homicid.qui fuit textus* Exodi *approbatus per* Romanum *pontificem,ex quo reperitur inter decretales appositus: & ita tenet pe.gl.&* Ancha.*ibi,& est de mente* Butrij *in dicto c.inter alia.* Et *firmat* Ioannes Fab. *institu .de his qui sunt sui uel alien.iur .§. primo. & consuetudo plurimorum locorum approbauit secundum* Guido. *papæ,in decisio.*Delphi.*quæstio .xxj. & ita obseruatur in tota* Italia *secundum practi.*Papi.*in libel. inquisitionis.in viij.col.ubi dicit quòd talis consuetudo est fundata optima ratione,nè domus dei fiat spelunca latronum. & ista opinio de iure ciuili non habet difficultatem, per text.in §.neque autem.in auten.de mandatis princi.* Petrus Cin.*& alij in l.ij.C.de his qui ad ecclesi.confug.* Angel.*de* Are.*in tractatu malefic.in uerbo, fama publica.colum.xvj.uersic.quarto quæro.* Vnde *est tenenda in foro canonico,ut iura iuribus concordentur.cap.j.de no. ope.nuncia.*

¶ Nec *obstat tex.in d.c.inter alia:quia limitatur per textum in d.c.fina.unde probatur ista opinio intelligendo ut supra dixi,quicquid dicat* Abbas.

¶ Non *obst.quòd tex.in d.c.j.de homicid.non potest recipere illum intellectum,quod loquitur de priuatione immunitatis ecclesiasticæ:ex quo secũdum* Ioan.And.*ibi,talis immunitas fuit cõcessa per iura longè posteriora.quia respondeo,quòd imo etiam ante hæc iura,erat ista immunitas,quia antiqui appellabãt ius asyli.de quo apud cor*

nelium

nelium tacitum scribitur lib.iij.quòd cum ipse reus com munione proditionis cõfugisset in tẽplum Palladis,quòd ad eã diem fuerat inuiolabile,fuit à matre muro obstructa ianua,coactus mori fame.

4 ¶ *Sed dubitatur in† casibus in quibus ius ciuile distat à canonico,circa immunitatem, quid debeat attendi in foro ciuili? Sali.in auten.ij qui.in fine.C.de adul. tenet quod in foro ecclesiastico seruetur ius canonicum: sed in terris imperij secus.& idem notat Ang.in d.uersi. quarto quæro,in fi. Pro qua opinione etiam facit, quod si aliquis delinquat in ecclesia:iudex tamen ciuilis secundum leges suas eum puniet.l.si quis in hoc genus.C.de episco. & cleri.Barto.in.l.si cui.§.fi.ff.de accus.& probatur in d.c.fi.ubi Abbas.*

¶ *Confirmatur quia iste delinquens obligatur naturaliter ex consensu per quem uidetur consentire pœnæ sibi infligẽdæ per l.ciuilem,ut per Bar.& docto.in l. ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.& propterea talis lex debet attendi tanquam persona sit illi affecta. & simili ratione utitur Old.consi.liiij.*

¶ *Contrarium tenet Imol.in clemen.j.in fine.de pœniten.& remissio.& etiam est de mente Abb.in d.c. inter alia.col.xvj.dum respondet ad d.§.neque autem.quia nõ potuit imperator per illum textum reuocare priuilegium,quod prius competebat ecclesiæ, per titulum de ijs qui ad ecclesias confu.ex quo priuilegium non potest amplius reuocari.ut est glo.in c.nouit.ubi Abb.supra de iudic.& ista ratio Abb.non uidetur concludens,quia non est uerũ quod imperator non potuerit reuocare talẽ legẽ*

ex quo

ex quo ibi non continetur aliquod priuilegium respiciẽs clericos: sed simpliciter propter reuerentiam legislator probibuit suis subditis, ne trahant aliquem extra ecclesiam: quam prohibitionem potest quandocunque uelit reuocare, lege priuilegia. C. de sacrosan. eccle. per Mo der. in l. non amplius. §. j. de lega. j. Vnde pro ista opinione tu argue fortius, quia quum iste delinquens sit in ecclesia, est extra territorium iudicis ciuilis: si ergo petat remissionem sibi fieri per prælatum, iste non faciet nisi seruata lege sua: nec prælatus habet curare de lege ciuili. unde compellet secularẽ promittere secundum formam dicti c. inter alia. Sed ad hæc respondetur quòd secularis non tenebitur seruare dictam promissionem, secundum glo. in dicto. §. sed neque. quam ibi sequitur Iaco. de rauẽ. et Iaco. de belui. et talis dicetur bonus dolus, de quo supra
5 *dixi. Et facit ratio: quia † quis debet puniri secũdum legem iudicis ad quem fit remissio: nec debet iudex remittens quo ad decisoria diminuere de iure alterius, cum sit merus exequutor, ut per Cy. in auten. qua in prouincia. in iiij. q. C. ubi de crimi. agi opor. & quod habetur in l. si cui. §. fina. C. de accu.*

PRAESVMPTIO XXXIIII.

1 Præsumptio per quam potius actus valeat quã pereat, capienda est, & illa est fortior præsumptio cæteris.

2 Princeps licet non præsumatur vti plenitudine absolutæ potestatis, fallit, vbi alias actus non valeret.

Prioritas

Prioritas licet præsumatur ex ordine literæ, non tamen hoc procedit quando actus annullaretur.
3 Relatio non fit ad præcedentia, quando ex tali relatione actus vitiaretur.
4 Præsumptio validitatis actus, an sit fortior cæteris præsumptionibus, an aliæ reperiantur præsumptiones fortiores ista.
Præsumptio oriens ex natura actus, est efficacior præsumptione validitatis actus.
5 Testator præsumitur legare ius quod habet in re, etiam si legatum redderetur elusorium.
6 Præsumptio validitatis actus non est in consideratione quando alias verba nimis improprіarentur.
Intellige vt nu.7.&.8.
7 Verba modicum impropriari licet, vt actus valeat.
9 Verba vt aliquid operentur, etiam impropriissime interpretantur.
10 Præsumptio validitatis actus non procedit, quando actus qui fieret, in forma sua non teneret.
11 Præsumptio quod potius actus valeat quam pereat non procedit quando non est verisimile partes talem casum considerasse, vel illum actum voluisse facere, eo modo quo valere potest.
12 Præsumptio vt potius actus valeat quã pereat, non procedit in odiosis.

Trigesimoquarto. † In dubio capitur semper illa præsumptio per quam potius actus valeat quàm pereat l.quoties.ff.de reb.dubijs.l.quoties.ff.de uerbo. obligatio. cap.abbate sane.ubi glo.de uerbo. significatio. & talis præsumptio uidetur fortior & efficacior cæteris. *Præsumptio xxxiiij.*

2 *¶ Vnde † princeps licet non præsumatur uti absoluta pote*

ta potestate, tamen præsumitur ubi actus aliter non ualeret secundum Alexand. cum concordan. in l. quãquam. C. de testamen. mili.

¶ Item licet præsumatur prioritas secundum ordinem literæ: tamen non procedit quando actus annullaretur, secundum Bald. Ange. & Imol. in l. cum in testamento. §. hæc uerba. de here. institu. Alexand. consil. lxxxj. colum. iiij. in tertio. & consi. cxij. col. ij. in quinto.

3 ¶ Item † ubi relatio fit ad præcedentia, non tamen fit quando actus uitiaretur. Bart. in l. cum uulgari. ff. de do. prælega. & habetur in l. talis scriptura. de lega. primo. Item ubi actus non subsisteret, non attenditur differentia an nomen proprium uel appellatiuum præcesserit, de quo in l. si seruus communis ita. ff. de stipula. seruo. & per Moder. in c. cum Abbas. de offic. delega. ubi firmant prædictam conclusionem. & in l. in testamento. in ultimo nota. C. de testa. mili.

¶ Sed tu aduerte, quia istud ita simpliciter intellectum
4 non est uerum † quia reperiũtur multæ præsumptiones quæ sunt efficaciores ista. & primo contra hanc opinionem est text. in l. si quis ante. ff. de acquiren. possess. nam de natura precarij est, quod possessio transferatur l. certè. §. j. ff. de precar. Pone ergo quod quis precario locauerit, & postea eandem rem conduxerit, nunquid ad finem quòd uterque actus teneat præsumemus actum, ne ex precario transferatur possessio, prout aliquando contingit, certe non ut ibi habetur. ecce quòd præsumptio oriens ex natura actus est efficacior ista. & hæc est uerior declaratiò ad istum tex. quàm illa quam ponit Ias. in dicta

in dicta l. si quis ante. Et *sic habes primam limitationem ad hanc regulam.*

¶ *Secundo contra eandem opinionem adduco doctrinam* Barto. *in l. non solùm. §. morte. in antepenul. colum. ff. de ope. no. nun. ubi concludit quod potestas in aliquo loco, præsumitur in dubio protestari ut in eo loco solua tur. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbitris.* Pone *ergo quòd ita præsumendo actus redderetur nullus: nunquid adhuc procedet ista præsumptio, & concludit quod sic. allegat Cyn. in l. in minorum, in iiij. q. in quibus cau. in integrum restit. non est necessa. & potest esse ratio, quia in tali casu protestatio non uidetur habere omnia requi sita, unde actus corruit. l. ij. §. circa. ff. de doli exceptio. declarat* Imol. *in l. a titio. penulti. colum. ff. de uerbo. obli gatio. & hæc est secunda limitatio ad prædictam regulam.*

5 ¶ Tertio † *obstat, quia testator in dubio non præsumitur legare nisi ius quod habet in re. l. si domus. §. fin. ff. de lega. j. l. serui electione. §. cum fundus. eodem titu. nunquid ista præsumptio obseruetur etiam si legatum redderetur elusorium & inutile? certè sic per text. in l. quod in rerum. §. j. ff. de lega. j. & in l. uxor patrui. C. de lega. & ita intelligitur communiter. & facit text. in l. meuius. §. in fundo. in fin. ff. de leg. ij.*

¶ *Sed dic quod ratio est, quia aliàs in casu dictæ legis, nimis recederetur à proprietate sermonis.* Et *propterea ne fiat tam magna impropriatio potius legatum redditur*

6 *sine effectu: & hæc sit tertia limitatio, † ut regula non procedat quando aliâs uerba nimis impropriarentur, &*

tur, & ita etiam tenet Areti.in d.l.à titio.& Ias. in dicta l.quoties.per tex.nota. in l.tutores §.j.ff.de administratio.tuto.de quo dixi in l.j.§.si quis ita,in ix.colum.ff. de uerbo.obligat.Sed quantum sit ad materiam nostram melius facit.l.quod in rerum.§.j.& l. monumenta. ubi
7 *Alberi.de Rosate.C.de lega.Et istam † limitationem intellige sano modo,uidelicet,quum maxima impropriatio fieret:aliàs uerba etiam modicum improprientur, ut actus teneat.l.si tibi.ubi Barto.ff.si cer.peta. l. stipulatio ista habere, §.hi qui.ff.de uerbo. obliga. Ange.in l.si cum ante.C.de donatio.ante nupt.& in l. si tam Augusti.per illum text.ff.de seruit.facit quod no.Bar.in l.j.§. hoc autem.ff.de noui ope.nuncia. ubi dicit se sustinuisse instrumentum notarij,in quo dicebatur filius olim talis: & tamen pater uiuebat, & hoc per impropriationem dictionis olim.Et ponderat quod talis impropriatio erat contra usum communem loquendi,ut dicit Andr.sicu.in c.cum olim Abbas.in j.& ij.col.supra de officio delega. & per Iason.in dicto §.hoc autem.*

¶ ADDITIO. ¶ *Vide Deci.consil.cccxcix. conclusio.colum.iij.nu.7.& consil.ccxlviij.nu.5.melius consil.cclxxviij.non leuis.colum.pe.* Ioan.Nicol.

8 ¶ *Posset † tamen teneri quòd etiam si fieret magna impropriatio,quòd tamen actus debeat sustineri: dum modo pro eius ualiditate concurrat uolūtas disponentis. per tex.in l.cum filio.& ibi.Com.ff.de lega.iij. ubi pro-*
9 *batur,quòd † ut uerba aliquid operentur interpretantur etiam improprijssime:certè multò magis uidetur dicendum istud,ut actus sustineatur per notata in.c. quia circa*

circa.infra de priuileg.Est uerum quod alio non concur rente,magna improprietas non arguit ita fuisse mentem disponentis,ut habetur in l.in ambiguo.per Moder. ff. de reb.dub.& per Iaco.Butri.*in l.cum antiquitas.*C. *de usufru.ubi ponit tres modos propter quos recedimus à proprietate uerborum.*

¶ *Quarto contra istam opinio.est text.in l.non codicillum.C.de testamen.ubi Corne.in tertio.nota. dixit, quòd fortior est præsumptio quæ sumitur ex qualitate dispositionis,quàm illa qua quis præsumitur uelle suum actum*
10 *ualere:& ex hoc colligitur quarta limitatio,†ut regula non procedat quando actus qui fieret in forma sua non teneret:quia tūc non sustinetur aliquo modo,de quo etiam per* Bart.*& docto.in dicta.l.j.§.si quis ita.ubi plene attigi.*

¶ *Quinto obstat text.in l.uerbis ciuilibus.ff.de uulga. ubi* Pau.*de cast.*Alexan.*&* Ias.*notant quòd ne ueniatur contra præsumptam mentem testatoris potius permittitur,quòd actus sit nullus.est uerum,quod ille tex. habet aliam rationē:unde melius facit l.si quis à filio.in prin. de lega.j.& l.nemo rem.ff.de uerbo.obligatio.ubi stipulatio rem suam sibi dari:non ualet,nec sustinetur ut importet restitui casu quo amittatur:& est ratio quia non est uerosimile partes considerasse talem casum.* Et ex
11 *hoc†colligitur quinta limitatio.pro qua etiam facit quod notat* Fulgo.*in l.iij.§.si quis insulam. &* Ias.*in l. j.in j.notab.ff.de eo quod cer loco.ubi potius stipulatio annullatur quàm fiat interpretatio contra promissorem multum illi onerosa:& est ratio,quia non est uerisimile*

istud inter partes fuisse actum. Ad idē facit tex.ī.l. seruus §. si seruus alienus. de lega.j. & notatur in.l. scæuola.ff. ad trebellia.ubi libertas directa data quæ tenere non potuit, non debetur ex fideicommisso. & est ratio propter magnam diuersitatem quæ est inter fideicommiss. & directam: non præsumitur testator uoluisse, ut quod uno modo non ualet, alio modo sustineatur, declarando prout dixi in dicto.§. si quis ita. & eo modo potest intelligi di.l. tutores.§.j. nam disponens nō præsumitur magis uelle expresso: & propterea si expressum nō tenet, actus in totū perit. facit.l. suus hæres.C. de repud. hære. ubi si transactio est nulla, non sustinetur in uim donationis: quia non est uerisimile, quòd quis uelit donare illi cum quo litigat. & ita generaliter potest dici ubicunq; actus annullatur uel peccat in forma: uel quia contra legis naturam arguitur mens partium uolentium actum elusorium facere.l. an inutilis.ff. de acceptil.l. multum.C. si quis alteri uel sibi glo. in.c.p. & g. de offi. deleg. & ista est breuis resolutio in illo articulo quod non ualet ut ago, an ualeat ut ualere poterit: de quo dixi in.d.§. si quis ita post Bar. & docto.

12 ¶ Sexto † limitatur in odiosis, quia in dubio non fit interpretatio ut similes actus sustineantur secundū Aret. in.l. continuus.§. cum quis. in.iij. col. per illum tex.ff. de uerbo. obliga. declarando ut per eum. & facit ratio: quia cùm præsumptio debeat fieri in meliorem partem, uidetur melior pars esse per quam odia extinguantur.c. odia, de regulis iuris. in.vj. Et quia annullatio actus odiosi est fauorabilis.l.ij.ff. de liberis & posthumis. ubi moder. Facit tex. in.l. si res æstimata, in princi.ff. de iure doti. ubi ad finem,

finem.quôd contractus continens donationem inter uirum & uxorem,annulletur,lex præsumit æstimationem factam ante matrimonium, esse collatam in tempus matrimonij.& facit ista simulatio contra nota. per Alexan. in dicta,l.quanquam, de testamen.milita. Cætera dicas ut per Iasonem in dicta.l.quoties.& moder.in.l. in contrahenda.ff.de regulis iuris.qui text. propter aduersatiuam uidetur non parum urgere contra prædictam opinionem moderno.& uide quæ etiam dicam in sequenti uersiculo.

XXXV. PRAESVMPTIO.

1 Præsumitur nemo eligere viam per quam iudicia sua subuertentur.

Electus in arbitrum & arbitratorem,si partim procedat iuris ordine seruato,partim nõ, & pronũciat, censetur pronunciasse tanquam arbitrator.

2 Arbiter licet non possit ferre condemnatoriam sententiã nisi adiecta summa, nec ex postfacto possit sententiam emendare,electus tamen in arbitrum & arbitratorem,si hodie condemnaret partẽ in summa,quam in sequenti die declararet,valeret laudũ.

3 Arbitramenta possunt fieri sub conditione resolutiua vel suspẽsiua,vel quocũq; alio modo, quo possunt fieri contractus.

4 Iudex habens facultatem procedendi ex iurisdictione ordinaria & delegata, si procedat simpliciter,præsumitur secundum eam processisse, per quã actus tenet.

5 Iudici ordinario si alterata sit iurisdictio ita quod in aliqua causa factus sit delegatus,& ipse in sententia dicat ego talis prætor &c.non per hoc sen-

tentia erit nulla.secus si dixisset prætor in tali causa.

6 In dispositione si expressæ fuerunt duæ qualitates,& secundum vnam dispositio esset inefficax,debet intelligi secundum aliam.

7 Testator æger condens testamentum, si instituit partum si vxor sua prægnans esset, dato quod tunc non esset prægnans,sed deinde post aliquot annos peperit,censebitur iste institutus.Idem si tunc pepererit,& deinde plures.

8 Iudex si in sententia exprimat vnam causam falsam,& aliam veram, sententia sustinetur ex causa vera.

9 Maritus si in instrumento dotali confessus est, se habuisse & recepisse mille,nomie dotis:quæ promisit patri restituere,an præsumatur tunc tempore confessionis recepisse,non autem ante ex interuallo.

10 Confessio dubia seu obscura potest ab ipso confitente interpretari.

11 Compromissum si fuerit in aliquem tanquam in arbitrum & arbitratorem,& talis iudicet,dicendo nos arbiter & arbitrator &c. an præsumatur pronunciasse tanquam arbiter,an tanquam arbitrator.

xxxv.præsumptio. *TRigesimoquinto† Nemo præsumitur eligere uiā per quam iudicia sua subuertuntur.l.tertia.ff. de testamen.milit.Confirma istud per id quod notabiliter dicit Hostiensis Butri. & Imo. in capitulo quintauallis, in quarta differentia,infra de iureiurando,ubi si aliquis sit electus in arbitrum & arbitratorem, quo casu potest eligere quam uiam uelit:si partim procedat iuris ordine seruato,partim non,& pronunciet, censebitur pronunciasse tanquam arbitrator,nè aliàs sententia sit nulla:prout*

la: prout est de mente Bald. in dicta lege tertia. Sequitur Feli. in l. cum ordinem. in secunda columna. de rescript. & in capitulo præsentata. de testibus. & in capitu. cùm ex officij. in quarta charta. de præscripti. & istud procedit etiam si in procedendo semper seruasset ordinem iudiciarium: nam licet ex illo arguatur, quod potius fuerit arbiter quàm arbitrator, si tamen pronunciauit fortè ordine non seruato, ut sententia teneat, præsumemus usque à principio cognouisse tanquam arbitratorem per supra dictam regulam, & quia istud procedere iuris ordine seruato, non repugnat dicto arbitratoris secundùm Butri. & Imo. in di. loco.

2 ¶ Et propterea † licet iudex uel arbiter non possent ferre sententiam condemnatoriam nisi addita summa: nec ex postfacto possent emendare sententiam secundùm Butri. consilio quinquagesimo, puto iudicem. per notata per l. qui tamen. §. pomponius. ff. de arbitr. & in l. iudex postea. de re iudicata. si tamen talis arbiter hodie condemnaret partem in summa, quam in sequenti die declararet, ualeret tale laudum, sed censeretur pronunciasse tan

3 quam arbitrator, ex quo † arbitramenta possunt fieri sub conditione seu resolutiua, uel suspensiua, uel quocunque alio modo quo possunt fieri contractus, secundùm domi. Anchara. consilio. ccviij. iudex de iure &c. columna quarta. Car. consi. xxxj. titius debitor. Soci. cõsi. cxxiiij. præsens consultatio. secunda columna. Fely. in capitulo qualiter, primo, in. xvj. colũna. de accusa. Et hæc præsumptio debuit capi, nè aliàs uideatur elegisse uiam per quã actus corrueret per supra dicta.

¶ Secundo adde quod tenet do. Abbas in capi. cum ex offi cij. in. ix. colum. & ibi moderni infra de præscriptioni.
4 ubi † si iudex habens facultatem procedendi ex iurisdictione delegata & ex iurisdictione ordinaria, procedat simpliciter, præsumitur secundùm eam processisse: per quam actus tenet. dicta. l. iij. & ita etiam tenuit Anto. de butr. ibi reprobata quadam opinione Federi. de senis, ut
5 per eum. Et propterea † si iudici ordinario alterata sit iurisdictio ita quòd in aliquam causam factus sit delegatus, de quo habetur in capi. licet in corrigendis. supra de offi. ordi. & ipse in tali sententia dicat: ego talis prætor &c. non tamen per hoc sententia erit nulla: quasi pronunciauerit tanquam ordinarius. imo præsumetur apposuisse nomen officij causa demonstrationis personæ. arg. l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pactis. & habetur in ca. cæterum. supra de iudi. & ita est de mente Abba. in. d. c. cum ex officij: secus si dixisset prætor in tali causa &c. quia tunc essemus in casu claro. quod est notandum.

¶ ADDITIO. ¶ De hac alteratione iurisdictionis ordinariæ in delegatam quando & quomodo dicatur facta. & quid referat an ut ordinarius an uero ut delegatus quis cognoscat, uide melius quam alibi do. Ias. in. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. ubi etiam aliqua pulchra adducit in hac materia, quæ facerent ad ornatum huius regulæ. Ioan. Nicolaus.

¶ Et facit quod notat Specu. in titu. de lega. §. sequitur. uersi. quid si episcopus. & Bal. in capi. ex parte. ij. de offi cio delega. ubi si episcopus sit etiam comes, & causam spectantem ad se iure comitatus cõmittat &c. sequitur

Fely.

Fely.in dicto.c.cum ex officij.

¶ Ad idem quod no.Abb.consi.xciij.in.ij.uolu. ubi si sit facta cõmißio alicui expresso eius nomine proprio,et officij,non habentis aliquam dignitatem:tamen ualeret talis cõmißio & sententia,si aliàs ille haberet dignitatẽ. allegat notata per Bart.in.l.si seruus cõmunis ita.de stipula.
6 seruo.†ubi si in dispositione fuerint expressæ duæ qualitates,& secundũ alterã dispositio esset inefficax,debet regulari secundũ aliã.d.l.iij.c.nisi essent.& ibi abb. in.j.col.ĩfra de præbẽ.& p moder.ĩ.c.quũ abb.de of.del.

¶ Tertio adde quod no.Pau.de cast.consi.lxxix.casus iste
7 frequẽter.in ultimo dubio.in antiquis.ubi si†testator æger cõdens testamentũ instituit partũ, si uxor sua prægnans esset dato quod tũc non esset prægnans, sed deinde post aliquot annos pepererit, censebitur iste institutus. Idem si tunc pepererit & deinde etiã alios,quia censebũtur oẽs instituti.& illa uerba,si uxor prægnans esset. nõ censentur simpliciter posita in uim conditionis: sed quia credebat se testator moriturũ de illa infirmitate.& cõsequẽter nõ posse in futurũ amplius generare.arg.l.placet. & l.titius.§.j.ff.de liber.& posthu.& l.fi.C.eo.tit.& ista interpretatio secũdũ eũ est capiẽda,quia aliàs sequeretur quod testator apponendo talẽ conditionẽ elegisset uiã per quã iudiciũ suũ subuerteretur cõtra.d.l.iij. Et per eãdem rationem idem tenet Bal.consi.cxxviij.ad intelligentiam.in primo uolu.licet Ias.in dicta.l.placet.non referat fideliter.d.decisi.pau.de castro.

¶ Quarto adde quod no.Inno.in.c.in præsentia.supra de
8 renũci.ubi uoluit†quod si in sentẽtia exprimatur una

causa falsa in iure, & alia uera, sustinebitur sententia ex causa uera.d.l.iij.ut actus potius teneat: dicta.l.quoties. Sequitur Imo.in.l.si plagij.ff.de uerborum oblig. Alex.in.l. qui romæ.§.duo fratres.co.titu.& est communis conclusio, ut per Ias.in.l.si is ad quem.in penulti. colum.ff. de acquiren.hæredi.

¶ADDITIO.¶ Adde eundem do.Alex. consi.cxiij. incipien.perspectis his.col.pe.lib.vj.ubi etiam subiungit notabile dictum Anto.de butr.in capit.per tuas. qui filij sint legit.per illum text.quòd si iudex mouetur ex duabus causis ad ferendam sententiam, quarum una facit ad causam, alia nõ, sustinetur sentẽtia ex ea quæ facit ad causam, ubi aliâs redderetur nulla, si una tantum non faciens ad causam expressa fuisset.c.ex parte.& .c.dilectus.de cõcessio.præben.& ibi latius allegat concordan.uide omnino.& do.Hippol.marsil.singula.617. memor existo. ubi magni facit dictum do.Inno.in.d.c.in præsentia.& allegat plures concordan. Ioan.Nicolaus.

¶Nec obstat ratio do.Alexan.in.l.si donatione, in tertia colum.C.de colla.ubi allegat in contrarium: quia quando est aliqua causa quæ prodest, & alia quæ nocet, debet attendi illa quæ nocet.l.iij.§.fina.ubi Barto.ff.ad sylle l.fina.qui ad libertatem perue.nõ possunt.l.fulcinius.§. quid ergo.ff.ex quibus cau.in posses.sed responde quòd illa regula non procedit quando causa quæ prodest est potentior.l.aufertur.§.si quis palam.ff. de iure fisci. Alexan. consilio centesimotertio, ex inspectione.in ultima columna.in tertio.per Iaso.in.l.si is ad quẽ.& dixi in.l. secunda.in prin.de uerborum obligationi.In casu autem no-

stro

ſtro cauſa uera eſt potentior:quia per eam actus ſuſtine- tur iuxta ſupra dicta. Quid autem ſi Iudex apponat ſo- lummodo cauſam falſam adiecta implicatiua maximè, uide Gemi.in.c.uenerabilibus .§.fina.de ſententia excō- munica.in.vj.

¶ *Quinto adde notanter* Barto. *& communiter docto. in.l.poſt dotem.in prima quæſtione.ff. ſoluto matrimo-*
9 *nio.†ubi ſi maritus in inſtrumento dotali confeſſus eſt ſe habuiſſe & recepiſſe mille nomine dotis,quæ p̄miſit patri reſtituere, præſumetur recepiſſe tunc tempore confeßionis:non autem ante ex interuallo:quia licet iſta uerba habuiſſe & recepiſſe,ſonent in præteritum, tamen fiet interpretatio,per quam promißio teneat: quia aliàs non poſſet fieri reſtitutio patri,ex quo fuiſſet ius acqui- ſitum filiæ.l.quoties.ff.ſoluto matrimonio.& iſta deciſio magis mihi placet per rationem dictæ.l.tertiæ,ut actus te neat. Vbi uerò ceſſaret prædicta ratio, eſſet ſecus: nam non poteſt negari,quin illa uerba ſint incerta: ergo qui dicit debet liquido probare, quia incerta probatio non releuat: capitu. in præſentia. de probat.& cum præ- ſumptiones oriantur ex ſignis, prout ſupra uidimus:nō uideo aliquod rationabile ſignum, undè iſta propoſitio poßit oriri.*

¶ *Non obſtat lex ſi ita ſtipulatus.§.chryſogonus.de uer- borum obligationi. inducendo ut ibi per* Modernos, *& in dicta l.poſt dotem: quia iuriſconſul. ibi non dubitat principaliter ſuper eodem, ſed præſupponit habilitatē. l.qui teſtamento.ff.de teſta.c.j.de ætate & quali.*

¶ *Non obſtat gl.in.l.j.C.de fide inſtr.lib.x.quia loquitur*

in notario atteſtante aliquid eſſe factum: nam niſi potuit fieri coram eo, non crederetur: ſed nos loquimur in notario non atteſtante de ipſo facto, ſed de confeßione partiũ aſſerentium factum: & uerisimile eſt, quod ſi receptio fuiſſet tunc facta, quod feciſſent eam coram notario, ut poſſet atteſtari nedum de confeßionibus ſed etiam de ueritate ipſius negocij.

¶ Præterea non debet talis confeßio plus operari in inſtrumento quàm ſi aliter probaretur, quia de natura inſtrumenti eſt, ut probet, non ut inducat. l. j. ff de fide inſtrumẽ. Sed ſi eſſet aliter probata talis confeßio, puta per teſtes tanquã probatio incerta non releuaret. d. c. in præſentia. Ergo idem in inſtrumento: poſſet tamen recipere† interpretationem ab ipſo confitente. l. ſi quis intentione ambigua. ubi Bal. ff. de iudi. Barto. in l. is qui reus. penultima colum. de publi. iudi. Butri. ca. ex literis. primo. in fine, de ſponſali. Alexand. conſilio. cxix. in cauſa inquiſitionis, in tertio. & conſi. clxxxiij. uiſo puncto. colum. ij. in quinto. Andr. ſicu. conſi. iij. in penul. charta. in ſecundo. ubi dicit quod debet fieri talis interpretatio, quæ declaret non quæ confeßionem perimat. Deci. conſi. clxxxix. in ix. col. & conſil. cclxxviij. in ulti. col. et aliquid ſupra tetigimus. Eſt uerum quod iſta qualitas temporis nunquid ante ex interuallo uel ſtatim ſit numeratio facta, non uidetur reſpicere obſcuritatem confeßionis: & propterea talis incertitudo eſt aliter explicanda, quam per declarationem confitentis, cætera dic ut per Feli. in dicto cap. cum ex officij, in ſexta concluſione.

¶ Et ex

11 ¶ Et † ex his infertur ad quæstionem an si in aliquem sit compromissum tanquam in arbitrum & arbitratorem, & talis iudicet dicēdo nos arbiter et arbitrator &c. præsumatur pronunciasse tanquam arbiter an tanquam arbitrator? effectus est magnus, quia si iudicauit ut arbiter, non potest reclamari. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. secus si ut arbitrator, ut per Barto. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Et Bald. in dicta l. tertia, uidetur uelle quod censeatur iudicasse ut arbiter. sequitur Alexand. in l. si seruus plurium. §. fina. ff. de lega. j. quia sententia arbitri est efficacior: ergo debet illa præsumptio capi, dicta. l. iij. Item citius sortitur exitum. l. cum antea. C. de arbitris.

¶ Contrarium, quod imo censeatur lata tanquam ab arbitratore tenet Bald. & Ange. in dict. l. si seruus plurium. Bald. in l. non codicillum. C. de testa. Angel. in disputatio. duo ad inuicem. ubi dicit quod ista opinio seruatur in practica. Aretinus, in l. nemo potest. de lega. primo. Alexand. consilio xiij. in tertia colum. in primo. Felin. in dicto capitu. cum ex officij. in secunda conclusione, in fine. & in sexta, ubi respondet ad rationes contrarias. de quo per eum.

¶ Tu aduerte, quia ex quo potest quis in eodem actu cognoscere ut arbiter & arbitrator: prout dicit Abbas in dicto capitu. nisi essent. per illum textum sequeretur quod non debeamus recurrere ad istam quæstionem ex quo uerba possunt proprie intelligi, quod ex utraque potestate cognouerit & iudicauerit. Et istud uerius uidetur.

Distin

¶ *Distingue ergo concordando opiniones, quia aut pars quæ reclamat asserit se læsam & grauatam, & tunc cõcedetur reductio ad arbitriũ boni uiri, tanquã talis fuerit arbitrator: ex quo arbiter tenetur procedere de iure. Arbitrator uerò potest aliquid auferre de iure alterius, secundum tex. in l. si de meis. ff. de arbi. Si uerò apparebit non fuisse grauatum, censebitur iudicasse ut arbiter: & sic ex postfacto cognoscetur qua potestate sit usus: ex quo ad concedendam reductionem procedet communis opinio: & interim attendetur causa à petente adducta. c. ut debitus. & ibi glo. in uerbo, rationabiliter, ubi docto. de appella. & istud est æquius, & bene probatur in dicto. c. nisi essent.*

¶ *Adde quod not. Bal. in cap. primo. §. inter pares. in ij. colum. de l. corra. ubi dicit quod si quis compromittit in aduersarium, censetur in eum compromisisse tanquam in arbitratorem, tum ut actus teneat: qui aliter non ualeret. l. penulti. ff. de arbi. tum quia non præsumitur uelle litigare ille qui se ponit in manibus aduersarij: & ideo nõ præsumitur eum eligere tanquam disceptatorem, sed potius tanquam amicum, argumen. l. creditor. §. penul. ff. manda.*

PRAESVMPTIO XXXVI.

1 Priuilegiatus in dubio præsumitur potius vti iure communi quam speciali: & quare.
Limitatur multimode. nu. 4. 6. 7. 8. 12. 14. & 15.
2 Priuilegio an sit potentius ius commune.
3 Remedium extraordinarium quando concurrit *cum*

cum ordinario, vtrunque est in consideratione.
4 Ius speciale fauorabile, an sit potētius iure communi, ita quod in dubio illo iure speciali videatur quis velle vti potius quam iure communi.
5 Præsumitur in dubio quis elegisse illam viam quæ sibi vtilior est, & fauorabilior.
8 Priuilegiatus censetur velle vti priuilegio potius quam iure communi, quando alias actus non teneret, nisi ex priuilegio.
Intellige nu. 10. 11.
9 Princeps licet in dubio præsumatur vti potestate ordinaria, vt actus tamen teneat, censetur vti suprema.
12 Priuilegiatus censetur potius velle vti priuilegio quam iure communi, quando alias intelligendo secundum ius commune actus nihil operaretur.
13 Renunciare priuilegio facilius quis præsumitur quam iuri communi.

Præsumptio xxxvj.

TRigesimo sexto.† Præsumitur priuilegiatus in dubio potius uti iure communi, quàm speciali. l. quanquam. C. de testa. mili. l. centurio. ubi Paul. & Moder. ff. de uulga. & pupilla. & aßignantur aliquæ rationes. ¶ Prima est, quia ius cōmune est potētius. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamento mili. quæ ratio est dubia.

2 *¶ Contrarium† uideretur dicendum ex quo priuilegium est ius speciale, & iura specialia sunt potiora: ex quo derogant iuri communi. l. in toto. ff. de regulis iuris. l. seruis urbanis. §. fina. ff. de lega. iij. sicut in simili uidemus quod statutum quanto magis est speciale est tantò fortius: de quo per Alexandrum in l. gallus. §. ille casus. ff. de*

ff.de libe.& posthum.Areti.consilio.lxxxiij. in ij. col. cum sequen.Corn.consil.lxvj.in primo.& facit text. in c.ij.supra de offi.delega.& quod notant Moder.in rub. de offi.delega.

¶Non obst.dictus §.si militia missus.quia ibi difficilius annullatur testamentum non simpliciter, quia iure communi factum:sed quia maiori solennitate factum: & æquum est,ut quæ difficilius in esse producuntur etiam difficilius tollantur.l.nolumus.C.de testa.l.ab emptione. ff.de pactis.

¶Secunda ratio aßignatur quia priuilegiũ uidetur esse quoddam ius extraordinarium, quod non debet haberi in consideratione.l.iiij.in ij.responso.ff.de fideicommiss. liberta.& quod notat specul.in titu.de inquisitionibus. §.j.Abb.in c.examinata.de iudi.ubi præsumitur potius datus iudex qui procedat secundum ius commune,quàm inquisitor,qui iure extraordinario utitur. sequitur Decius,in l.in testamento. in ultimo notabi. de testamento milit.

¶ADDITIO. ¶Accedant notata per Barto. & omnes scriben.in l.j.ff.de uulga.& pupil.in primo effectu uulgaris substitutionis, in quæstione illa an si sit spes quod institutus admittatur iure speciali seu ex priuilegio,ut quia erat minor & poterat petere se in integrũ restitui aduersus repudiationem,an interim substitutus poßit admitti:& concluditur quod sic,& istud ius speciale seu extraordinarium non habeatur in consideratione. Ioan.Nico.

¶Sed

3 ¶Sed etiam ista ratio in proposito est dubia † quia ubicunque aliquod est remedium speciale seu extraordinarium concurrens cum generali ordinario utrunque habetur in consideratione.l.j.§.j.de noui ope.nunc. ubi Barto.l.ij.C.de dolo.per Barto.in l.in prouinciali.ff. de no.ope.nunci.& tex.in dicta l.iiij.procedit quo ad hoc ne dispositio ex sui natura certa,stet in pendenti,aliàs uidetur quòd etiam extraordinaria debeant considerari l. non quocunque.§.j.ff.de lega.primo.l. intercidit. ff. de conditio.& demonstratio.per Andream sicul. post Rapha.quem allegat in cap.rainutius.in.xxx.colum. infra de testamen.in primo effectu uulgaris substitu. unde dic quod uerior ratio est,quia ius speciale seu priuilegium tanquam deuians à iure communi,debet restringi.l. si quando.C.de inoffi.testamen.Barto.in l.ij.ff. de constit. princip.

4 ¶Et†propterea si essemus in iure speciali fauorabili, uideretur quòd potius capienda esset contraria præsumptio tanquam benignior.argumē.l. priuilegia.ff. de priui.credito.& quod notat Alexan.in dicta l.gallus. §.fin.in quinta colum.uersi.item statutum pupillarum. Et facit quia gratia & sic concessio fauorabilis, uidetur potentior iure communi per tex.ubi Ioan.and.in c.si super gratia.infra de officio delega.in sexto.

5 ¶Confirmatur†quia debet præsumi quēlibet intentasse illam uiam quæ est sibi utilior & fauorabilior. dicta l.iij.& per Innocen.in c.auditis.supra de in integr. restitutio.& quod notatur in l.quum de indebito . ff. de probatio.& per Bal.in l.ij.C.de prædijs mino.& sic habetis

betis primam limitationem ad prædictam regulam.

6 ¶ Secundo limitatur† quando proprietas uerborum magis infert ad ius speciale quàm ad ius commune.l.j. & ij.C.de testa.milit.l.miles unum ex fundo.&.l. miles ita.in princ.ff.de testamen.mili.ubi si miles instituat hæredem,nisi in certa parte bonorum,præsumitur usus iure militari:ex quo de iure communi talis institutio nõ teneret,prout fit:sed traheretur per ius accrescendi ad totam hæreditatem.

¶ Nec obstat quod ius accrescendi habeat locum ex uoluntate defuncti.l.si in testamento.ubi Barto.ff.de uulg. & pupilla.quæ uoluntas deberet maxime attendi in testamento militis:quia respondeo quod ista ratio procedit in paganis,qui cum non poßint decedere pro parte testati,& pro parte non,si condunt testamentũ pro parte, per ius accrescendi,succedunt in totum , ita disponente iure communi:secundum quod præsumuntur accõmodare uoluntatem suam.l.si duo.ff.de acquirenda hæredi. quæ ratio cessat in milite:unde attenditur sola uis uerborum:nec lex aliquid de eius uoluntate isto casu præsumit: & ita intelliguntur notata per Alexan . & docto. in dicta l.j.& facit quod notat Cyn.in l.precibus . C . de impuber. quem refert Alexand. in dicta l . centurio . in quarta charta.ubi dicit quod miles uidetur uti priuilegio quando utitur uerbis directis,quæ secundum proprietatẽ uerborum denotant priuilegium:sequuntur Moder.in d. l.in testamento.

7 ¶ Tertio limitatur ut† nõ procedat in actu, qui quasi priuilegiato cõmittitur,quia qualitas secundũ quã agit.

est at

est attendenda l.non idcirco.C.de iur.& facti igno.l.cum proponas.§.j.ubi Ange.ff.de inoffi.testa.& ita procedit tex.in l.ex militari.ff.de testa.milit.& in l.si quis filio. §.irritum.ff.de iniusto rup.testa.& istud maxime procedit,quia in casu d.l.ex militari.nō praeiudicatur in aliquo iuri communi:ex quo qui habet facultatem testandi iure militari multò fortius poterit testari iure communi & renunciare priuilegio si uelit.l.si quis in conscribendo.C. de pactis.facit l.non eo minus.C.de testa.

8 ¶ *Quartò † limitatur quando aliâs actus nō teneret, nisi ex priuilegio, quia tunc debet potius praesumi usus priuilegio,ut actus sustineatur.l.iij.ff.de testa.mili.ut supra uidimus:& istud procedit etiam si constaret quod destinauisset uti iure communi ut ibi probatur.*Et pro-
9 *pterea † etiam* Princeps,*licet in dubio praesumatur uti potestate ordinaria:tamen ut actus teneat intelligetur etiam usus suprema,ut per* Alexan.*in l.quanquam.cum concordan.de quo supra uisum est,& attingunt* Moder. *in d.l.in testamento.& in repeti.d.l.centurio.*

10 ¶ *Quae † tamen conclusio non uidetur procedere, quando ex tali concessione posset resultare aliquod praeiudicium parti:nam tunc potius deberemus interpretari qd' actus periret:quia ut supra uidimus praesumptio pro ualiditate actus tunc cessat,quādo inde sustineretur dispositio onerosa parti,secundum* Fulgo.*in l.iij.§.si insulam. ff.de eo quod certo loco.*

11 ¶ *Item † cessat in odiosis per text.in dicta l.continuus.§.cum quis,& supra diximus.quae omnia uidentur procedere in nostro casu.*

¶ Confirmo istam opinionem per tex.in l.post mortem. §.fina.& in l neq; absens.ff.de adoptio.ubi si absens arrogetur,arrogatio erit nulla:& cum talis actus competat soli principi.l.ij.ff.de adoptio.non censebitur princeps usus potestate absoluta, per quam arrogatio teneret : sed potius ordinaria per quam actus corruit.Et quod talis arrogatio non teneat de potestate ordinaria, probatur ex negatiua anteposita uerbo potest, quæ abnegat omnem potestatem ordinariam.c.j.ubi Abb.& Docto.supra de causa possessio.& proprie.& quod not.per Moder.in l. gallus.in princi.de libe.& posthu.

12 ¶ Quintò † limitatur quando aliâs actus nihil operaretur intelligendo secundum ius commune, quia tunc debet potius censeri quis uti priuilegio:argu l.si quando.ff.de legatis primo.& pro hac limitatione facit glos. in l.prima.ff.si quis in ius uoca.non ierit.& quod per eam notat Decius in cap.primo,de iudicijs.ubi renuncians priuilegio sui fori:intelligitur etiam renunciasse iuri communi,ut uerba aliquid operentur.Et propterea si aliquis promisisset certo loco soluere,& fecisset similem renunciationem, poterit ibi conueniri, quamuis ibi non reperiatur:ita est communis conclusio, de qua in l. Titium.§.tutores.ff.de administra.tutorum.& per Doctores in l.si conuenerit.ff.de iurisdictio.omnium iudic.

13 Et ista decisio probatur à fortiori:quia† facilius quis præsumitur renunciare priuilegio quàm iuri communi. l.miles.§.sexaginta.ff.de adulte.Butri.& Imo.in cap.primo,de transactio.& est glos.in l.ij.in uerbo consensu.ff. de iudicijs.

Sextò

14 ¶ *Sextò † limitatur quando uia iuris specialis esset æquior, quia tunc caperemus illam præsumptionem tanquam quæ tenderet in humaniorem partem. dicto capit. estote. & uoluit* Bald. *in l. precibus. in ix. oppositione.* C. *de impuberum. ubi secundum eum ideo præsumitur miles in compendiosa substitutione uti iure communi intra tempora pubertatis: quia talis præsumptio est humanior ne excludatur mater pupilli eadem'que uxor ipsius testatoris: nam præsumitur uoluisse excludere à iure materno. l. finali.* C. *de institutio. & substitutioni. ergo dato quod priuilegium esset æquius uideretur potius ista uia intentata.*

15 ¶ *Vltimo † potest generaliter limitari quando aliæ coniecturæ inducerent contrariam præsumptionem: iuxta l. diuus. de in integrum restitutione. ueluti si actus gestus haberet formam sibi competentem de iure speciali, non autem de iure communi: nam ad cognoscendum actum, potißimum iudicium resultat ex forma contrahendi: secundum Aretinum in l. prima. §. si quis ita. ff. de uerborum obligationibus.* Facit *lex insulam. ff. de præscriptionibus. & lex si cum uno. ff. loca.* Idem *si ex præcedenti tractatu hoc deprehenderetur: per notata in l. ita stipulatus magna, in princip. ff. de uerborum obligatio. Idem si aliquis haberet aliquod priuilegium odiosum, quia renunciando generaliter iuri suo, intelligeretur etiam de eo actum ut notatur in l. sed & si quis. §. quæsitum, ubi* Bald. *ff. si quis cautio. & in dicta l. prima ff. si quis in ius uoc. & facit. l. ij. in fine.* C. *de priuilegijs scholasticis.*

XXXVII. PRAESVMPTIO.

1 Filius natus ex vxore, præsumitur conceptus de marito, etiam si mater soleat alijs commisceri. & quæ ratio.
Ampliatur. nu. 2. 3. 6. 7. 8.
Limitatur nu. 9. & sequenti.
2 Filium natum ex vxore præsumi conceptum ex marito, an sit præsumptio iuris & de iure, ita quod non admittatur probatio in contrarium.
3 Concubinæ retentæ in domo filius, an præsumatur conceptus ex eo qui eam retinet in concubinam.
4 Filius natus ex ea cum qua quis habebat consuetudinem extra domum, non præsumitur conceptus ex illo, nisi probetur, quod nemo alius cum ea habebat consuetudinem.
5 Ancilla reperta pręgnante, an præsumatur contra dominum.
6 Filium esse illegitimum, non statur assertioni matris, nec mariti, oritur tamen magna suspitio pro dicto matris.
Infertur ad notabilem quæstionem.
7 Filius si non assimiletur marito, sed cuidam adultero, an ex hoc præsumatur illegitimus.
8 Filius natus ex muliere quæ longo tempore cum marito remanserat sterilis, an præsumatur mariti.
10 Filius non præsumitur esse mariti, quando cum confessione matris hoc confitentis concurreret fama.
11 Filius non præsumitur esse mariti, si vxor fuit concubina alterius, & partus fuit agnitus per concubinarium, maxime si filius sit natus in domo concubinarij vicinis scientibus.

Filius

12 Filius si instituatur hæres ab eo qui dicitur fuisse adulter matris, non est leuis coniectura, quod ille filius non sit mariti, sed adulteri.
13 Filius non præsumitur mariti, si mulier domini fuit sterilis, & aliquando diuertit à marito.
14 Filius natus ex meretrice vxorata quæ multorum libidini patet, an præsumatur mariti.
15 Mulier quæ mortuo marito statim nupsit, si intra nouem menses pariat, cuius præsumatur partus.

Trigesima septima præsumptio.

Trigesimoseptimò. ¶ † Natus ex uxore præsumitur conceptus de marito licet mater interim etiam cum alijs consueuerit. l. miles. §. defuncto. ff. ad l. Iuliam de adulte. quem text. dicit singularem Bal. *in rub. C. de probatio. in ultima colum. & in l. si matre. C. de suis & legi. & in l. fina. C. de commu. ser. manu.* Angel. *in l. septimo. ff. de statu homi.* Paul. *de Castro in l. iij. ff. de libe. & posthu. & per* Moder. *in cap. per tuas. supra de probatio. & in l. j. §. ad quæstionem, in ulti. col. ff. de quæstio. &* Fran*cis. Cremen. singu. 126. mortuo marito.*

¶ Sed tu aduerte, quia tex. in dicto §. defuncto, non probat istam opinionem, quia licet dicat quod posset illa esse adultera, & impubes defunctum patrem habuisse, non tamen sequitur: ergo lex hoc præsumit: quia multa sunt poßibilia quæ tamen nō præsumuntur. l. neq; natales. ubi glos. C. *de probatio. imò facta quamuis poßibilia regulariter non præsumũtur. l. in bello §. factæ. ff. de capti. & in illo textu tale indicium non debebat nocere filio, ex quo erat res inter alios acta. l. tertia. §. causæ cognitio. ff. de*

carbo.edicto.melius ergo probatur ista opinio per rationem huius regulæ principalis, quia talis est benignior præsumptio, & fauorabilior partui: ergo debet potius capi.d.cap.estote.de regu.iuris.Et facit quod notat Salyc. in dicta l.neque natales.in prima col.ubi filius in dubio præsumitur natus post matrimonium contractum, inter patrem & matrem, non ante:licet quandoq; occurrat ut ante nascatur.l.cum quis.de natu.libe.& istud est fauorabilius pro ipso filio.

¶Cogita tamen:quia si ista præsumptio oriretur ex prædicta ratione,tantum,sequeretur quod non procederet in casibus in quibus limitaui regulam d.l.merito.& dicti capitu.estote.quod etiam summe notandum in actu practico.

2 *¶ Ampliatur † prædicta præsumptio ut procedat nedum per uiam simplicis præsumptionis, sed etiam per præsumptionem iuris & de iure, unde non poterit probari contrarium,ut est de mente Pauli de Castro in consi. clxxv.super primo uidetur,in iiij.col.& Andre.Siculus consil.l.in primo dubio,in ij uolu.referunt se ita consuluisse Moder.in dicto §.ad quæstionem.*

¶ Sed istud dictum non est simpliciter uerum, ut apparebit ex infra dicendis limitationibus, & licet in aliquo casu non admittatur probatio in contrarium, istud nō est quia lex disponit super præsumpto: sed quia per rerum naturam talis probatio est impoßibilis, unde non admittetur.l.actor.C.de probatio.& ita est de mente Abba.in dicto cap.per tuas,& firmat Bal.in d.rub.C.de probatio. in ultima colum.

Secundo

3 ¶ Secundò † ampliatur ut procedat etiam in concubina retenta in domo, quia præsumetur filius eius qui eam concubinam retinet, non autem alterius, secundum glos. in cap. Michael. de filijs presby. & Abb. & cæteros in dicto cap. per tuas, Andre. Sicu. cõsil. xxvij. in ij. col. in primo uolumi.

¶ Et istud procederet etiam si talis non retineretur in scemate concubinæ, secundum Ancha. consil. ccxxv. uidetur prima facie, col. penul. Quod tamen intelligitur quando talis causa pro arbitrio suo haberetur, ut tradit Alexan. consil. clvij. in v.

¶ Item quando eam retineret infra domum: ex quo uerisimile est quod non ita prostituerit alijs, sicut potuisset facere si non habitasset in domo. Et propterea dicit Alberi. de Rosa. in l. filium diffinimus. ad finem. ff. de ijs qui
4 sunt sui uel alie. iuris. † quod si quis habuit consuetudinem cum aliqua extra domum, & nascatur filius non tamen præsumitur ex eo natus nisi probaretur quod ea cum nemine alio consueuisset, & ita dicit se obtinuisse, & mihi placet, licet Moder. dubitent in dicto capitu. per tuas.

5 ¶ Item † intellige quando constat quod retinens eam in domo consuesceret cum ipsa, alioquin si ancilla reperiatur prægnans non tamen simpliciter est præsumptio contra dominum, secundum Bal. in d. l. filium.

¶ Item intellige dummodo talis mulier non fuerit absens eo tempore quo debuit à communiter accidentibus esse facta grauida, secundum Abba. in dicto c. per tuas, de quo dic, ut ibi per Moder.

6 ¶ Tertiò † amplia ut supra dicta præsumptio procedat etiam si tam mater quàm maritus negarent & dicerent natum ex adulterio, per glos. in l. si posthumus. §. fi. ff. de libe. & posthu. & ibi Doctores. Alexan. in l. neque professio. C. de testa. Barto. Rapha. Fulgo. & alios in d. l. filiam. ubi reprehendunt quendam filium regis qui credens matri renunciauit regno. & optimè facit l. fina. ff. de probatio. dicit tamen Hostien. in c. officij. de pœnitentijs & remißionibus. quòd oritur magna suspitio pro dicto matris. Et propterea infert ibi Abb. quod si filius haberet ex hac ratione conscientiam læsam, quia in conscientia crederet matrem dicere ueritatem, deberet abstinere à bonis mariti: aliâs ædificaret ad gehennam. c. per tuas. de simo. cum similibus.

¶ Sed uidi in facto: uidua ueniens ad mortem, accersitis tribus filijs, dixit, unus uestrum est natus ex adulterio, & propterea indebitè detinet bona paterna, ego (ne moriar in isto peccato) intẽdo eum manifestare, nisi uos inuicem remittetis omne ius quod habet alter uersus alterum, propter hoc ipsi, cum quilibet dubitaret de seipso, fuerunt contenti. Nunquid mater sit isto casu tuta? & credo quod sic per notata in dicto cap. officij. Et ad supra dicta facit, quia non potest mulier etiam expresse per pactum præiudicare statui liberorum suorum. l. transactione matris. C. de transac. nisi in possessorio per contumaciam. l. prima. §. si cui uentrem. ff. de uentre inspici. de quo dicendum est ut ibi. Et uide pulchram quæstio. positam per Iaco. Butri. & Floria. in l. quidam. & Fulgo. in l. j. ff. de probatio.

Quarto

7 ¶ Quartò † amplia etiam si filius natus non aßimilaretur marito sed alicui adultero:argu.l.fi.§.penul.ff.ad municip.facit.l.quod si nolit.§.si mancipia.ff.de ædilitio edicto.& quia istud potuit contingere propter cogitationem mulieris tempore conceptionis:ut per glos.in l. quæreret aliquis.ff.de uerbo.signifi.& consuluit Paul.de Cast.in d.consil.clxxv.& quod not.Ias.allegando Hiero. & Quintil.in l.gallus.in fi.prin.ff.de lib.& posthu.ubi adde quod scribit Pius pontifex in Europa de duce plumbini:qui cum inuitasset compatres:eius cõcubina peperit filium maurum & similem coquo:& remansit delusus.

8 ¶ Vltimò † ampliatur etiam si mulier per longum tempus fuisset sterilis cum tali marito,de quo per Abba. in d.c.per tuas.& in isto casu esset nõ leuis præsumptio contra uiduam quæ pareret post mortem mariti: quia uerisimile est quod ualde hoc curauerit pro consequenda hæreditate mariti, saltem per indirectum: ubi cessat supra dicta præsumptio,concurrente sterilitate cum absentia per aliquod tempus.

9 ¶ Limitatur † supra dicta præsumptio ut contrariæ præsumptioni cedat,iuxta.l.diuus.ff.de in integ.restitu. unde licet in casu supra dictarũ ampliationum ille coniecturæ ex seipsis non essent sufficientes,tamen possent ita adiuuari uel simul omnes,uel ex concursu aliarum, quod esset sufficiens probatio ad informandum animum Iudi-
10 cis in contrarium. Et † sufficiens præsumptio esset quando cum confeßione matris concurreret fama secundum Bald.in d.l.filiam.& est fama secundum eum testimonium uulgi,dicti sui rationem non reddentis,sed opi-

 nantis:

nantis,& illa communiter se adaptat rebus ueris,uel uero proximis.

11 ¶ Item † *quando ista uxor fuisset concubina alterius & partus fuisset agnitus per concubinarium:nam tunc non præsumeretur mariti,& præsertim si natus esset uicinis scientibus in domo ipsius concubinarij ut latius deducit do.*Benedi.Capra *in consi ij.in* j.& *ij.col.*Et *confirmo istam opinionem per text.in d.l.filium diffinimus. in uersi.non tamen ferendum,ubi tex.considerat quod maritus sit aßiduè moratus cum uxore : & sic innuit quòd si raro eam adibat, præsumitur potius filius concubinarij,qui frequentius cum ea conuersabatur.*Idem *si iste filius solebat se appellare filium alterius quàm mariti, secundum* Paul.*d.consi.*175.& *licet confeßio absente parte facta non præiudicet:tamen secundum cum quãdo est frequens & pluries repetita uidetur transire in quandam publicam famam & tunc nocet.*Idem *si in suo libro iste filius ita scripsisset, ut per eum.*Et *generaliter cum sumus in materia præsumptionum multum residet in arbitrio iudicis quid iudicet,ex indicijs & coniecturis.*

12 ¶ Et † *est non leuis coniectura etiam quando talis institueretur hæres ab isto qui fuit adulter matris, nam nisi esset filius eius,uerisimiliter eum non instituisset:argu.l.quidam cum filium.ff.de uerb.obli.& per* Barto.*in l.j.§.Iulianus.ff.de lib.agno.& ita dicit* Paul.*in d.consil. & ista fuit etiam de mente* Anchara.*in d.consi.ccxxv.in ultima colum.*

13 ¶ Et *facit* † *etiam quod uult* Abbas *Areti.&* Fely. *in d.c.per tuas.ubi dicunt istam præsumptionem cessare concur=*

concurrẽtibus duobus,& quod mulier diu fuerit sterilis, & qđ aliquãdo diuertit à marito:nã potius præsumetur qđ interim cũ absentasset se à marito sit facta prægnans.

14 ¶ Sed † nunquid ista præsumptio procedat etiã in meretrice & sic in muliere nupta quæ tamen multorum libidini patet:iuxta tex.35.distin.c.uidua.& Moder.in d. §.ad quæstionẽ,uidentur præsupponere quod sic.Sed ego non puto istud uerum:quia dato quod talis sit meretrix,sequitur quod filij inde nati propter incertitudinem sunt spurij.l.uulgo ff.de sta.homi §.si aduersus.insti.de nupt. ¶ Facit ratio:nã istæ præsumptiones accommodãtur super uerisimili,ut uidimus supra in diffinitione:sed non est aliqua ratio uerisimilitudinis cur magis sit natus ex marito quàm ex aliquo adultero:ex quo plures cũ ea cõcubuerint:& ideo talis præsumptio nõ debet procedere in isto casu prout etiam fuit de mente Ange consi.cxcj.in ij.col.

15 ¶ Ex supra † dictis etiam infertur ad quæstionem quam ponit Barto.in l.gallus in princip.ff.de liberis & posthu.de muliere quæ post mortem mariti incontinenti alteri nupsit & peperit intra nouem menses, cuius præsumatur iste partus?secũdum supra dicta uideretur quod capienda esset præsumptio fauorabilior pro filio : & sic si primus maritus erat ditior præsumetur suus : argu. d.c.estote.de regu.iuris.tamen Barto.ibi,& Docto.concludunt standum esse alijs coniecturis, quæ uidebantur magis uerisimiles peritis in arte : argumento l.primæ.§. primo.ff.de uentre inspicien.& puto quod non modica esset præsumptio isto casu pro dicto matris.l.etiam.ff.de proba.& per Hosti.in d.c.officij.& Signoro.consi.lv.si

quæratur

quæratur, & licet mater poßit decipi.l.j.§.si mulier.ff. de libe.agno.tamen istud est de raro contingentibus quod mater affirmet,nisi sciat ueritatem, & iura contraria loquuntur quando mater ipsa est suspecta uel propter inimicitias,uel propter spem succeßionis,uel alio modo,unde cessante suspitione uideretur ei standum.

¶ *Esset etiam aliqualis præsumptio, quando iste filius esset similis secundo marito, quando non esset uerisimile quod tempore concubitus cum primo, recordaretur secundi,puta quia eum non agnosceret, & in his ut supra dixi plurimum potest arbitrium & coniectura iudicis,de quo tamen latius habetur in d.l.gallus.*

XXXVIII. PRAESVMPTIO.

1 Matrimonium præsumitur inter duos ingenuos simul conuersantes.

Copula præsumitur secuta,si præcesserunt sponsalia & transductio ad domum.

2 Matrimonium an præsumatur si copula non sit sequuta,sed conatus tantum, qui effectum non habuit.

3 Vxor an præsumatur aliqua esse, ex eo quod vt vxor tractatur ab aliquo.

4 Filio satis est probare se vt filium tractatũ, quia stabitur tractatui,nisi probetur contrarium.

Sed an quasi possessio quæ resultat ex eo quod quis tractatus est vt filius,sit sufficiens in decisorijs. petitorij iudicij.nume.5.latissime cum seq.

6 Dominium non præsumitur ex quasi possessione etiam in iuribus incorporalibus,quando agitur de dominio principaliter.

Filius

7 Filius agens ad successionem paternam, qualiter debeat probare se filium, & an sufficiat probatio tractatus, siue quasi possessionis iuris resultantis ex eo quod vt filius fuit tractatus.

8 Filio petenti alimẽta sufficit probatio quasi possessionis tractatus vt filij: qui dicitur turbari in quasi possessione filiationis, ex eo quod alimenta ei denegantur.

9 Filiationis quæstio si emergat in præparatorijs iudiciorum, sufficit filio probare se tractatum vt filium.

Trigesima octaua præsumptio.

TRigesimooctauo. ¶ † Præsumitur in dubio matrimonium inter duos ingenuos simul conuersantes. l. in liberi. ff. de ritu nuptia. de quo dic ut dixi in præcedenti regula principali, uersicu. v. Et istud uidetur procedere etiam iure canonico, quando sponsalia præceßissent matrimonium: tunc ex conuersatione, & transductione ad domum, præsumitur certa copula, & consequenter oritur præsumptio iuris & de iure pro matrimonio. cap. is qui fidem. de sponsa. & ita tenet Hosti. & Ioan. Andre. in c. fin. eod. titu. & licet Abbas & Moder. ibi uideantur tenere contra eos: tamen talis opinio procedit quando constat non interuenisse copulam. Sed ubi fuerit translata in domum & sint puberes, uerisimile est eam interuenisse. l. si uero. §. si adolescens. ubi glos. ff. mandati. & ita possunt concordari.

2 *¶ Sed quid † si non sit sequuta copula, sed nixus tantum seu conatus qui nõ habuisset effectum: uidetur idem, quia ex quo iste non potuisset facere illum conuentum*

siue

sine peccato:ad euitandam suspitionem peccati, debemus præsumere, quòd fecerit animo cõtrahendi matrimonium de præsenti in quo solus consensus sufficit ad nuptias.l. nuptias.ff.de reg.iur.& ita dicit Calde.in d.c.fi.quem ui detur ibi sequi Cardina.Alexan.Nec obstat ille text.quia secundum eum debet intelligi quando sponsus nõ potuit proficere secundum naturalem cursum, quia erat impubes:non autem quando non potuit, secundum accidentalem:puta quia mulier nimis arcta,& sic ille tex.intelligitur in impuberibus in quo cessat ratio præsumpti cõsensus ad matrimonium.

¶ Sed iste intellectus cõmuniter non tenetur, quia nimis restringit tex.& etiã impropriat:ex quo tex.loquitur in adolescente & sic de puberibus:quia talis proprie dicitur adolescens, ut est tex.in l.aurelio.§.j.ubi Barto.de libe.lega.Nec obstat ratio sua quod debeat capi præsumptio ad euitationem peccati:quia ista ratio non procedit hoc casu ubi etiam agitur de periculo animæ.c.iuuenis.de sponsa. nec tex.in d.c.is qui fidem, se fundat simpliciter in hac ratione, quòd apparet : quia ista ratio procedit secundum simplicem præsumptionem, dispositio autẽ d.c.procedit, per præsumptionem iuris & de iure, ut ibi habetur : & potuit illud esse introductum:quia lex præsumit quod uirginitas sponsæ non sit perdita cum sponso nisi per uiam matrimonij, & de tali uoluntate utriusque præsumit ex actu subsequuto & super præsumpto disponit.

3 *¶ Nunquid † autem ex tractatu tanquam uxor præsumatur mulier esse uxor:uidetur quod sic, per text.in c. illud, infra eo.et late per Saly.in l.quidã.ff.de prob.& di*

cit

cit Bal.in l.non ignorat.col.j.C.qui accusa.non pos.quòd præsumptio oriens ex tractatu est lõgè efficacior illa quæ oritur ex simplici nominatione,quia per actus magis declaratur ueritas quàm per uerba, ut ibi per eum: & iste tractatus uidetur facere sufficientem præsumptionem, ita quod onus probandi transferatur in partem aduersam.
4 Et propterea † satis est quod filius probet se tractatum ut filium,quia stabitur tractatui, nisi probetur contrarium,ut dicit Butri.in c.transmissæ.col.iij.& ibi Moder.qui filij sint legi.Iaco.Butri.in l.quidam.ff.de proba. Alexan.in consi.lj.in primo,Decius consi.liiij.& latius per Fely.in d.c.per tuas,uersi.ij.conclusio.
5 ¶ Dicit tamen † Bal.consi.clxxx.mortuo filio,in iij. uolu.& in d.c.per tuas,quod quasi possessio istius iuris, quæ resultat ex isto tractatu non est sufficiens ad obtinendum in decisorijs petitorij iudicij.Et mouetur ratione, quia nos uidemus in simili idem in rebus corporalibus, ad quarum detentionem non est satis probare de possessione: sed requiritur probatio tituli.l.circa.ff.de probat. & ibi notatur.hanc opinionem etiam tenuit Petrus Cy. Bal.Alberi.& Salice.in d.l.non ignorat.Petrus & Cy.in l.j.C.ubi causa sta.Cyn.& Bal.in l.non nudis.C.de probatio.& ibi idem tenuit Barto.in lectura noua quem refert & sequitur Iason in l.neq; professio.C.de testa.
¶ Et pro ista parte etiam facit doctrina Bartoli in lege
6 quidam in suo,ff.de conditionibus instituendis.† ubi si principaliter agitur de dominio ex quasi possessione non præsumitur dominium etiam in iuribus, de quo per Doctores in capitulo cum ad sedem. de restitu.

restitu.spolia.ergo in casu nostro si principaliter agatur de iure ipsius filiationis,non debet sufficere si probetur possessio:& sic debet distingui quod notatur in l.j.§.ad quæst.ff.de quæstio.& in l.ij.ff.de liber.& posthu.cum similibus.Ange.tamen in d.l.non ignorat.& Floria.in l. quidam.ff.de probatio.uidentur distinguere: aut agitur principaliter de ipso iure filiationis: puta quia pater uen dicat filium:uel non uult eum agnoscere,& non est satis ista quasi possessio:aut incidenter,& tunc secus,quæ opi nio bene concordat cum doctrina Bartoli in dicta l.qui=
7 dam.in fine.sed † ipsi non explicant quid iuris quan= do filius petit successionem , & certè tunc ista qualitas filiationis est fundamentum principale intentionis suæ, unde in tali iudicio sola probatio possessionis non uidetur sufficiens.Et propterea teneo supra dictam opinionem: quæ uidetur uerior & magis communis , si dicta docto= rum bene considerentur.

¶ Considera ergo aliquot casus.

¶ Primus casus est,quando filius agit principaliter con= tra patrem & petit declarari eum patrē suum:& tunc non sufficit solus tractatus, secundum Angel.& Floria= num supra allegatos , & iste casus non habet difficulta= tem.

¶ Secundus est , quando filius petit hæreditatem pater= nam:& etiam tunc non est satis probare simplicem qua= si possessionem seu tractatum,per supra dicta , nisi con= currant aliæ coniecturæ, puta fama uel confessio paren= tum,quia tunc uideretur fieri satis ualida præsumptio, & in probanda filiatione admittuntur probationes

præ=

præsumptiuæ.l.lucius.ff.de conditio. & demonstratio. & in dicta l.filium.ff.de; ijs qui sunt sui. & faciunt notata in d.c.illud.

8 ¶ *Tertius casus † est, quum filius petit alimenta tanquã filius. & tũc crederetur satis esse si probaretur ista quasi possessio: quia ista alimenta respiciunt quasi possessionem, & si subtrahantur dicitur filius quasi turbari in quasi possessione. l. si neget. ubi* Bart. *ff. de libe. agno.* Alexan. *in d.consi.lj.*

9 ¶ *Quartus † casus est, quum quæstio filiationis incidenter emergit in præparatorijs iudiciorum, & tunc probatio tractatus sufficit, ut est glo. quæ ita ibi communiter intelligitur in d.l.non ignorat. & in istis ultimis duobus casibus possunt procedere autoritates allegatæ per* Feli. *in d.c.per tuas. Est uerum quod male loquitur, dum dicit quod tractatus probat filiationem: nam istud nunquam est uerum: sed bene probat quasi possessionem filiationis, quæ possessio aliquando transfert onus probandi, aliquando non, secundum supra dicta.*

PRAESVMPTIO XXXIX.

1 Aggressor fuisse præsumitur, is qui ex duobus simul digladiantibus mortuus est, ideo vnus est absoluendus.

De veritate late maxime nu.6.& seq.

2 Aggressorem si quis occidat, absoluendus venit, etiam nõ probato moderamine tutelæ inculpatæ: quia seruasse præsumitur moderamen.

3 Dans operam rei licitæ præsumitur seruasse moderamen inculpatæ tutelæ,

4 Accusator si probet quod Titius occidit seium: Titius autem probet quod Seius fecerat insultum aduersus eum, vel res suas, obtinebit reus: quia præsumitur quod incontinenti se defendit.
5 Aggressor quis fuerit ex duobus se inuicem vulnerantibus si ignoretur, an vterq; sit absoluendus.
7 Occidisse ad sui defensionem dicenti, incumbit onus probandi.
9 Rixosus præsumitur ad rixam prouocasse: & sic si sit mortuus, præsumitur aggressus occisorem.
10 Fortior & robustior præsumitur ad rixam prouocasse.
11 Fortior dicitur is, qui est peritior in scrimia.
12 Exclamans petendo auxilium verosimile est, quod fuerit insultatus.
13 Mediator si interponat se inter duos qui se verberant gladio vt eos diuidat, & occidatur, impune occidetur: quia præsumitur ad defensionem occisus.

xxxix. præsumptio.

TRigesimonono † præsumitur ex duobus simul digladiantibus, eum qui mortuus est fuisse aggressorem. Et propterea unus est absoluendus. l. j. §. cum arietes. ff. si quadru. pau. fec. di. Ioan. fab. in §. ius autem gentium. in ulti. col. insti. de iur. natura. Et *ista præsumptio est capienda fauore uiuentis, ex quo etiam est humanior per supra dicta.*

2 ¶ Et *ex hac decisione, primo habes notare † quod si aliquis occidat aggressorem uenit absoluẽdus, nec tenetur probare se seruasse moderamẽ inculpate tutelæ: imo præsumetur seruasse, nisi fiscus probet cõtrarium: uel ex qualitate aggressuræ aliter sit coniecturandum, & ita debet intelligi tex. in. l. j.* C. *unde ui. quod est summe notandum.*

¶ Et

¶ Et confirmatur ratione, quia aggressor dedit operam rei illicitæ: iste uerò defensor licitè agit: unde potius in iudicio debet capi coniectura contra aggressorem, & sic quòd licitè fuerit interfectus. Non autem debet defensor grauari isto onere probandi, seruatum esse moderamen,
3 quia† quilibet dans operam rei licitæ præsumitur illud seruasse. argumento dictæ. l. merito. pro socio. Et istud etiam est de mente Bal. in. l. is qui aggressorem. C. ad. l. cor ne. de sicarijs. & in. l. multis. C. de liber. cau. & Ancha. in clemen. ∫. de homici. & ita etiam intelligitur Barto. in. l. sed si quacunq;. ff. ad. l. quiliam. & quod notat August. de arimi. in addi. Augu. in uerbo, & dictus titius se defendendo. in. iiij colum. Alexan. consi. xiiij. in. iij. uolumine. Bartho. uero. cõsi. xxviij. & consi. sequen. in. iij. col. Fely in. c. iij. in fi. de homici. Ias. in dicta. l. ut uim. in prĩa colum. de iusti. & iur. dum reprobat opinionem Barto. in. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad. l. aquili. quæ tamen opinio potest saluari in casu in quo non constaret de modo aggressuræ.

¶ Fortius dicit do. Alexan. in. l. non solum. §. sciendum. in
4 fin. ff. de noui ope. nuncia. quod† si accusator probet qualiter titius seiũ interfecit, & econuerso, titius probet quòd seius fecerat insultum aduersus eũ uel res suas, quãuis non fuerit specificè probatum quòd incontinenti sit factum, tamen reus obtinebit quia præsumetur defensionem incontinenti factam & exceptio sustinebitur iuxta l. tertiã. §. cum igitur. ff. de ui & ui arm. allegat in argumentum doctrinam Barto. ibi. de quo per eum & moder. in capitulo in præsentia. supra de probationibus.

¶ *Secundo ex hac decisione aduerte: quia ista opinio potest procedere stante uera opinione glossæ quam ibi* Barto. *sequitur in dicta lege prima. §. cum arietes. quæ*
5 *uult † quod si ignoratur quis ex duobus se inuicem uulnerantibus fuerit aggressor, quòd uterque sit absoluendus, propter incertitudinem. l. scientiam. §. cum stramenta. ff. ad legem aquiliam. Sed contra illam glos. tenuit* Bald. *ibi. & in repe. dictæ legis primæ.* C. *unde ui. &* Angelus *de aretio, in dicto loco. in ultima columna, & dicit quod ita seruauit in facto: & sequitur* Augustinus *de arimino ibi per doctrinam* Barto. *in. l. si in rixa. ff. de sica. & respondet* Ang. *ad di. §. cum stramenta, ut ibi per eum.*

¶ *Sed quicquid dicant isti doctores, ego non recederem ab opinione glossæ* Barto. *&* Ioannis *fabri, ubi sumus in dubio: quia nec per probationes, nec per coniecturas posset apparere quis fuisset aggressor: unde in dubio erunt potius ambo absoluendi quàm condemnandi ex quo posset accidere, quòd alter esset* Innocens *& simpliciter se defendisset. l. absentem. ff. de pœn. l. duobus. §. fina. in glossa. de iureiurando. & quòd notat* Roma. *consilio quadringentesimoprimo, ex præsupposito. nec doctrina* Barto. *in dicta lege si in rixa. quicquam facit: quia in casu suo omnes dabant operam rei illicitæ, & istud constabat: merito omnes tenentur de uulnere lethali: quamuis solum unicum uulnus lethale reperiatur. Sed hic in casu nostro non constat quod uterq; daret operam rei illicitæ: quia potuit unus se defendisse & sic licitè tantum egisse: dicto. §. cum stramenta. istud tamen declara, ut infra di*

stra dicam.

6 ¶ Tertio est aduertendum:† quia ista decisio ita simpliciter intellecta non est uera: quia in dubio præsumitur, quòd occisor fuerit etiam aggressor, secundùm Ioannem Andre. in capitulo significasti. de pœni. & remißi. Bald. in capitulo primo, in tertia columna. de pace tenen. & in dicta. l. ut uim. in penultima columna. & per Richardum malumb. & floria. in dicto. §. cum arie-
7 tes. Et propterea† dicenti se interfecisse ad sui defensionem, incumbit onus probandi, ut per Bartolum in lege aurelius. §. item quæsijt. de liber. lega. Sed quùm hoc dictum procedat per uiam præsumptionis, contraria quoque præsumptione posset tolli. dicta. l. diuus. de
8 in integrum restitutione. Et primo † tolleretur, quando merita præcedentis uitæ essent pro eo qui est uiuus. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. & in isto casu præcise loquitur Ioannes fab. & Floria. in dicto. §. cum arietes. Alexand. in dicto consilio decimoquarto, in tertio uolumine. Fely. in capit. dilecti. in penulti. colum. infra de excepti.

9 ¶ Secundo† tolleretur quando esset probatum, quod ille qui reperitur mortuus esset rixosus, quia præsumeretur talis prouocasse ad rixam, ut dicit cardi. in clementina prima. in trigesimatertia quæstione. de homicidio. ubi si duo reperiuntur mutilati, nec apparet quis fuerit insultor, præsumitur contra magis rixosum.

10 ¶ Tertio † tolleretur, quando ille qui est mortuus esset robustior uel potentior: quòd potest esse ex qualitate personæ, uel loci, uel etiam armorum: nam in du-

bio præsumendum est quòd fortior prouocauerit secundùm Richardum & floria. in dicto. § . cum arietes.

¶ Nec obstat quòd ad effectum apparet quod uiuus est fortior, ex quo ille fuit superstes: quia istud potuit esse propter diuinum iudicium qui noluit innocentem perire: sicut dicitur de Dauid qui interfecit Goliam per glo. in capitulo primo. de purgatione uulgari. & capitulo sæpe contingit. & ita respondet Bartholomæus ueronen. consilio uigesimonono, uersiculo septimo, in quinta co-
11 *lumna. Et dicitur† fortior ille qui est magis peritus in scrimia, secundum Cepo. in dicto consilio uigesimooctauo, in tertia columna, uersicu. viij.*

¶ Quarto colligitur ex probatione aliquarum conjectu-
12 *rarum: puta si probatum esset † quòd iste uiuus exclamasset petendo auxilium, nam signum est quòd ipse insultabatur, ut per Bald. in. l. prima. C. unde ui. Idem si in ipso congressu se retrahebat, nam hoc est argumentum se defendentis, non autem insultantis ut ibi habetur, & per ueronen. in dicto consilio uigesimooctauo, ubi latè consuluit in ista materia. Et cum hic simus in materia præsumptionum multùm consistet in arbitrio iudicis, qui habet circa illas arbitrari, ut habetur in capitulo afferte. per Abba. infra, & in dubio uidetur quòd debeat inclinare in partem humaniorem, & sic in fauorem uiuentis per supra dicta. ¶ In contrarium tamen facit quod notat Bald. in capitulo primo. in princi. quibus mo. feu. am. Fely. in capitulo presbyterum. de homi. ubi si medici inter se sunt discordes quia aliqui dicūt uulnus fuisse lethale, aliqui non, in dubio præsumetur lethale: & sic*

capietur

capietur præsumptio contra superstitem. Facit quod idem Bald.notat de equo sbulso,in auten. omnes peregrini.C. com. de succes.sed respondetur quòd Bald. loquitur quando uulnus erat in loco ualde periculoso,uel erat ualde magnum,nam ista coniectura oriens ex ipsa re præualebit alteri,nè attendatur humanior:& ita etiam declarat Vero.in dicto consilio uigesimoctauo,in ultima columna.

13 ¶ *Intellige† supra dictam præsumptionem ut procedat nedum respectu congredientis, sed etiam respectu tertij mediatoris secundùm Ange.in.l.secunda,per illum textum.C.de sicar.ubi duo sunt ad manus, & aliquis forte bono zelo,curto baculo uult eos diuidere:si talis occidatur,præsumitur occisus ad defensionem & sibi imputet,quia non debuit se interponere per modum per quem defensio redderetur debilior.glos.in.l. culpa caret.ff. de regulis iuris.& idem uidetur sentire Bal.in capitulo primo. §.iniuria.de pace iur.firmã.in fin. Ange.de areti. in loco supra allegato.moder.in dicta.l.ut uim.& facit decisio Ioannis de ana.in capitu. ad liberandum in.ij.col. de Iudæis.*

XL. PRAESVMPTIO.

1 Seruus delinquens non præsumitur deliquisse de domini consensu,ideo non tenetur dominus, nisi vt seruum pro noxa dedat.

Limitatur nu.3.4.5.

2 Famulus non præsumitur deliquisse de consensu patroni seu domini.

Limitatur nu.3.4.5.6.7.

4 Famulos iprobos si quis accipiat in domo, præsumitur informatus, de eorum conditione. ideo tenetur dominus, qui opera improborum famulorum vtitur, si ipsi famuli aliquod delictum faciant. intellige vt ibi.

5 Caupo vel nauta tenetur de delicto famulorū. Caupo an teneatur ad damna [saltem] & interesse, si famulus suus vulneret viatorem hospitantem.

xl. præsumptio.

QVadragesimo. † seruus delinquens non præsumitur deliquisse de consensu domini. & ideo dominus nō tenebitur nisi dare seruum pro noxa, cum aliàs teneretur insolidum. l. ij. ff. de noxa.

2 ¶ *Et idem † est in famulis: & sic in libero homine: quia non præsumetur neq; ipse deliquisse de consensu patroni.* j. q. iiij. c. *quia præsulatus. & ideo dominus ī nihilo tenebitur secundū* Bal. & Ia. *in. l.* j. *in.* ij. *notab. ff. ne quis eū qui ī ius. & in. l.* j. *in.* j. *nota. ff. si ex noxa. cau. agatur.* ¶ ADDITIO. ¶ *Adde quod uoluit ludo.* Bologni. *in repet. autē. habita. col. vij. C. ne filius pro patre. quod scholaris non tenetur pro delicto famuli. & allegat* Bar. *in locis pluribus ut per eum.* Ioan. Nicolaus.

3 ¶ *Limita † primo generaliter in casibus in quibus cō sensus præsumeretur, puta quia dominus consultus de delicto, uel uidens illud fieri tacuisset. c. petrus. de homici. capitu.* Matthæus. *de* Simo. *uel delictum habuisset causam continuam & successiuam, cui uerisimiliter dominus potuisset occurrere. capi. constitutis.* j. *ubi* Abb. *supra de testi. & quod notat* Bal. *in capitu. ueritatis. in. iij. columna. de dolo & cōtuma. uel aliter appareret de scientia domini. de*

ni. de quo per Barto. & docto. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. de acquiren. hæredi. & in. l. si uentri. §. fi. de priui. credi. cum concor.

4 ¶ Secundo † limita quando famuli essent aliàs homines improbi, quia uerisimile est quod perseuerabunt in delictis suis. c. semel malus. de regulis iur. in. vj. & dominus eos accipiens in domo præsumitur informatus de eorum conditione. l. fi. §. seruorum. ff. nautæ caup. quod no. contra istos nobiles qui habent in domo pro famulis lenones & homicidas: nam ipsi tenentur ex delicto ipsorum secundũ Cardi. in cle. ne in agro. §. porro. in. iiij. no. per illum tex. de sta. mona. Fely. in dicto. c. Petrus. in. iiij. fallentia. mod. in. l. ij. C. de pactis. facit. l. fina. C. de abig. non uidetur tamẽ quòd puniendi sint eadem pœna, sed mitius arbitrio iudicis ex quo puniuntur per præsumptiones, secundum doctrinam Abba. in dicto capitulo afferte. infra eodem, cum similibus: præsertim quia in tali casu uidetur potius argui culpa domini quàm dolus. l. culpa caret. ff. de regulis iuris. & per Bal. in dicto capitu. ueritatis.

5 ¶ Tertio † Limita in famulo cauponis uel nautæ secũdum. l. j. ff. nautæ caup. stabu.

¶ Sed nunquid si talis uulnerat uiatorem hospitantem apud dominum, teneatur dominus saltem ad damna & interesse. Ioan. de ana. consi. ij. dicit quòd non: sequitur Ias. in. l. j. in. iij. columna. C. de seruis fugit. quod mihi placet quãdo eum uulnerasset extra hospitium: alioquin si eum uulnerasset in hospitio, dum cõfidit in custodia hospitis, uideretur secus quia si dominus tenetur de dãno dato in rebus, ut habetur per totũ illũ tit. multomagis de dato in

personam.l.iustißimè.ff.de ædili.edi.& facit glo.xxxij.q.iij.c.offerebat.

6 ¶ Quarto† limita ut factum famuli noceat domino quo ad præstandam causam excusationis alicui cõtra dominũ, qui aliter eam nõ habuisset secundùm Bar.in l.fi.§.fi.ff.quod ui aut clã.& in l.de pupillo.§.si quis ipsi.in decima quæstione.de oper.no.nunc.Abb.& Butri.in c.si iussus.de appel.

7 ¶ Quinto† & ultimo fallit in familia delinquente in officio suo: pro cuius facto ipse prætor tenetur: & idẽ de familia publicanorum.l.j.§.familiæ.ff.de publi.& latißime habetur per Feli.in d.c.Petrus.

PRAESVMPTIO XLI.

1 Præsumptio contra fiscum in dubio capitur & contra eum iudicandum est.
2 Instrumenta duo si eadem die reperiantur confecta, alterum fisci, alterum priuati, præsumemus in dubio instrumentum priuati præcessisse, latissime de ueritate.
3 Intellectus l.non puto.ff.de iure fisci.
4 Instrumentum dotis & fisci si reperiantur eodem die cõfecta, quod præsumatur in dubio prius factum.

Præsumptio xlj.

QVadragesimoprimo† in dubio capitur præsumptio contra fiscum & contra eum iudicandum est.l.non puto.ff.de iure fisci.

2 ¶ Et per illum tex.ibi infert Dyn.& Bart.† quod si eadem die reperiũtur confecta duo instrumenta, alterũ fisci

fisci, & alterũ priuati, præsumemus in dubio instrumentum priuati, esse anterius: & idem tenet Alexã. in l. j. in j. col. ff. solu. matrimo. Mathesil. in nota. suo. lxxij. & d. l. non puto. concordat cum eo quod dicit Pli. in panegyrico ad traianum, quæ præcipua tua gloria est? Sæpius uincitur fiscus cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono principe.

¶ *Et idem esset quando concurreret instrumentum fisci & dotis, quia instrumentum dotale censebitur prius secundum Bal. in l. dotis. C. de iure dot.*

3 ¶ *Dicit tamen† Iac. de belui. in l. unica. C. de cadu. tollen. quod dicta l. non puto. debet intelligi quando fiscus uenit ex causa lucratiua, & ita etiam sentit Rapha. cum a Soci. Ias. & Bulgarus in d. l. j. Et cõfirmant hunc intellectum, quia ille titulus loquitur de bonis peruenientibus ad fiscum ex simili causa, ergo de tali debet illa l. intelligi, arg. l. imperatores. ff. de in diem addic. & ita etiam tenet Feli. in c. pastoralis. uersi. ad identitatem. de rescrip. Ias. in l. de die. in fine prin. ff. qui satisda. cogan. Deci. in c. ex literis. de proba. & in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. ubi etiam refert alios intellectus satis abhorrentes à litera. Sed ista declaratio nimis restringit text. in d. l. non puto. prout dicit Alexan. in d. l. j. ubi per hanc rationem recedit ab opinione istorum, & sequitur Barto. indistincte, nec est uerum quod ille titulus loquatur solũ in causa lucratiua.*

¶ *Nec obstat l. si is qui mihi. ff. de iure fisci. cum multis similibus referentibus uaria priuilegia fisci, quia loquuntur in casibus claris: & in talibus lex eum priuilegiat.*

priuilegiat, sed in dubio est secus. Praeterea, non sequitur fiscus habet multa priuilegia: ergo etiam istud. glos. in l. filium quem habentem. C. fami. erciscun. Pro ista tamen opinione facit quod scripsit Alius capitolinus in uita MarciAntonij philosophi imperatoris. ubi dicit quod in causis compendij: & sic ubi lucrum resultabat: nunquam ipse imperator fauit fisco. Alium intellectum ad d. l. non puto. posuit Socin. & Bulga. in d. l. j. sed quia mihi non placet, non refero.

¶ Sed tu circa illam decisionem Dy. & Bart. aduerte, quia non uidetur uera: nam dato quod fiscus non sit fauorabilis in dubijs quaestionibus: non tamen debet esse deterioris conditionis quàm priuati: imo ubi lex praecisè non priuilegiat fiscum, tunc aequiparatur priuato, ut est glo. in l. item ueniunt. §. imperatorum. ff. de petitio. haeredita. & optime probatur in l. j. C. de conducto. & procu. praedio. fisca. libro. xj. Sed si essent duo priuati, uideretur quod propter incertitudinem alterum instrumentum alteri non praeualeret. l. j. §. j. & ibi Barto. de bono. possess. secundum tabu. & propterea non uideretur ita simpliciter praeferendum priuatum. Tamen mihi placet opinio Bart. propter generalitatem d. l. & autoritatem Plinij in d. panegyrico.

4 *¶ Sed † nunquid idem sit in dote admissa ista opinione, casus non habet difficultatem. Sed tamen in contrarium facit, quia dos & fiscus pari priuilegio ambulant l. ij. ubi not. C. de priuilegio fisci. & per Barto. in l. j. penulti. colum. ff. solu. matri. Vnde si sint priuilegiati pariter, deberet uterque simul admitti, per regulam l. priuilegia. ff.*

gia.ff.de priuile.credito.per Barto.in auten. quas actiones.C.de sacrosan.eccle.fortius uidetur fiscum solum admittendum tanquam magis fauorabilem.l.satis.C.in qui. cau.pig.tac.contrahatur.& sic mulier non uteretur priuilegio contra fiscum.& ita uoluit Bald. nouel. in tractatu dotis.in ix.parte.in primo priuilegio, per aliquas rationes de quibus per eum. Sed mihi placet prima opinio,quod tunc contra fiscum pronuncietur per supradicta:quæ opinio uidetur magis cōmunis in d.l.j. tanquam potentius sit in hoc casu priuilegium dotis. Ad text.in dicta l iij.& in d.l.satis.respondeo quod ibi non est simpliciter causa fiscalis,sed est primipili in quo est speciale quod etiam bona uxoris sunt obligata:& filij quamuis non hæredes patris,teneantur.l.iij.C. de primipil.lib.xij.& ratio specialitatis est secundum Abba.post alios quos refert in c.ex parte.in ij.colum.de consuetudine.propter magnum periculum, quod in primipilarijs uertebatur: quia primi in hostem prodibant, sed istud nihil est.Vnde dic quod penes primipilares collocabantur stipendia,& annona militum:quam inde ipsi illis diuidebant.Vnde nisi in tempore satisfecissent uertebatur magnum periculum famis & penuriæ in exercitu. Et propterea fuit inductum ut etiam uxor & filij pro tali debito tenerentur: & istud est clarissimum apud Vegetium libro primo, rei militaris. & aliâs declaraui in dicta lege tertia.C. de primipil.& probatur in l. ordinariorum. & in l.speciebus.C.de cohortal. lib.xij. cætera dic ut per Moder.in d.l.j.& etiam infra aliquid dicturus sum.

PRAESVMPTIO XLII.

1 Actus ille e duobus eodem die factis præcessisse præsumitur, qui de iure præcedere debuit etiam si ordo scripturę esset inuersus.
2 Prælato si fuerit data licentia dandi fundum in emphyteosim, & eadem die fuerit datus, præsumitur licentiam præcessisse.
3 Actus ille e duobus eodem die factis qui de iure præcedere debet, an præsumatur præcessisse, etiam si non appareat quod actus ille eodem die sit gestus.

Præsumptio xlij.

Quadragesimosecundo† præsumitur ex duobus actibus eodem die factis ille præceßisse qui de iure præcedere debuit.l.cum in testamento.§.j.ubi Bald.Ang. *&* Imo.*ff.de testamen.Quod procedit secundum eos, ibi etiam si ordo scripturæ esset inuersus, & quod notat* Rota *in decisi. antiq.titulo de præsumpt.j. &* Alexan. *in l.diuortio.in iij.colum.ff.soluto matrimo. & idem in*
2 *consi lxxxj.in iiij.colum.in tertio.* Vbi† *si à superiore sit data prælato licentia dandi fundum in emphyteosim, & eadem die fuerit datus præsumitur licentiam præceßisse.sequitur* Felin.*in c.pastoralis.uersi.ad identitatem.de rescrip.ubi allegat quasdam alias decisi.* Rotæ, *de quibus per eum & per* Ias.*in l.fin.colum.penul.C.de edicto diui* Adria.
3 ¶ *Sed difficultas est,† nunquid ista præsumptio habeat locum, etiam si non constet actus eodem die gestus? & uideretur dicendum istam præsumptionem adhuc procedere per text.iuncta glo.in l.ij.C.de petitio.hæredi.ubi*

si non constet nunquid uenditio facta fuerit post litem contestatam,uel ante præsumetur in dubio facta ante litis contestationem,quia tunc bene ualuit & excusat emptorem,& est benignior interpretatio . Sequitur illam glo.Bart.& communiter docto.in l.non solum.§. sed ut probari.ff.de noui ope.nuncia.

¶ *Secundo per notata per* Bal.Ang.& *Sali.in l. cũ proponatis.C.de codicil.ubi si duo proferantur codicilli, in quorum altero dicatur illum fundum* Titio *lego:in altero uerò illum eundem fundum* Titio *non lego,& ignoretur quid sit prius uel posterius actum,præsumemus illud fuisse prius quod de iure debuit,et sic illud in quo fuit legatum:quia de iure non erat opus non legare: & sic in effectu adimere nisi prius fuisset legatum.*

¶ Tertio *quia capi debet semper illa præsumptio per quam actus secundum iura sustineretur.d.l.quoties.de rebus dubijs,ut ergo actus illi teneant licet præsumi debitum ordinem præcessisse.*

¶ *Contrarium uidetur esse de mente* Alexan.& *aliorum quos allegat* Feli.*in dicto cap. pastoralis. & facit ratio, quia cum prioritas actus sit fundamentum intentionis partis,quia sine ea actus nõ sustineretur, uidetur,quod ei qui dicit incumbat probatio, iuxta glo.in clement: fina. in uerbo,creatum,de rescrip. in c. uenerabilibus.§.fina. & ibi gemi.infra de senten.excom.in sexto.*

¶ Potest *distingui, aut sumus in materia depẽdẽte à uolũtate cõtrahentiũ :et ꝓcedat regula qđ actus ille præcesserit qui præcedere debuit: & si non constet de eadem die.d.l.quoties.aut actus non dependet à pura facultate dispo*

disponentis: & tunc attendatur ista breuitas temporis, ut si in eodem die actus gesti reperiantur, præsumatur præcessisse qui debuit: & ita loquuntur doctores in d. §. j. Alexan. in d. consil. & Felin. in dicto cap. pastoralis. alias non.

PRAESVMPTIO XLIII.

1 Actum duorum de prioritate si dubitetur, ne ex incertitudine vterque vitietur, præsumimus pro benigniore.

Testamenta duo si producātur, & ignoretur quod prius & quod posterius, præsumitur pro eo in quo instituti sunt venientes ab intestato, vel pia causa,

2 Testamenta duo si reperiantur, & in vno sit instituta pia causa, in alio venientes ab intestato, & dubitetur de prioritate aut posteritate, pro quo præsumatur in dubio.

3 Testamenta duo si reperiantur, & dubitatur quod sit posterius, an si institutus in vno possideat præsumatur posterius testamentum, illud in quo est institutus.

4 Instrumenta duo si reperiantur quorum alterū sit dotis, & dubitetur de prioritate, præsumitur instrumentum dotis esse prius.

5 Instrumentum salarij doctoris præsumitur in dubio præcessisse.

6 Inuestituræ duæ eodem tempore factæ si reperiantur, præualet illa quæ est plenior.
Intellige vt ibi.

7 Instrumentum in quo apponitur dies & hora, an in dubio præualeat illi vbi non est hora.

Quadra

QVadragesimotertio † ubi dubitatur de prioritate duorum actuum ne ex incertitudine uterque uitietur præsumimus pro benigniore. ita pbatur ex doctrina Barto. communiter approbata in l. j. §. j. ff. de bono. poss. secundū tab. & in l. edicto. in fin. C. de edic. diui adri. tollen. ubi si producantur duo testamenta & ignoretur utrum prius uel posterius, ex incertitudine uitiantur. l. duo sunt: ff. de testa. tutel. l. eum qui duobus. ff. de acquir. hæredi. nisi in altero sint instituti abintestato uenientes. uel alter institutus poßideat. Addunt doctores idem si in altero sit instituta pia causa, argu. c. si. infra de senten. & re iudic.

2 ¶ Circa † primam declarationem, quando instituti sunt uenietes abintestato: dubitatur quid si in altero sit instituta pia causa, & uidetur uenientem abintestato potius admittendum per rationem Barto. dum dicit, quod dato quod ambo testamenta propter incertitudinem non ualerent admitterentur ipsi abintestato: unde si uolunt admitti ex testamento tutius est ut etiam admittantur ad conseruandam uoluntatem defuncti. Ista ratio uidetur procedere etiam dato quod pia causa in altero esset instituta, quia isti uenientes abintestato, habent tantum iuris, quantum pia causa respectu testamenti & ultra habent fundatam intentionem abintestato: ergo in tali causa ipsi debent præferri tanquam habentes ius fortius, lege utrum. §. finali. ff. de minoribus. & ista opinio non haberet difficultatem quando essent instituti filij & haberent pinguius ius in illo testamento in quo non esset instituta pia causa. capitu'.

fina.xvij.q.iiij.l.si quis ad declinandum.C.de epis.& cle.
3 ¶ *Circa secundam limitationem† quando alter possi det, ratio quia actor debet fundare intentionem ut obtineat.l.actor quod asseuerat.C.de proba.& fundamentum eius intentionis est, quod suum testamentum sit posterius ergo debet hoc probare: & nisi probet non potest obtinere: & ista est ratio doctorum.* Ex qua uidetur inferri *quod talis præferetur etiam piæ causæ, quia non reperitur in hoc priuilegiata pia causa, ut releuetur à probando illud quod est fundamentum intentionis suæ. & istud mihi placet.* Non obstat quòd moder.in dicta.l.fina. teneant contrarium: quia secundum eos fauor piæ causæ præponderat fauori rei, dicto capitulo fina. quia illud procedit in sententia in qua est ratio differentiæ à processu.nã ex quo in processu pariter fauetur actori sicut reo. l.de die, ubi nota.ff.qui satisda.cog.in fine uerò magis fauetur reo.l.arrianus.ff.de actio.& obliga.unde causa pia facilius facit cessare fauorem & sic in dubio sententiam obtinebit, qua poterit tollere ea quæ alicui competũt, nõ solum ex fauore, sed etiam stricto iure. facit in argumentum.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testamen. milita. Præterea in isto casu iste non est simpliciter reus, sed etiã possessor: unde dato quòd causa pia præualeat reo, non debet etiam præualere quando idem reus esset possessor argumento.§.cõmodum.insti.de interdi.regula cum sint partium, de regulis iuris.in.vj. Confirmatur ista opinio per text.in capitu.si à sede.de præben. in.vj. ubi quando de prioritate beneficij pluribus collati non constat: potior est conditio poßidentis.

¶ Nec

¶ Nec obstat si dixeris quòd utrinque est causa pia: quia respondeo quòd si ista ratio consideraretur non debebat distingui inter poßidentem uel non, sed inter egentiorem & minus egenum. & sic ut pauperior præferretur, ut est text. §. si quis in nomine. uersicu. si quis autem. in auten. de eccles. titu. & ibi Ange. de quo per Saly. & moder. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. cogita tamen quia tex. in dicto c. fi. non parum urget.

¶ Circa tertiam limitationem de causa pia quòd ipsa præferatur. facit in argumentum tex. in dicto capitu. fin. & firmauit Ludouicus Romanus in repe. auten. similiter. C. ad. l. falci. in. xij. speciali: & ita dicit se consuluisse domi. Ias. in quodam hospitali quod fuerat institutum in simili testamento.

¶ Sed tu aduerte ultra supra dicta: quia tex. in dicto capitulo fi. loquitur, quando constabat de uoluntate utriusque; unde in repugnantia fit interpretatio pro pia causa: sed in casu istius limitationis non cõstat de uoluntate ex quo solum ultimum testamentum habet pro se uoluntatem defuncti. l. uolumus. C. de testamen. & ignoratur quid sit illud ultimum, unde in potestate iuris ista limitatio est dubia. & melius probatur per supra dictam regulam generalem.

4 ¶ Et ex supra dicta regula etiam infertur † ad duo instrumenta: quorum alterum sit dotis, ut in dubio illud præsumatur prius, ut habetur ĩ. d. l. 1. sol. ma. de quo supra dixi. & facit lex. 1. C. de iure fisci li. x. secundũ cõmunem ĩtellectũ, ubi si appareat duplex hypotheca eodẽ die facta præsumetur prior quæ est fisci. Sed quicquid dicãt docto-

res ille intellectus nõ congruit textui qui uoluit facere aliquam specialitatem in fisco, quod probatur in fine tex. ibi quòd citra fraudem credito. &c. ubi tex. inter cæteros creditores intelligit etiam de fisco, & sic præsupponit quantùm ad illum tex. esse parem causam omnium creditorũ: aliàs illatio illa non esset bona.

5 ¶ Et quod dicatur de dote & fisco † procedit etiam in salario doctoris secundùm Bal. in dicta. l. j. quia causa studij & dotis æquiparantur ut colligit ibi Barto. ex glos. fina.

¶ Nec obstat quod dicunt aliqui moder. quod aliud sit loqui de ipso studio, & sic de disciplina quæ bene est fauorabilis: aliud de mercede quæ non uidetur habere tot fauores. l. j. §. diuus. ff. de extraordina. cogni. unde pro salario non est introducta à lege hypotheca: nec alia priuilegia quæ competunt dotibus. Quia respondeo quod causa studij dependet à salario: quia præsumitur melius & libentius docere professor cui salaria exhibẽtur. l. medicos. in fi. C. de profes. & medi. lib. x.

6 ¶ Ad supra dicta etiam facit † quòd notat Bal. in. c. j. in prin. in quinta col. quid sit inuest. quòd quando apparent duæ inuestituræ eodem factæ tempore, præualet illa, quæ est plenior. Quod intellige quando talis plenitudo nõ esset onerosa per illud quod notat idem Bal. in. l. falsus. pe nulti. col. C. de furtis, ubi si producuntur duo mandata, stabitur illi quod concedit minorem facultatem.

¶ Intelliguntur supra dicta simpliciter data æqualitate utrinq;: aliàs si in altero sit certius tẽpus, illud debet præualere, argumento notato. per marti. silima. Cy. & Bal. in

l. de

l.de rebus.C.de dona.ante nup.Ioan.de platea in dicta.l.j. C.de iure fisci.lib.x.

7 *¶ Et propterea† si in uno instrumento sit expressa nedum dies sed etiam hora, uideretur illud præferendum prout tenet Ias.& Moder.in dicta.l.j.ff.soluto matri.*

¶ Contrarium tenet Fely.in dicto.c.pastoralis.in uersic. unius horæ.de rescrip.cuius opinio est uerior per rationẽ suam: & clarius procederet, quando in talibus scripturis non soleret apponi hora: nam ista appositio, nõ solita redderet scripturam suspectam, iuxta not.in.c.quã graui: infra de crimi. falsi.Bal.in proœ. feud. cum similibus, nec doctores allegati per Ias.dicunt in dicta.l. de rebus. illud ad quod simpliciter allegantur.

XLIIII PRAESVMPTIO.

1 Præsumitur in dubio pro reo.& quæ ratio. Ampliatur nu.7.cum seq.limitatur.13.cum seq.
2 Actor licet succellerit in ius alterius si tamen succumbat, non excusatur ab expensis.
3 Iudicis officium magis exuberat in absoluendo ideo absens absolui potest si appareat de eius innocentia, licet non possit condemnari regulariter.
4 Vulneratus si quis fuerit ab vno plurium, et nescitur a quo, absoluendi sunt omnes: nec contra aliquem ipsorum procedendum est ad torturam.
5 Morientis excul patio licet admittatur ad absoluendum, non tamen admittitur morientis accusatio, ad condemnandum.
6 Suspensus si facto laqueo cecidit in terram, præsumitur quod miraculose hoc factum fuerit, si antequam suspenderetur fuit protestatus de innocentia:

ideo venit absoluendus.
8 Crimen si fuerit probatum per duos clericos, & reus probauerit contrarium per duos laicos, fauore rei praeualet probatio laicorum.
Quid autem in ciuilibus nu. 9.
11 Accusator qñ dicatur habere iustã causam litigandi ita vt excusetur a praesumpta calumnia.
12 Reus absolutus a crimine, an possit agere cõtra accusatorem actione iniuriarum, ad damna, vel interesse, vel de falso, maxime si contra reum erant indicia sufficientia ad torturam.
14 Actori magis quam reo fauetur in praeparatorijs iudiciorum. de veritate ibi.
15 Reus potest suam ambiguam exceptionem interpretari, sicut actor suum libellum.
16 Actor & reus an in medio causae sint aequaliter tractandi, ita quod plus nõ faueatur vni quã alteri.
17 Clerici litigantes in foro seculari, licet ligentur in ordinatiuis & praeparatorijs iudiciorm statuto laicorum, non tamen ligantur statuto, reijciẽte probationes.
18 Praesumptio est contra reum, in his quae respiciunt fauorem animae.

xliiij. praesumptio.

QVadragesimoquarto † in dubio fit praesumptio pro reo. l. fauorabiliores. ff. de re. iur. & rationes istius praesumptionis ponit eleganter Aristoteles in problematibus parte. xxix. c. xiij. Prima ratio est quia actor semper potest & debet uenire paratus. In reo uerò non ita est & ideo potuit forte omittere aliqua spectantia ad eius defensionem: unde fuit aequum ut in dubio pro eo praesumeretur. Probatur ista ratio in dicta. l. qui accusare. C. de eden. & secunda quaestione. viij. ca. sciant. & Specu. in titu. de praepa. iudi. §. j.

Et facit

¶ Et facit quod notat Barto.in.l.qui in alterius, per il=
2 lum tex.ff.de regu.iur.† ubi licet actor successerit in ius alterius, tamen ista non est iusta causa excusandi eum ab expensis quia debuit se præparare antequam ueniret ad iudicium. Facit quod notatur in capitu.ij.de dilati. ubi longiores dantur dilationes reo quàm actori. Et sic habes quòd allegatio rei qua dicit se non omnia dixisse quæ ad causam suam spectant, sed aliqua per erorem uel obliuionem omisisse est probabilis, pro quo facit tex.in.l. minor autem magistratus.§.j.ff.de minoribus.

¶ Secunda ratio ponitur per eum, quia talis præsumptio suadet liberationem: ergo ista debet capi tanquam humanior.& hæc ratio optimè probatur in.l. arrianus.ff. de actioni.& obliga.quòd autem sit humanior ipse probat: quia in conflictu rationum melius est nocentem absoluere quàm innocentem cõdemnare.l.absentem.ff.de pœnis.l.inter pares.de re iudi.

¶ Adde pro ista ratione primò quod notat Butrius in.c. ueniens.colum.j.post Ioan.and.de accusa.& Bartho. Ve=
3 ro.consi.xlj.licet inuitus.col.fi.ubi dicit† quòd officium iudicis magis exuberat in absolvendo. Et propterea licet absens non poßit condemnari, dicta.l.absentem.tamen si apparet de innocentia potest absolui.

4 ¶ Secundo adde quòd† si inter plures personas aliquis fuit uulneratus & forte appareat unum uulnus illatũ et nescitur quis fecerit sint omnes absoluendi. dicta.l. absentem.& ita tenet Petrus Iaco. in libello de actio.l. aquiliæ.in uersi.ex prædictis, dic ut habetur per Albe. de rosa.in.l.fi.ff.de sicarijs,& quod no.Imo.in.c.j.de officio

 delegati:

delega. Imo, contra tales non erit, neq; procedendũ ad tor-
5 turam, secundum do. Alex. consi. xiiij. in. iij. ubi † am-
pliatur etiam si mortuus inculpasset aliquem, quia licet
attestatio morientis admittatur ad absoluendum secundũ
Bal. in. l. j. C. communia de leg per. l. Paulus. §. j. ff. de bo-
nis liber. non tamen admittitur ad condemnandum prædi
cta ratione & etiam alibi diximus. & ita limitatur quod
notat Ange. de areti. in tractatu malefi. in uer. forma pu-
blica. in. xvij. col. uersi. quid autem si sint quinq;, de quo
etiam per doctores in dicta. l. si quis in rixa. ff. de sicarijs.
Alexan. in consi. xv. in primo.

6 ¶ Tertio † Adde quod notat lucas de pen. in. l. j. C. de
deserto. lib. xij. colum. ix. ubi si dum damnatus ad mortem
suspenderetur, fracto laqueo cecidit in terram præsumen-
dum est factum miraculose, unde est absoluendus, si ipse
erat protestatus de innocentia: refert & sequitur Decius
in dicta. l. fauorabiliores, & sic istæ rationes Aristotelis
sunt bonæ.

¶ Sed tu adde tertiam rationem, nam actor qui agit con-
tra reum in effectu arguit eius delictum uel culpam seu
noxam, ex quo aliàs reus non compelleretur suscipere iu-
dicium. l. si reus paratus. ff. de procurat. §. fi. insti. de per-
pet. & tempo. actio. Sed ista culpa seu mora non præsumi
tur, nisi clarè probata, dicta. l. merito, ergo in dubio pro
reo præsumendum est qui habet præsumptionem illam
pro se.

7 ¶ Ampliatur † ista præsumptio ut procedat etiã in
reo qui per accidens est actor: ueluti quando reus intenta
ret remedium de quo in. l. diffamari. C. de ingenu. manu.
puta

puta si peteret imponi silentium alicui qui prætendit se creditorem: uel peteret cancellari instrumentum secundũ Butri. in capi. in præsentia. in. vj. col. de proba. & per moder. in capi. ex literis. eo. titu.

8 ¶ Ampliatur † & secundo ut talis præsumptio procedat dato, quòd pro actore essent clariores testes.

¶ Et propterea si pro parte accusatoris probatũ sit crimen per duos clericos: & pro parte rei sit probatum contrarium per duos laicos, fauore rei, præualebit probatio laicorum, secundum glo. in capi. clerici. viij. distin. Bal. in l. data opera. C. qui accusa. non pos. Roma. in. l. j. §. fin. & in. l. in illa. ff. de uerbo. oblig. moder. in. l. qui accusare. C. de

9 eden. Et illam † glossam intelligunt moder. in dicto. c. ex literis. procedere, in causis criminalibus, secus in ciuilibus. & ratio est quia in criminalibus ultra præsumptionem quæ generaliter est pro reo, concurrit etiam præsumptio quòd quis non deliquerit: dicta. l. merito. quæ præualet. Sed certe ista ratio procedit etiam in ciuilibus, quia reus delinqueret retinendo rem alienam, regula peccatum. de regulis iuris. in. vj.

¶ Nec obstat gl. in capi. monachus, in uerbo, quorum, in vj. distin. quæ uult quod tantum ualet testimonium quatuor clericorum, quantum sex laicorum: quia illa glo. non probatur iure. Et dato quòd sit uera, erit tamen arbitrium iudici qui hoc ponderet perscrutata qualitate personarum. l. iij. ff. de test. & in dubio præualebit præsumptio oriens pro reo, præsumptioni orienti ex præsumpta probitate clericorum, secundum glos. in dicto capitulo clerici.

10 ¶ Ampliatur † & tertio, ut ita præsumatur pro reo, quòd talis præsumptio operetur contra ipsum actorem ut præsumatur temere & per calumniam litigasse & consequenter condemnetur in expensis iuxta legem eum quem temere. de iudi. & nota. in l. properandum. §. si autem alterutra. C. de iudi.

¶ Quod intellige nisi actor habuerit caussam iustam li
11 tigandi † & dicitur accusator habere iustam causam quando saltem habet indicia sufficientia ad torturam cõtra reum: unde tunc excusaretur à præsumpta calumnia secundum Ange. in l. uacantia. in vj. quæstio. C. de bonis uacan. lib. x.

¶ Et ista decisio uidetur confundere illud quod notat Alexan. in consi. xj. incipien. circa primum dubium. in
12 secũdo dubio. in j. uolu. ubi dicit, † quod reus qui fuit absolutus potest agere actione iniuriarum & ad damna & interesse uel de falso contra accusatorem. & loquitur Alex. in casu quo reus fuerit positus ad torturã & purgauerit indicia, & sic loquitur in casu quo prius extabant indicia, ex quo aliter non potuisset torqueri. l. milites. C. de quæstio. & ita reprobat eum Picus in dicta l. qui accusare.

¶ Sed ego intelligo decisionem Ange. in d. l. si uacantia. procedere respectu iudicis, nè teneatur in syndicatu. nõ autem respectu accusatoris, & ratio differentiæ est, quia accusator non debet deferre nisi delictum quòd potest probare. C. ad l. Iul. maiestatis. & dicto cap. si autem. secunda quæstione sexta. Sed iudex eo ipso quod habet sufficientia indicia debet procedere aduersus reum unde

unde plus succurritur ex necessitate agenti,l.fina.§.iudicandi.ff.de mu.& bono.l.si fideiussor.§.1.ff. qui satisdare cogantur.

13 ¶ *Limitatur hæc† conclusio ut primo non procedat quando actor ageret pro causa fauorabili seu pia. c.fina. de re iudi.quia earum fauor prævalet fauori rei, ut ibi probatur.& in l.inter pares.ff.de re iudi.& d. l. iulia. ff.de manumiss.in l.si pars ff. de inofficio. testamen. & per Moder.in dicto capi.ex literis. de quo dic ut supra tetigi.*

14 ¶ *Secundo † limitatur ut non procedat ista regula in præparatorijs iudiciorum, quia in illis magis fauemus actori quàm reo. lege si quis intentione. ff. de iudic. lege de die, ubi doctores. ff. qui satisdare cogantur.& l. inter stipulantem.§.primo. ff. de uerbo. obligationibus.*

¶ *Sed contra istam dictam rationem adducuntur aliqua fundamenta per Moder.in d.l.de die,& in l.exigendi. in iiij.col.C. de procu. Et mihi non placet ista limitatio quia rationes istius regulæ generaliter procedũt:& tex. in dicta l.fauorabiliores.nõ uidetur commode pati istam restrictionem quicquid etiam dicant doctores in c. cum sint iura partium.de reg.iur.in sexto.*

¶ *Non obstat dicta l.de die. ubi stipulatio recipit diem ex potestate actoris, quia istud non est quòd actor in præparatorijs sit fauorabilior reo: sed quia natura stipulationis hoc importat. Cum enim alijs promittit iudicio sisti, censetur promisisse sistere usque ad finem litis.l.græcè.§.& post litem. ff. de fideiussoribus. Sed*

quia

quia interim poſſet eſſe graue promiſſori ſi finis litis diutius protelaretur uel pateretur quod ſiſteret aliquo tempore importuno, iudex ipſe moderabitur ſpatium: & actor ſtipulans non propter hoc cenſebitur ſibi præiudicaſſe, quin tamen in poteſtate ſua ſit agere. l. j. C. ut nemo inui. Non obſtat d. l. ſi quis intentione, quia quamuis actor ibi declaret libellum ſuum ambiguum: non ta-
15 *men propter hoc uidetur fauorabilior reo: ex † quo etiam ipſe reus declarat exceptionem ſuam ambiguam, ut ibi habetur & per Barto. in dicta l. is qui reus, in penulti. colum. ff. de publi. iudi. & in d. l. inter ſtipulantem §. j. in ij. colum. dum allegat l. certum. ff. de confeſſ. Non obſtat d. l. inter ſtipulantem §. j. quia ille tex. procedit ſpeciali ratione ibi aſsignata per iuriſconſul. non autem quia in ordinatiuis plus faueamus actori.*

16 ¶ *Tertio † limitatur in medio cauſæ, quia tũc æqualiter tractamus, & actorem & reum: non autem plus præſumimus pro reo ſecundum docto. in dicta l. de die. & dicto c. cùm ad ſedem. de reſti. ſpoliato.*

¶ *Sed contra hanc opinio. obſtat quia reus non tenetur edere actori ad probandam eius intentionem: & tamen actor tenetur edere reo ad probãdam eius exceptionem. l. non eſt nouum. C. de edendo. & ibi ita inquit domi. Iaſ. & etiam in d. l. de die.*

¶ *Sed ad iſtud argumentum reſpondent Moder. quod iſtud eſt in probationibus quæ non uidentur ſimpliciter reſpicere media cauſæ: ſed etiam deciſionem, ex quo actore non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de edendo.*

¶ *Confir*

17 ¶ *Confirma istam solutionem, † quia licet clerici in præparatorijs & ordinatiuis ligentur statutis laicorum quando litigant in foro seculari secundùm glo. & docto. in c. quod clericis. de foro compe. tamen non ligarentur statuto reijciente probationes, quia tales respiciunt decisionem, secundùm Calderi. qui ita disputauit quem refert Sali. in auten. cassa. in iij. col. C. de sacrosanc. eccle. per docto. in c. ecclesia sanctæ mariæ. de constitu. quia quamuis ista solutio sit satis bona, tamen ista limitatio etiam ipsa nimis restringit regulam d. l. fauorabiliores. cuius uerba possunt comprehendere etiam istam responsionem: unde teneas regulam generaliter, quod in dubio præsumimus potius pro reo. Si uero sumus in casu claro, tunc cessat præsumptio: nam aliquando ex aliqua speciali ratione reperitur in iure constituta differentia inter actorem & reum, ut per Ias. in d. l. de die. Sed illi casus non propter hoc tollunt regulam quæ in dubio procedit.*

18 ¶ *Quarto † limitatur in foro animæ, quia tunc fit præsumptio contra reum, quia talis uia est tutior pro salute: ut per glo. in cap. j. de scruti. de quo supra dixi in princip. regulæ. & per Moder. in d. c. ex literis. in tertia colum. & ista limitatio optime quadrat ad tertiam rationem supra per me relatam, & procedit nedum simpliciter in foro animæ: sed etiam in foro canonico quo ad pœnam suspensionis ab altari. c. presbyterum. c. significasti. secundo. & c. ad audientiam. infra de homi. de quo per Comen. consi. cxxxiiij. uisis denunciationibus. in quinta colum.*

Quinto

19 ¶ *Quinto † limitatur ut non procedat quando est dubietas super iurisdictione, & iudex ante eam fundatam cognoscit, ut est glo. in c. cum contingat. in iij. glo. de rescrip. per Alexan. & Moder. in d. l. de die. in fi.*

PRAESVMPTIO XLV.

1 Præsumitur in illam partem per quam pœna euitatur.

Declara nu. 7. & sequen.

2 Pœna si fuerit apposita in contractu ex parte vnius, an præsumatur actum vt etiam alter teneatur.

3 Venditor si statim rem venditam accepit in emphyteosim, & deinde actor fecit pactum de luendo intra certũ tempus, & emphyteota cessauit a solutione canonis, ita quod cecidit a contractu emphyteotico, an etiam ceciderit a pacto luendi.

4 Exclusus ab vno capite contractus, non censetur exclusus ab alio.

5 Dispositio principalis licet extendatur, non tamen fit extensio quo ad pœnam.

Intellige nu. 6.

8 Legis illa interpretatio quæ est benignior, licet præualeat, tamen in primis debet inspici & attendi verborum proprietas.

9 Condemnatus simpliciter ad pœnam capitalem, intelligitur de exilio & de excommunicatione, si condemnatus esset clericus. nu. 10.

11 Infamiæ pœna dicitur pœna capitalis: de veritate nu. 12.

Vasallus sicut amittit feudum si non defendit vitã domini, ita si nõ defendat eius famam, reprobatur tamen i hoc nu. 12.

Vitæ & famæ periculum æquiparantur.

Manus

13 Manus si cui amputanda sit, intelligitur de debiliori vel arida.

QVadragesimoquinto † præsumitur semper in illã partem per quam pœna euitatur. l. semper in obscuris. ff. de regu. iur. l. proximè. ff. de his quæ in testa. de- Præsumptio xlv.
2 lentur. Raph. cuma. consi. cxxxiiij. in ulti. col. Et † ideo si in contractu pœna sit pro parte unius apposita, non præsumitur actum ut etiam alter teneatur secundum Bal. in c. 1. qualiter dominus proprie. feudi priuetur: & eodem modo substitutio quæ de uno casu ad alium extenditur, non habet locum si pœna apponitur. l. pater seuerinam. ubi Bar. ff. de condi. & demonstra. glo. in clemen. ij. in uerbo, sanctioni. de uita & honesta. cleri. de quo per Moder. in c. secundo requiris. de appel.

3 ¶ Et hæc † faciunt ad quæstionem: aliquis uendidit domum, & incontinenti recepit in emphyteosim, & deinde emptor fecit pactum de luendo intra certum tempus: iste emphyteota cessauit à solutiõe canonis, ita quod cecidit à contractu emphyteotico: an etiam censeatur cecidisse à pacto luendi? & Andre. sicul. consi. lj. scripsit sapienter. in prima parte, concludit quod non: quia istud cadere à contractu emphyteotico, est quid pœnale: ergo non debet præsumi actum ut talis pœna procedat etiam respectu pacti de luendo, præsertim quia pœnæ non habent locum nisi à iure expresso. §.. cùm igitur. in auten. de non elig. secundo nuben. l. at si quis. §. diuus. ff. de relig. & per eandem rationem idem sequuti sunt aliqui Moderni in l, in bonæ fidei. C. de pactis. & est de mente Ias. in l. ij. in ij. col. C. de iur. emphyteotico.

Contra

¶ Contrarium tenet Barth. Vero. in tractatu de simula. contractuum, in secunda præsump. in ultima col. in casu quo tale pactum esset appositum contractui emphyteotico: ergo si cadat ab emphyteosi cadet etiã à pacto: & istam rationem fecit etiam Ias. in d. l. ij.

¶ Sed tu tenẽdo primã opinionem quæ uidetur æquior, responde, quod pœna respiciens ipsum contractum emphyteosis, non debet trahi ad istud pactum luendi per no tata in d. l. in testamento. cum similibus. & licet tale pactum poßit dici pars contractus, istud est per fictionem l. lecta. in uerbo, inesse uidentur. ff. si cert. peta. Nam propriè loquendo est contractus de per se. iuxta glo. in l. j. ff. de actio. & obliga. quæ proprietas debet attendi præsertim ubi agitur de euitanda pœna, ut per Bal. in l. quum proponas, colum. fina. C. de hære. insti. & in c. j. in fine, de milite uasal. qui contu. est. cum ergo proprie loquendo sunt duo contractus, pœna uni apposita non debet trahi ad alium facit. l. iuris gentium. §. adeo. ff. de pactis.

4 ¶ Item † quia exclusus ab uno capite contractus non censetur exclusus ab alio: secundum Bald. in l. ij. in . viij. q. C. de rescinden. uendi. Imo plus ego crederem quod iste dominus non teneretur uigore talis pacti, nisi ad transferendum directum dominium reseruato utili quod fuit cõsolidatum: quia illud pactum in luendo intelligitur secũdum tempus contractus: & sic de directo tantum separato ab utili. Nõ autem debet extendi ad ius interim quæsitum. l. rutilia polla. ff. de contrahenda emptione, præsertim ex culpa ipsius paciscentis: nam ex quo incontinenti fuit factus contractus emphyteoticus, satis arguitur

tur mens contrahentium,ut emptor haberet solum dire ctum dominium separatum ab utili:argumento.l. si uentri.§.fina.ff.de priui.credito.

¶ Ad supradicta etiam facit quod notat Ioan. Andr. &
5 Gemi.in c.dispendia.de rescrip.in sexto.ubi† licet dispositio principalis extendatur,nunquam tamen fit extensio quo ad pœnam:quia non præsumitur talis fuisse intentio disponentis. Sequitur Butri.& Imol.in c.fina. de rescrip.Abb.in cap.primo.col.fina.de loca. Gemi. in c.si forte.col.ij.de electio.in sexto. Lancellottus Decius in l.j.C.de in ius uocan.

6 ¶ Quod† intellige nisi essemus in æquiparatis à regula iuris aliqua:iuxta notata in l si quis seruo.C.de furtis.cum concordant.per Moder.in auten. quas actiones. C.de sacrosanct.eccle.& ita intelligo glo.in cap.j.in gl. penul.supra de postu.præla.de qua per Moder.in c.nam concupiscentiã,in ij.lectura,de consti.

7 ¶ Declara† supra dictam præsumptionem ut procedat in dubio:aliàs si casus esset clarus,puta quia proprietas uerborum importet pœnam, tunc staremus proprietati.l.cum in l.ubi Areti.ff. de testamen. & quod notat Calde.consi.j.de consanguinitate & affi.& per Modernos in l.semper in obscuris,in ultima colum.ff.de regulis iuris.

¶ Cõfirmatur ex doctrina Abbat.in capi.primo.de con
8 stitutio.ubi dicit quòd† licet in dubio præualeat illa interpretatio legis quæ est benignior:tamẽ imprimis debet attendi proprietas uerborum secundum glo.in l. nõ possunt.ff.de legi.& per Decium in dicto cap.j. penul.

colum.uersicu.tertia conclusio.

¶ intellige hanc declarationem quod fiat lata interpretatio, quatenus uerba importãt: quando omnia possunt commode interuenire. alioquin si unum tantum significatum adaptari posset, intelligeretur de leuiore.

9 ¶ Et propterea † si quis condemnetur simpliciter ad pœnam capitalem, intelligetur de exilio, ut per Abb. & alios in.c.quãto.infra de iureiuran.glo.in.l.j.in uerbo capitalis.C.nè hære.uel iudæ.man.Ang.de areti.in tractatu malefi.in uerb.& caput ab spatulis.Areti.in.c. qualiter & quando.§.fina.in.iij.colum.de accusa. Ruminal. in.l. transigere.in.iiij.colum. de transac. Alexan. consil.ciiij. limitando etiam ut per Imo.in.l.ij.de publi.iudi.

10 ¶ Et † si cõdemnatus esset clericus, intelligeretur de excommunicatione secundum do. Picum in.l. imperium ff.de iurisdi.omnium iudi.pro quo facit tex.in.c.j. secundum, unum intellectum.infra de homici.

11 ¶ Adde quod uideretur † quod imo satis cẽsetur a pœna infamiæ: quia talis dicitur capitalis, undè infert Andre. sicul.in addi.ad Bal.in.c.j.in prin. quibus mo. feu. amit. quòd sicut uasallus amittit feudum si non defendat uitam domini, ita etiam si non defendat eius famam: quia periculum famæ æquiparatur uitæ.l. iusta.ff. de manumißis uindicta.

12 ¶ Sed † tu tene contrarium per supra dicta, & quia causa famæ nõ proprie dicitur capitalis nec proprie æquiparatur uitæ ut probatur in.l.si adulterium cum incestu in fine.ff.ad.l.Iul.de adulter. ibi eius famæ multo magis quàm uitæ parcendum est. Et propterea non teneo illam

decisio

decisionem andreæ sicul.quæ etiam est nimis inhumana.
¶*Comprobatur prædicta declaratio per glos.in autenti.*
13 *sed nouo iure.C.de fur.*†*ubi si quis sit condemnatus in amputatione manus intelligeretur de debiliori: imo si reus haberet unam aridam illa esset amputanda.secũdum* Iaco.butr.Albe.*de rosa.*Saly.*&* Pau.*de cast.in dicta auten.sed nouo iure.*Alber. *de ros.in tertia parte statutorũ quæstio.lx.* Et *dicit* Ioan.*and.in addi.specul. in rubri. de pœn.quòd hæc est communis doctrina quicquid etiam teneant* Bar.Cy.*&* Bal.*in.d.auten.de quo etiam per* Ang. *in di.tractatu.in uerb.quis non soluerit.in.j.col.*Idem *etiam tenet* Ange.*in.l.iij.§.labeo.per illum tex. ff.arborum fur.cæs.&* maria.Soc.*in.c.si cut* Iudæi.*in quinta col.de* Iudæis. *ubi allegat tex.j. quæ. prima.c.sicut urgeri.*

N 2

INDEX ALPHABEticus Andreæ Alciati, Mediolanensis Iuris utriusq; doctoris, in tractatu præsumptionum, ita ordine digestus ut cuiuis legenti quota præsumptionis, regulæ, numeri, et paginæ, ultro se offerat.

De litera A

Actus

Arbi

Intellige

De litera B.



Bona

De litera C



Clericus

Confinium

De litera.D.

Dans

De litera E.

Emptio

AEstimum

De litera F



 & curas

procedit

Dominiū

 uali datur:

De litera

De litera E.

Emptio

AEſtimum

De litera F



De litera H.



De litera I.

Inimi-

 strumen-

Iudex

Iudici

De litera L.



De litera M.



Minor


De litera N.



Natus

 nem

De litera O.



De litera P.



Pater

Poena

Præſumere

Præſum-

plenarie

De litera R.




Religio-

Rescri-

De lite-

De litera S.

De litera T.



De litera V.



¶ Finis Indicis Tractatus Præsumptionum do. Andreæ Alciati ita ordine digestus, ut cuiuis, quarūcunq; materiarum absq; discrimine facilis pateat aditus, nunc primum exarationi datur cum Regis Priuilegio.

